*Electores non intendunt auferre Majeſtatem Cæſari.* 42.
*Non imminuit Majeſtatem Principis vivere ſecundum Leges.* 43.
*Majeſtas Imperatoris non eſt abſoluta, Majeſtas tamen eſt.* 44.
*Declaratur ex Juribus Imperatoris Majeſtaticis.* 45.
IX. *Non diſtinguendum inter Majeſtatem realem & perſonalem.* 46.
(1.) *Quia unus eſt Conſenſus, unam faciens formam.* 47.
(2.) *Nec poſſunt plura eſſe ſumma.* 48.
(3.) *Quia omnis ſumma Reip. poteſtas immediatè eſt à Deo;* 49.
(4.) *Populus non habet ſummam Poteſtatem.* 50.
(5.) *Non Obſtat formula:* Uns und dem heil. Reich. 51.
(6.) *Nec, quod Status Imperii formam mutare poſſint.* 52.
X. *An* Capitulatio Maximiliani II. *ſit genuina?* 53.
*Negatur de Vulgari.* 54.
*Quia in multis differt ab Avthenticâ.* 55.
*Recenſentur defectus Vulgaris Editionis.* 56.
*Vulgaris eſt manca quadam ſcheda.* 57.

## §. I.

FOrma Capitulationis Cæſareæ *in Pacto & promiſſione juramento Regis confirmata* conſiſtere videtur. Quemadmodum hoc patet ex *fin. Princ. Capitulationum*, ubi hæc habentur verba: Daß wir uns mit denenſelben unſern lieben Neven / Oheimen und Chur-Fürſten vor Sich und Sämbtliche Fürſten und Stände des heiligen Römiſchen Reichs/ Geding und Pacts-Weiſe dieſer nachfolgenden Articuln vereiniget/verglichen / angenommen und zugeſaget haben. Et in *§. fin. 47. vers.* Solches alles und jedes haben wir den gedachten Chur-Fürſten vor Sich und im Nahmen des heiligen Römiſchen Reichs geredt/verſprochen / und bey unſern Königlichen Ehren/ Würden und Worten im Nahmen der Wahrheit zugeſagt. Thun daſſelbe auch hiermit und Krafft dieſes Brieffs / inmaſſen wir dann es mit einem leiblichen Eyd zu 2

Gott und dem heiligen Evangelio geſchworen / daſſelbe ſtet / feſt und
3 unverbrochen zu halten. Unde etiam non immerito à *Conrin-
gio in Diſſ. de Capitulatione Cæſareâ th. 20.* ita deſcribitur: Quod
ſit *Pactum ſeu Conventio, quâ Imperator per Electorum ſuffragia
deſignatus, ante Coronationis ſolennia, certas ſibi propoſitas condi-
tiones, normam Imperii adminiſtrandi continentes acceptas, & de
iis ſervandis juratò cavet, publicæ ſalutis conſervandæ cauſâ.* Quam
4 definitionem etiam amplectitur *Dn. Schwederus in Introdu-
ctione Juris Publici Part. Gen. cap. 2. th. 13. Et Dn. Rhetius in Inſtit.
Jur. Publ. lib. 1. Tit. 4. §. 36.* ita definit: Quod ſit *Conventio ſo-
lennis novi Regis Romanorum cum Electoribus pro ſe & nomine
Statuum Imperii de modo Regiminis & ſervandarum Legum Impe-
rii.* Vel brevius ſub hoc conceptu formali ita deſcribi poſſet:
Quod ſit *Promiſſio novi Regis Romanorum jurata de ſervandis ab
Electoribus circa Imperii adminiſtrationem cum Ipſo conventis Ca-
pitulis.*

5 §. 2. Et hæc vera quidem ſunt, quando Capitulatio in-
ter Imperatorem & Electores, Status ſimul Univerſos Imperii
repræſentantes, tanquam Partes Paciſcentes conſideratur, ubi
6 utique non niſi pro pacto haberi poteſt. Sed quia tamen ſin-
gulos etiam Imperii Status, ipſorumque æquè ac Cæſaris, ſubdi-
tos & Miniſtros, imò & Summa Imperii Judicia inſtar Legis ab
Imperatore & Statibus Imperii conventæ & concluſæ, perinde
uti reliquæ Imperii Leges, quæ Receſſuum nomine veniunt, ob-
ligat; quemadmodum & eum in finem ſummis Imperii Ju-
diciis manifeſta & publica ſpecialiter redditur, uti habet
7 *Capitulatio Ferdinandi II.* & ſubſequentium Imperatorum &
Regum Romanorum omnium §. Damit 46. ibi: Damit auch
unſere Geheime ſo wohl / als Reichs Hoff-Räthe / wie auch unſer
Kayſerlich Cammer-Gericht dieſer Capitulation gebührende Wiſ-
ſenſchafft haben / und in Ihren Rathſchlägen / Expeditionen und
ſonſten ſich darnach richten / wollen wir Ihnen dieſelbe nicht allein

vorhal-

vorhalten / ſondern auch bey Leiſtung Ihres Ambts und Dienſt-
Pflicht ernſtlich einbinden/dieſelbe ſo viel einem jeden gebühret/jeder-
zeit vor Augen zu haben. Et in *ordinatione Judicii Cæſareo-Au-* 8
*lici Tit. 6.* ita legitur: Es ſoll ein jeder Præſident und Rath ein
Exemplar von der Käyſerlichen Reichs-Hoff-Raths-Ordnung
bey ſich haben / und nicht weniger auch eines der gülden Bull/
der Käyſerlichen *Capitulation*, Religion-und Land-Friedens / und
deſſelben Executions Ordnungen/aller Reichs Abſchiede/ auch des
Käyſerlichen Cammer-Gerichts und Policey-Ordnungen auff des
Reichs-Hoff-Raths Taffel liegen. Adeoque etiam inter Leges 9
Imperii univerſales & fundamentales refertur; uti eo nomine
Capitulationem vocat Elector Brandenburgicus apud *Londorp.*
*in Act. Publ. Tom. 1. lib. 6. cap. 154.* ibi: Die Capitulation wäre 10
in puncto der Achts-Erklärung klar / und es erforderte dieſes *Fun-*
*damental*-Geſetz / welches ein unbeweglich Grund-feſt / mehrers
nicht / dann würckliche obſervanz. Hinc Alii rationem Capitu- 11
lationis formalem Legem eſſe dicunt. Inprimis quod licet Re- 12
ceſſus Imperii etiam communi Cæſaris & Statuum Conſenſu
concludantur & ſtatuantur, *Leges tamen Imperii Univerſales ab*
*Iis, qui jus ferendi habent, legitimè conſtitutæ & promulgatæ* di-
cantur, prout Receſſus Imperii definit *Mauritius, illuſtris quon-*
*dam Cameræ Imperialis Aſſeſſor, de Receſſibus Imperii th. 6.* Unde 13
etiam *Limnæus ad Capitul. ſect. 1. in fin.* Capitulationem ita de-
finit: *Quod ſit à ſex Electoribus electo Regi Romanorum ſalutis pu-*
*blicæ cauſa præſcripta & ab eodem recepta poteſtatis ſuæ & admini-*
*ſtrationis Imperii* Regula, *quam vi promiſſionis factæ & juramenti*
*præſtiti exactè & inviolabiliter obſervare tenetur.* Et breviter 14
*Carpzovius de Leg. Reg. Germ. cap. 1. ſect. 4. Quod ſit Lex Re-*
*gia ſeu Lex Imperii, quâ Regimenta Populi in Imperatorem deſigna-*
*tum transferuntur certis conditionibus ſeu Capitulis.* Cum quâ
etiam ferè convenit *Schutzii* definitio *in Vol. 1. J. Publ. diſſ.*
*4. th. 1.*

15 §. 3. Sed quia tamen in Capitulatione primariò negotium inter Imperatorem & Electores nomine totius Imperii, tanquam Partes Paciscentes, quod ad temperamentum Poteſtatis Cæſareæ attinet, geritur, adeoque neutra Pars alterâ, minus verò omnium Electores cum Statibus ſuperiores ſunt Imperatore, quod tamen ad Legem propriè dictam requiritur, ut deſcendat ab Imperante & illo, qui poteſtatem obligandi & cogendi habet; cùm in Receſſibus Imperii principaliter ad alia Imperii negotia reſpiciatur; Hinc ubique pro Lege propriè ſic dictâ & nor-
16 mâ à ſuperiori præſcriptâ haberi nequit; Unde, quia Capitulatio nunc Pactum, nunc Lex â Superiore lata eſt, latior aliquis Conceptus formalis, qui utrumque includit, eligendus venit; Quo ſane commodior nullus occurrere videtur quàm conceptus *Legis generaliter acceptæ.* Illam enim non tantum Legem propriè ſic dictam, ſed etiam Pactum includere ex *Rubr. Tit. de Lege Commiſſoriâ & L. 23. ff. de Reg. Jur. & Simil.* ubi Pacta legem contractui dare dicuntur, colligere licebit, adeoque ratio Capitulationis formalis nobis erit poſita *in Conceptu Legis generali de poteſtate & adminiſtratione Imperatoris.* Unde ita definiemus Capi-
17 tulationem; *Quod ſit Lex Imperii Univerſalis inter Electores nomine Imperii & Regem Romanorum concluſa & ſancita, qua Imperii Regimen certis præſcriptum Capitulis in ipſum transfertur, ut ſecundum Eam poteſtas Imperatoria exerceatur.*

18 §. 4. Quare ergò *Legem* dixerimus Capitulationem ex hactenus dictis patet, ſcilicet, tùm quia *Pactum* eſt ex Parte Paciscentium, *Regula* verò & norma reſpectu inferiorum & Eorum qui inter Partes paciscentes non ſunt, adeoque tanquam Lex propriè dicta obligat. Dicimus vero Capitulationem etiam
19 Legem *Univerſalem* non tantum propterea (1.) quod nomine Imperii Regi Romanorum ab Electoribus eſt præſcripta, ſed etiam (2.) quod Imperatorem non tantum, ſed & Status Imperii Eorumque ſubditos tanquam Lex Regni obligat, ad inſtar (3.) alicujus

aliciujus Imperii Receſſûs, qui in Comitiis Imperii Univerſalibus
inter Imperatorem & Status Imperii Univerſos deliberatur &
concluditur; Inprimis (4,) hodiè, quando materia Capitula- 20
tionis perpetuæ argumentum Comitiale eſt factum per *Inſtr. Pa-
cis Art. 8. §. Habeantur 3. & R. J. de A. 1654.* §. Wann aber *192.*
Et quamvis (5.) Capitulatio non concludatur in Comitiis Uni- 21
verſalibus nec â Statibus Imperii omnibus. Quia tamen *Ele-
ctores* univerſum tunc Imperium repreſentant, quemadmodum
eò faciunt verba Capitulationum de *Electoribus* vor Sich und
Sämbtliche Fürſten und Stände des heiligen Römiſchen Reichs
*in Princ. & in fin. ibi*: Vor ſich und im Nahmen des heiligen Rö-
miſchen Reichs/meritò pro Lege Univerſali habetur æquè ac Re- 22
ceſſus Deputationum, qui utut ab aliquibus Saltem Imperii Sta-
tibus, Deputatis ſcilicet Ordinariis, qui ordine recenſentur *R. J.
de A. 1654.* §. Und dieweil *194.* concludantur, Leges tamen Uni-
verſales habentur per *text. in R. J. de A. 1654.* Wann aber *192.*
*ibi*: Berathſchlaget und erörtert werden / und gleiche Krafft haben
ſolle / als wann ſie bey dieſen Reichs-Tag wären ausgemacht wor-
den. *add. R. J. de A. 1594.* §. Was und ſo viel *97. ibi*: An ſtat all-
gemeiner Stände des Reichs beſchließlich zu erörtern. Licet etiam 23
(7,) non omnes Imperii ſubditos directò adſtringant Capitula-
tiones ſed Imperatorem inprimis & pro ratione materiæ ſubſtra-
tæ aliquot Imperii Status & ſubditos; per indirectum tamen
omnes omnino obligant, inprimis ad ea, quæ Imperatori ibidem
limitata non ſunt nec reſtricta; & quantum ad articulos Capi-
tulationum Regiæ poteſtatis confirmativos attinet. Et quem-
admodum non minus inter Receſſus & Leges Imperii Univer- 24
ſales referuntur Conſtitutiones Imperii de certo Perſonarum
genere, *de Militibus* v. g. *de Notariis &c.* conceptæ, quod ad ipſa-
rum æquè ac reliquarum conſtitutionem concurrant Imperator
& omnes Imperii Status, & quod normam univerſalem omni-
bus in eodem ordine viventibus v. g. Militibus præſcribant; Ita
idem

idem quoque de Capitulationibus dicendum erit, quippe quæ nihilominus ſunt univerſales tàm ratione Legislatoris, quàm ratione Ejus, cui feruntur; utut ratione objecti ſunt ſingulares, cùm de cœtero omnes, quibus ſunt applicabiles, obligent.

25 §. 5. Ex quibus ulterius etiam ſequitur defendi poſſe, quod Capitulatio à Nonnullis dicatur quoque *Sanctio Pragmatica*, quemadmodum eam ita dicit *Bæclerus in Notit. S. R. Impe-*
26 *rii lib. 12. cap. 3. n. 3.* Nam quamvis *Sanctio pragmatica ſit Conſtitutio Imperatoris, quam ex Concilii ſeu Ordinum Imperii Conſenſu & ſententia de publico negotio facit*; uti huc ſpectat *l. ult. §. fin.*
27 *& ibi Dd. C. de Div. Reſcript.* Sed quia tamen Inſtrumentum Pacis ſtatuitur ſanctio eſſe Pragmatica in *Art. 17. §. 2. Inſtrum. Cæſar. Svec.* utut Tractatio & Pactum ſeu Transactio de Pace ſit, uti hinc inde in *dict. Inſtr. art. 5. art. 17. & paſſim* vocatur; Et utut dictum Inſtrumentum communi Imperatoris & Statuum Imperii conſenſu, interveniente Coronâ Svecicâ & Gallicâ pacto conventum, nihilominus tamen ſubditos Imperii per modum Legis & Sanctionis pragmaticæ obligat; Hinc idem quoque de Capitulatione Imperatoris dici poterit.

28 §. 6. Similiter & hîc quærendum eſt: *An quoque Capitulatio pro Lege Imperii Fundamentali habenda?* Ita enim (1.) vo-
29 catur ab Electore Saxoniæ & Brandenburgico apud *Londorp. in Act. Publ. Tom. 1. l. 6. cap. 154.* in loco *ſupra §. 2.* allegato; Acce-
30 dit quoque (2.) Natura *Legis Fundamentalis*, quæ hæc eſt, quod *Norma ſit & Fundamentum obligatoriū tam quoad Imperantes, quàm Parentes*; uti hûc ſpectant ea, quæ habent *Autor* der Grund-feſte *part. 3. cap. 3. pag. 203.* & Carpzov. *de Leg. Reg. cap. 1. ſect. 14.*
31 *num. 18.* Talis verò (3.) norma ſeu lex eſt Capitulatio, quippe quâ Imperii Regimen certis Capitulis in Imperatorem defertur, ut ſecundum eam poteſtas Imperatoria exerceatur, uti ſupra definivimus. Inde enim patet, quantum poteſtatis communicaverit Imperator Statibus, & quantum contra ſibi reſervaverit; Adeo-

Adeoque inde cavetur, ne in Principatu ſit libido, nec in liber-
tate licentia, ſed uti temperatur libertate Ordinum Principatus;
Ita Principatu libertas Ordinum, juxta *Autorem* der Grund-feſte
*d. l.* Et conſequenter Statum Imperii, quoad officium Impe-
ratoris, limitatum deſcribit, per indirectum verò declarat, in
quibus Imperatori ſine reſtrictione ſit parendum. *Quin imò* 32
niſi (4.) Capitulatio pro Lege Imperii fundamentali haberetur,
hoc exinde abſurdum ſequeretur, quod nullius omninò mo-
menti eſſet, dum neque Imperatori de poteſtate contra Ca-
lumniantium iniquitates, neque Subditis contra Tyrannidem,
neque Statibus de libertate eſſet proſpectum; Sed Status ſeu for-
ma Imperii Romani in incerto fluctuaret, ſententia in Imperio,
communi conſenſu concluſa ſubitò reformari, & Capitulatio
ex aſſenſu Electorum immutari poſſet; Quæ & ſimilia obſervat
*Bœcler. in Notis S. R. Imp. lib. 12. cap. 3. pag. 293.* Et licet (5.) 33
à ſolis Electoribus, quorum non eſt Legem Imperii fundamenta-
lem condere, præſcribatur, ſæpius tamen dictum eſt, quomodo
hoc ſit intelligendum; ſcilicet quod Electores id non ſuo tan-
tum ſed totius Imperii nomine faciant, cùm ex inveteratâ con-
ſvetudine & Jure, in negotio Electionis, omnes omninò Status
Imperii repræſentent.

§. 7. Ex quibus fieri judicium poteſt de Autoritate Ca- 34
pitulationis, quod ſcilicet, quia Lex eſt Imperii Univerſalis & fun-
damentalis, omnes in Imperio viventes obliget; & conſequen-
ter: Quid reſpondendum ſit *Autori* der Grund-feſte *part. 3. cap.
3 pag. 207. & 256.* Autoris *Comitiologiæ Ratisbonenſis* verba, *dum
Part. 4. n. 249.* dicit: *(1.) quod Capitulatio Ferdinandi IV. vim &* 35
*vigorem habeat publicæ ſanctionis Imperii, (2.) quod pro perpetuâ
formâ & normâ Regiæ Capitulationis ſit habenda & (3.) quod
ſecundum Inſtrumentum Pacis ſit concepta*, ridenti, & ea, quæ
*Comitiologus* dicit, pro *judicio Cive Romano indigno* reputanti,
Item quando (4.) in Capitulatione Leopoldi plura adhuc deſi-

derat & aliter ſe habere dicit, quàm Status Imperii utſerint. Præ-
36 terea enim, quòd ejusmodi aſſerta non careant periculo, cùm
ipſum Imperii fundamentum petere videantur; immeritò ridet
dictum Autorem, cùm vera omninò dicat. Quamvis enim
neque in Ferdinandi IV. neque Leopoldi Capitulationes ob ra-
tiones urgentes cuncta potuerint inſeri; non tamen exinde ſequi-
tur, quod pro Legibus & Sanctionibus Imperii, ſeu pro normâ
atque formâ Romano-Regiæ Capitulationis non ſint habendæ;
Cùm diſtingvendum hic veniat inter Sanctionem Imperii im-
mutabilem omninò & adhuc augendam, ſeu inter ſanctionem
37 cum addito & ſimpliciter talem. Eſt Sanctio Imperii Capitula-
tio, ſed non ita abſoluta, ut augeri amplius vel immutari rurſus
non poſſit, id quod neque de illâ, quæ perpetua conficietur, pro-
pter res Civiles immutationi obnoxias ſperari poterit; Sed quæ
tamen Regi Romanorum Novo, Statibus & Subditis Imperii pro
lege & normâ erit.

§ 8. Atque hæc *de Genere Definitionis* ſufficiant! Quod
reliqua definitionis verba concernit, illa declaratione ulteriori
non opus habent, cùm ex antea dictis ſatis ſuperque ſint clara.
38 Sed potius hoc expediemus: *An per Capitulationem Majeſtati
Imperatoris derogetur? An verò nihilominus, dum ita paciſcendo
promittit, Majeſtatem retineat? Et Reſpondemus* breviter: Neuti-
93 quam Eidem propterea præjudicari, ſed retinere Ipſum Majeſta-
40 tem (1.) *quia* Imperator per Capitulationem non ſe obligat ad
ſubjectionem, ſed tantum ad officium, in nonnullis cum Con-
ſenſu Electorum & Statuum Imperii, obeundum; Uti verò ob-
ligatio ad officium poteſtatem non aufert vel imminuit, ſed eam,
quæ competit confirmat; ita idem & de Capitulatione dicen-
dum. *Quemadmodum* enim (2.) promiſſio Dei jurata non de-
trahit Majeſtati divinæ, utut dicat Deus, *Per memet ipſu juro. Gen.
22, 16.* Ita nec humanæ Majeſtati promiſſio illa jurata præju-
41 dicare valet. *Et quia* (3.) ante Obligationem juratoriam non
eſt

Digitized by Google

eſt Imperator, cùm Electio abſtractivè conſiderata conditionalis
eſt, adeoque eatenus pactio illa inter æquales, ſeu in Statu Na-
turali conſtitutos, fit & juratur. Hinc talis pactio non poteſt
præjudicare Majeſtati ſupervenienti, dum adhuc ad Electionis
actum ſpectat, dum Majeſtas immediatè â Deo Electo ſuperve-
nit. *Neque* (4.) unquam in mentem venit Electoribus, quod 42
Imperatori in Capitulatione auferre voluerint Majeſtatem ſed
ſaltem hoc intendunt, ut intra Officii Cancellos retineatur, nec
licentia nimia libertati detrahat. Actus verò non debent ope-
rari ultra agentium intentionem. *Sed potius* (5.) in nonnullis 43
Electores & Status in Imperii conſortium aſcivit, vel Imperator
cum Iisdem in quibusdam communicat, ita ut cum eorundem
conſenſu agat. Et quamvis hoc neceſſitatis ſit factum, non
magis tamen hoc ipſam Majeſtatem imminuit, quàm quando
juxta Leges divinas & naturales agere eſt obligatus. *Nec* (6.) *ſe-* 44
*quitur:* Majeſtas recipit gradus, Ergò omninò tollitur & abole-
tur. Nam licet non ubique ſit plena, & quoad omnes omninò
actus voluntate & poteſtate abſolutâ exerceri queat, non tamen
exinde ſequitur, quod ſumma non ſit in Republicâ poteſtas, per-
inde uti ſumma manet, licet in officio agere non poſſit, quod cul-
tui divino & legi naturali repugnat, cùm hæc ſaltem officium
moderentur, poteſtatem autem non reſtringant. *Neque verò*
(7.) ullum Imperii negotium eſt, quod maximam partem ad 45
Cæſarem non ſpectet, utut in nonnullis cum Statibus Imperii
communicet; & magna quidem ſint, quæ conceſſerit Statibus,
majora tamen quæ ſibi reſervaverit.

§. 9. Qui inter Majeſtatem realem & perſonalem hic 46
diſtingvunt, quod faciunt *Limnæus Tom. V. Addit. ad lib. 1. cap.
12. pag. 175. ſeqq.* & Ipſius Sequaces, qui majus ſtatuunt Impe-
rium quàm Imperatorem; quod etiam ante ipſum fecit *Aru-
mæus in Tom. IV. Jur. Publ. diſc. 3. pag. 9.* Illi confundunt ſub-
jectum circa quod verſatur ſumma poteſtas, cum ipſa poteſtate;

D 2 ſeu

ſeu Majeſtate; ut taceamus, quod illa diſtinctio â Sanioribus
Politicis & JCtis diu ſit exploſa & rejecta. *Quando quidem, uti* (1.)
47 Unus eſt Conſenſus, una voluntas & unus ſpiritus, unam Con-
ſtituens & vivificans Reipubl. formam, poteſtatem ſummam &
Majeſtatem; Ita & nulla poteſt fingi diviſio in Republicâ inter
48 Majeſtatem realem & perſonalem: *Nec* (2.) plura ſpecie diverſa
ſumma magis ſub communi aliquo genere comprehenduntur,
quam plura infinita, ſpecie diverſa, ſub communi aliquo genere
ab iſtis ſpeciebus præſcindente contenta dari poſſunt. Quod
ſi autem harum Majeſtatum altera ab alterâ dependere ſtatua-
tur, dependens ab alterâ vera ſpecies non erit. Quî enim eſſet
49 poteſtas non ſumma, ſpecies ſummæ? *Et quia* (3.) omnis ſumma
Reipubl. poteſtas â Deo *Rom. 13. v. 1. Proverb. 8. 15.* qui eam im-
mediatè Imperantibus concedit, dependet; hinc nulla poteſt
fingi alia Majeſtas ſeu poteſtas fundans, quæ Majeſtatem regen-
50 tem & adminiſtrantem conſtituat. *Imò* (4.) Populus nec du-
rante Majeſtate perſonali, nec vacante Republicâ, ſummam po-
teſtatem habet; Non illo caſu, quia aliàs eſſent duæ poteſtates;
Non hoc, quia tunc nulla Resp. nulla forma, ſed potius Anarchia
& nulla ſumma poteſtas eſt, niſi Vicariis interea temporis conſti-
tutis. Unde quam populus ſummam poteſtatem non habet,
51 alteri dare nequit. *Non obſtat* (5.) quod formula in Imperii
Reſcriptis ſit vulgaris: Unſer und des heiligen Reichs Stadt; Uns
und dem heiligen Reich / adeoque ſic innuere videtur & Imperii
poteſtatem; Cùm hoc ſubjectivè & materialiter ita dicatur, quia
partem Romanii Imperii conſtituit, vel ſaltem quod unitas &
forma Reip. Romano-Germanicæ ab Imperatore & Imperio, in
quibus junctim conſiſtit illa unitas, non diviſim dependeat. Nec
52 (6.) obſtat, quod Status Imperii eodem vacante, poteſtatem ha-
beant eligendi Imperatorem alium, imò planè immutandi for-
mam Reip. quod non videtur fieri poſſe, absque ſummâ poteſtate
realiter apud ipſos reſidente; Quia exinde non ſequitur Maje-
ſtatem

Digitized by Google

ſtatem realem penes Eos reſidere , ſed ſaltem poſſe conſtituere
& eligere aliam vel etiam plures Perſonas, quibus Majeſtas illa
applicari poſſit. Quæ plura objiciuntur, & quomodo reſol-
vuntur *vid. in Notis Noſtris ad Bœcler. Notit. Imperii ad Lib.4.
cap.1. th.4. num.3. ad verb. De Majeſtate reali. add.* Ziegler. *ad
Grot. lib.1. cap.3. th.7.* Bœcl. *ad Grot. ibid.* Strauch. *in Diſſ. de
de Statut. â Summo Principe th. 2. & 3.* Dn. Schweder *in Introd.
J. Publ. Part. Gen. cap. 2. th. 19.*

§. 10. Antequam hoc caput finiamus in ſpecie prius hic 53
quærere lubet: *An Capitulatio Maximiliani II. ſit genuina & for-
malis?* Et meritò ſuſpecta eſſe videtur illa , quæ vulgò traditur
(I.) quia differt non tantum â Poſterioribus & ſubſequentibus, 54
ſed etiam â præcedentibus Caroli V. & Ferdinandi I. Capitula-
tionibus, ſive Stylum ſpectes & ſectiones articulorum, ſive et-
iam Collationem materiarum (II.) quia multa in Eâ ſunt omiſſa,
quæ in reliquis ſunt expreſſa,& utiliter exprimi potuiſſent, imò de-
buiſſent (III.) Quia differt ab Avthentico, quod in Archivis Ele- 55
ctorum habetur & in formalibus & in matherialibus. Præterea
enim, quod in Avthentico puncta clarius tradita, expreſſa & ex-
plicata ſint, *deeſt* (1.) Titulus Imperatoris (2.) *deſunt* nomina 56
Electorum excepto Moguntino (3.) *deeſt* confirmatio & reno-
vatio Legum Imperii Fundamentalium v. g. Aureæ Bullæ, Pacis
Religioſæ, Profanæ &c. (4.) *Deeſt* confirmatio Dignitatum,
Privilegiorum & Regalium Statuum Imperii. (5.) *Deeſt ille* Ar-
ticulus, ubi Imperator Pactis & Conventionibus illicitis ſubdi-
torum contra Principes & Status Imperii obviam ire promittit.
(6.) *Ille*, ubi Imperator Status Imperii Collectis, vocatione ni-
miâ ad Comitia ſe non oneraturum. (7.) *Ille* ubi Officiis Impe-
rii jura ſua ſarta tectaque ſe conſervaturum. (8.) *Ille*, ubi nego-
tia nonniſi Germanicâ & Latinâ Lingvâ tractari debere. (9.) *Ille*,
ubi Concordata Principum & Pontificis Romani ratione Epi-
ſcopatuum &c. ut obſerventur, ſe curaturum. (10.) *Ille*, ubi ſo-

 cietati-

cietatibus Mercatorum damnoſis & Monopoliis ſe obviam iturum (11.) *Ille*, ubi Vectigal de novo ſe non conceſſurum, nec vetera auctorum vel prorogaturum. (12.) *Ille*, ubi ab aliis impoſitum vectigal vel auctum removere. (13.) *Ille*, ubi Electoribus ad Rhenum, dando immunitates Vectigalium, ſe gravem non futurum. (14.) *Ille*, ubi Statum Imperii gravatum ne Jure experiatur, ſe non impediturum. (15.) *Ille*, ubi fines Imperii antiquos ut recuperare poſſit ſe curaturum. (16.) *Ille*, ubi Principatuum, Comitatuum & Dominiorum, quæ ab Imperio habet, Onera ſe præſtiturum. (17.) *Ille*, ubi ordinationem monetæ ſe obſervaturum. (18.) *Ille*, ubi nemini ſine Electorum Conſenſu jus monetandi Conceſſurum. (19.) *Ille*, ubi Coronam Romanam ſe impetraturum, & in Germaniâ ſe reſidere velle; & (20.) denique ille, ubi ea quæ ſunt contraria Capitulationi, pro nullis ſe habiturum
57 eſſe promittit. Quæ omnia in Vulgari Editione deſunt, adeò ut manca quædam Excerpta, vel etiam Primas quaſdam Schedas eſſe vel fuiſſe; non immerito conjicere quis poſſit; Vulgaris exhibetur apud *Goldaſtum & Limn. loc. cit.* ut & apud *Carpzov. ad Leg. Reg.* Authenticam verò ex Archivo Palatino *Dn. Henricus Guntherus Thulemarius Profeſſ. ante hâc Heidelbergenſis celeberrimus, in fin. Tractatus de Bullis* exhibet.

# CAP. V.

## *DE CAPITULATIONIS CAUSA MATERIALI.*

Materiam *ſuppeditant ipſi Capitulationis Articuli*, 1.

*Capita ſunt vel* Perpetua, *quæ ſpectant vel* (1.) ad Jus Statuum. 2.

*Vel* (2.) Ad Confirmationem Legum. 3.

*Vel* (3.) Ad Adminiſtrationem. 4.

*Vel* (4.) Ad Juriſdictionem Imperii. 5

*Quæ ſunt* Materia Capitulationis Perpetuæ. 6.

Tempo-

Temporaria *interdum obſervantur.* 7.
*Tale eſt* Cap. Caroli V. art. 30. *de ſede Regiâ in Germaniam transferenda.* 8.
*Tale etiam eſt* in Art. 12. Cap. Leopold. *de Ferdinando Carolo Archi-Ducè Auſtriæ.* 9.
*Et in* art. 13. *quod de Coronâ Galliæ* ibid. *habetur.* 10.
*Imò totus* Articulus 14. Capit. Leopold. *de Bello Italico & Circuli Burgundici, nec non Pacificatione Polonicâ.* 11.
*Capitulatio non tantum habet* ſingularia *ſed & Generalia.* 12.
*Habentur enim ibi & Ea quæ Juris communis ſunt.* 13.
*An Ex temporariis capitibus poſſint fieri perpetua?* 14.
*Et An neceſſarium ſit ſigillatim exprimere, quæ in ſummâ jam continentur?* 15.
*Quod utrumque certo reſpectu affirmatur.* 16
*Melior prolixitas quam obſcuritas.* 17.
*Capitulatio inprimis tractat Jura Communicata.* 18.
*Obſervantur tamen Articuli Confirmativi æquè ac Limitativi.* 11.
Capitulatio *eſt* Regula, *unde de Imperatoris Poteſtate ferri judicium poteſt.* 20.

§. 1.

DE *Materia* prolixè dicere non erit opus, cùm ea ipſa in Ipſius 1
Capitulationis Joſephi tractatione ſe oſtendat. Hoc tamen inter Generalia non erit prætermittendum, quod *Materia* 2
*Capitulationis* contineat *Capita partim Perpetua, partim temporaria*; Illa vel ſpectant *ad Jura Statuum*, quorum inprimis in *Art. 8. §. Gaudeant. Inſtr. P.* fit mentio, quæ Imperator confirmare tenetur, uti factum *in Capitulatione Leopoldi art. 3*, vel ad *Confirmatio-* 3
*nem Legum Imperii*, quales ſunt, *Aurea Bulla, Pax Profana & Religioſa, Inſtrumentum Pacis, Receſſus Imperii &c.* Vel *ad Admi-* 4
*niſtrationem Imperii*, quò ſpectat materia de Adminiſtratione, Oppignoratione, alienatione, infeudatione & recuperatione Bonorum Imperii; Item Materia, quæ verſatur circa impoſitionem Vectigalium, circa Collectas, circa Officia, inveſtituras & dignitates conferendas; Vel denique *Ad Jurisdictionem Imperii,* 5
quo referenda ea, quæ pertinent ad Judicium Cæſareo-Aulicum

cum & Camerale, imò etiam ad Judicium Cæſaris Sanctioris
6 Conſilii, uti videre eſt ex *Art. 40 Capit. Leopold.* Et circa hæc
inprimis Capita verſatur *Capitulatio* illa certa atque conſtans, ſeu
*perpetua* dicta.

7 §. 2. Quod ad temporaria attinet, illa rariora ſunt, cùm
utplurimum ea fiant tandem perpetua. Obſervantur tamen &
8 illa interdum, uti conſtat ex *Capitul. Caroli V. art. 3.* Ibi enim
cautum & proviſum legitur, ut Imperator quam primum poſſit,
ex Hiſpaniâ in Germaniam ſe conferat *ibi*: Wir ſollen und wollen
Uns auch zum baldſten es möglich und füglich / heraus ins Reich
Teutſcher Nation perſönlich fügen. *Item*: Auch unſere König-
liche Reſidenz, Anweſen und Hoffhaltung in dem Heil. Römi-
ſchen Reich Teutſcher Nation des mehrern Theils / ſo viel möglich /
haben und halten. Quod quia temporarium fuit & ad perſonam
Caroli V. Regis quippe tunc Hiſpaniarum reſtrictum, in reliquis
Capitulationibus ſubſequentibus meritò omiſſum eſt, cùm po-
ſtea Electi Romanorum Reges in Germaniâ jam reſiderent.
9 Quemadmodum & ejuſmodi temporarium Capitulum in *Leo-
poldi Capitulatione Art. 12. in fin.* de Ferdinandi Caroli, Archi-
Ducis Auſtriæ, Prætenſione in Terras Alſaticas, quod de Eâ in
proximis Comitiis deliberatio inſtituenda ſit, occurrit; Unde
10 & in *Capitulatione Joſephi d. Art. 12.* eſt omiſſum. Similiter &
in Capitulationis Leopoldinæ *Art. 13.* Capitulum temporarium
de Coronâ Galliæ eſt inſertum, quod ſcilicet Imperator, Hoſti-
bus Regni Galliæ Exteris, Milite, Pecuniâ, Armis vel Commeatu,
quocunque ſub prætextu id fiat, auxilio adeſſe nolit; ſed, quod
11 ad Circulum Burgundicum, ſe Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ
conformem gerere velit. Quod ipſum, quia ad belli illa tem-
pora, quod Imperatori & Imperio cum Rege Gallicæ tùm tem-
poris, quando Capitulatio Joſephi facta eſt, intercedebat, mini-
mè quadrabat, hinc in dictâ Capitulatione eſt omiſſum. Imò
totus *Articulus 14.* Leopoldinæ Capitul. de Bello Italico & Cir-

cuii

culi Burgundici, Pacificatione item Polonicâ, aliisque ad temporaria reſpicere eſt creditus; Unde nihil de eo in dictâ Joſephi Capitulatione eſt repetitum vel confirmatum.

§. 3. Præterea & obſervare licet, quod Capitulationis 12
materia etiam contineat, *non ſingularia tantum* capita, ſed & ea interdum, *quæ Generalia* ſunt, ſive Jus generale ſeu ordinarium ſpectes, ſive etiam quatenus ſummatim ſaltem quædam Capita exprimuntur, quæ ſingulatim etiam exprimi potuiſſent.
Unde obſervamus in Capitulationibus etiam ea interdum im- 13
miſceri, quæ Juris communis & ordinarii ſunt; ut quando Imperator promittit, ſe maximis & minimis æqualiter Juſtitiam adminiſtraturum; & *Ferdinandus III. Art. 42.* quod Statibus Imperii Inveſtituras ſecundum priorum Inveſtiturarum tenorem concedere velit, &c. Quod licet ſit Juris Communis, Capitulationi tamen inſertum eſt, ut ſciat Electus Rex Romanorũ, ſe nec Ordinario Jure ſolutum eſſe, uti docet *Limn. ad Capit. Sect. 6. num. 11. & 12.*

§. 4. Quæritur verò hic (1.) *An ex temporariis Capitibus* 14
*perpetua quædam fieri poſſint?* Et (2.) *An neceſſarium ſit ſeparatim* 15
*exprimere, quæ in ſummâ continentur?* Et ſanè, quod ad Quæ- 16
ſtionem *Primam* attinet, pro re natâ nihil obſtat, quò minus ex temperario interdum perpetuum caput fiat; Ut ſi *v. g.* loco illius temporarii, quod *ſupra* §. 2. de Carolo V. dictum, perpetuum ſic formetur: *Ne Imperator diu extra Germaniam commoretur?* Id quod in ſimilibus eâdem ratione obtinebit. Quod verò *ſecundam* quæſtionem concernit, regulariter quidem neceſſe non eſt, ut ſeparatim exprimatur, quod jam in Summâ ibidem eſt confirmatum, ne aliàs prolixitatis accuſentur Concipientes. Quòd ſi verò obſcuritas aliqua ex Generali ſaltem 17
Confirmatione metuitur, cùm tamen Capitulatio, tanquam Regula & Norma officii Imperatorii & poteſtatis limitatæ, clara & perſpicua eſſe debeat, melior eſt prolixior expreſſio ſeparata,

quàm obſcura generalitas & brevitas: Ne aliàs nihil actum eſſe videri poſſit.

18 §. 5. Tandem nec hoc in materia Capitulationum in genere prætereundum eſt; quod licet non prætereat omninò ea, quæ Jura Imperatoris Regia confirmant, ea tamen præprimis tractet Capita, quibus circumſcribitur Poteſtas Imperatoris Regia & abſoluta, ſeu potius, quæ Imperator de poteſtate ſuâ cum
19 Electoribus & Statibus Imperii communicavit. Hinc Articuli Capitulationum vel ſunt *confirmativi* Poteſtatis Regiæ vel *Limitativi.* Ex quo per indirectum & per Conſequentiam quoque reſultant ea, quæ non communicavit, ſed ſibi Soli reſervavit; Ut non immeritò Capitulationem dixerimus *Normam &*
20 *Regulam, unde de Imperatoris Poteſtate ferri judicium queat.* Quæ verò & qualis in Romanorum Rege obſervetur, ex Capitulationis Joſephi Articulis, tanquam Ipſis rerum argumentis, ſpecialiter & clarius addiſcere licebit. Nobis hæc de Generalibus dixiſſe ſufficiant!

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
# CAPITULATIONEM
# JOSEPHI
# ROMANORUM REGIS
# AUGUSTI;
## ET QUIDEM AD EJUSDEM
## *PRINCIPIUM SEU PROOEMIUM*;
## DE
## POTESTATE ET OBLIGATIONE
## REGIS ROMANORUM IN GENERE.

# CAPUT I.
## *DE NOMINE ET TITULO REGIS ROMANORUM.*

I. *Diſpoſitio* Capitulationis. 1. *Diviſio* Proœmii ſeu Principii *in tria Capita, quorum*,
1. *Agit de Profitente obligationem & Poteſtatem.*
2. *De Cauſâ.*
3. *De Profeſſione ipſâ.* 2.

II. Joſephi *idem quod* Auguſti *Nomen* 3. & 4.
*Quid ſignificet id Nomen & quid ominetur?* 5.

III. Auguſti *vox Nonnullis* ab augurio *derivatur* & avium geſtu 6.



Digitized by Google

*Et eſt verbum Sacrorum, 7.*
*Sed melius* ab augendo *derivatur & probatur.*
1.) Ex Teſtimonio Svetonii 8.
2.) *Ex adjectione particulæ* Semper. 9.
3.) *Ex Tavtologia aliàs ſecutura 10.*
4.) *Quia molâ ſalſa aucta ſacra, conſecrata & auguſta dicebantur. 11.*
*Unde* Auguſtus *rectè vertitur* Mehrer des Reichs 12.
IV. *Titulus Curialis eſt, quando Principes dicunt* Nos 13.
*Quod 1. vel* modeſtiæ *adſcribitur. 14.*
*Hiſpanorum Rex ſubſcribit in Numero ſingulari. 15.*
*Vel 2. quod* Perſonam repræſentantem populum *gerant. 16.*
*Principes in familiari alloquio etiam utuntur Numero ſingulari. 17.*
*Vel 3. ex* honoris exhibitione *traxit ortum. 18.*
*Jam* Plinii Secundi *temporibus obtinuit ille mos. 19.*
*Tuisſatio Inferioritatem innuit ſtylo Curiali. 20.*
V. *Titulus* Dei gratia *quibus competat. 21.*
*Etiam competit illis, qui limitatam habent poteſtatem, modo ſummam. 22*
*Adeoque & Imperatori & Regi Romanorum. 23.*
*Imò & Electoribus & Principibus Imperii, & quare? 24.*
*Quare Prælati & Comites Imperii illo titulo abſtineant? 25.*
*Quid de Exemplis antiquis ſentiendum? 26.*
*Non multum intereſt ſive Titulus* Dei gratia *Nomini Proprio præ- an poſtponatur. 27.*
*Stylo Cæſareo poſtponitur. 28.*
*Præponitur plerumque in Titulis Principum. 29.*
VI. *Inter titulos reales refertur Titulus* Regis Romanorum. 30.
*Varia acceptio* Regis Romanorum. 31.
*Diverſa* Cæſaris & Regis Romanorum *Appellatio Carolinis temporibus adſcribenda. 32.*
VII. *Titulus* Semper Auguſti *apud Græcos & Romanos Imperatores frequens fuit. 33.*
*Etiam* Carolus M. *eo uſus eſt. 34.*
*An Imperator dicatur* Semper Auguſtus, *Rex vero Romanorum tantum* Auguſtus. 35.
*Reſpondetur ad Conſtitutionem Friderici de Pace Conſtantiæ. 36*
VIII. *An Rex* Germaniæ *à Rege* Romanorum *differat. 37.*
*Ratio dubitandi. 38.*
*Rationes decidendi. 1. 2. 3. 4. 39.*
*Commoda affirmativæ ſententiæ, & quare Maximilianus I. Titulum Regis Germaniæ aſſumpſerit. 40.*

*Rectè*

Digitized by Google

*Recte tamen Comitia Germaniæ dicuntur Imperialia.* 41.
IX. *Tituli* Regis Hungariæ Dalmatiæ & *reales reliqui remiſſivè tanguntur.* 42.
*Habetur verò in* Capitulatione *Titulus Regis Romanorum minor.* 43.

## §. I.

CApitulatio JOSEPHI ROMANORUM REGIS AUGUSTI ſemetipſam in *Principum, Tractationem & Finem* ſeu Epilogum diſpeſcit. *Principium,* de quo impræſentiarum agimus, generaliter continet Regis Romanorum *Profeſſionem Poteſtatis & Obligationis ſuæ*; *Tractatio* porrò *obligationem & Poteſtatem Ipſam* in certos & quidẽ XLVII. diviſam Articulos; *Finis* verò ſeu Epilogus *Obligationis Confirmationem.* Circa Profeſſionem obligationis ſe *primò* omnium oſtendit ILLE; Qui publicè obligationis ſuæ Profeſſionem facit, in verb. Wir bekennen öffentl. mit dieſem Brieff und thun kund Männiglich; *poſtea* conſideranda erit CAUSA illius obligationis & exinde factæ Profesſionis; & *denique* ipſa PROFESSIO ſeu Promiſſio. *Perſona* quæ obligationem profitetur, eſt JOSEPHUS, REX ROMANORUM AUGUSTUS, cujus Auguſtum *Nomen* æquè ac *Titulum* paucis attingemus. 1 2

§. 2. JOSEPHI Nomen eſt *Regi Noſtro Auguſtiſſimo*; auſpicato ſane omine; quod Exemplar illud omnis Pietatis, Juſtitiæ, Fortitudinis & Prudentiæ *Joſephum Patriarcham* Jacobi Filium referat, *Gen. 30. v. 23. ſeqq. cap. 37. 39. ſeqq.* Et uti Joſephi nomen in Linguâ Sanctâ, *Auguſti* Nomen innuit, quod etiam obſervat *D. Fritſchius ad Proœm. Capitulationis Joſephi,* dum deſcendit ab Hebræo יסף quod idem denotat, atque *addat* vel *addet* juxta textum *Gen. 30. v 24.* Ita etiam addet Imperio quondam ſuo Joſephi non tantum Virtutes, uti Auguſti vocem expli- 3 4

cat *Lampadius de Rep. Rom. Germ. P.* 3. *cap.* 1. *n.* 1. ſed etiam Terras ab Imperio per injuriam hoſtium avulſas, ita ut imitetur omninò Sereniſſimum Dn. Patrem, Invictiſſimum Cæſarem, LEOPOLDUM MAGNUM, Multorum Regnorum & Provinciarum à Barbaris Recuperatorem fortiſſimum, ut verè ſit Imperio dicaturque *Joſephus*, hoc eſt, *Auguſtus Cæſar.*

§. 3. Non me quidem latet, non omnibus æquè patere,
6 quo ſenſu C. *Octavius Cæſar*, cùm averſatus eſſet Domini Ti-
tulum, tanquam odioſum, glorioſo Auguſti nomine fuerit con-
7 tentus; Et ſanè vix placebit omnibus quod Auguſtum ab *augendo*
derivemus; ſed fortè potius arridebit, quod vox Auguſti ſit verbum Sacrorum ab *augurio* ſeu *avium geſtu* derivatum, ita ut idem quod *ſanctus* ſeu *conſecratus* denotet, unde & Auguſti dicuntur quaſi nunquam non colendi, Venerabiles & religioſâ obſervatione digni, in *Nov.* 134. *& alibi*; quo & ſpectat locus apud *Ovidium lib.* 1 *Faſtor. vers* 609.

*Sancta vocant Auguſta Patres, Auguſta vocantur*
*Templa, Sacerdotum ritè dicata manu.*

Et quando *Florus lib.* 4. *cap. ult. in fin* de Auguſto dicit: *Tractatum etiam*, inquit, *in Senatu, an quia condidiſſet Imperium* Romulus *vocaretur: Sed ſanctius & reverentius viſum eſt Nomen* Auguſti, *ut ſcilicet jam tum, dum colit terras, ipſo nomine & Titu-*
8 *lo* conſecraretur. Sed quia tamen (1.) Ipſi Scriptores Romani
dubitant, an ab *Augurio*, an vero ab *Auctu* derivetur vox Auguſti: Ita enim *Svetonius* in Auguſto *cap.* 7. de Ipſo ſcribit: *Cum quibusdam cenſentibus*, Romulum *appellari oportere*, *quaſi & Ipſum Conditorem Urbis prævaluiſſet; Ut* Auguſtus *potius vocaretur, non tantum novo, ſed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, auguſta dicantur,*
9 *ab* auctu *vel ab* avium geſtu, guſtuve. Et præterea (2.) Adje-
ctio Particulæ *Semper* vel *Perpetuò* ſignificationem *augendi* potius quàm *inaugurandi* innuere videtur, cùm qui ſemel conſe-

ctatus eſt, non opus habeat ulteriori, multò minus perpetuâ conſecratione. Nec (3) ſine Tavtologia per *Semper* vel *Per* 10
*petuò Auguſtum*, perpetuò Venerabilem ſeu colendum intelligere licebit, cùm Auguſti dicantur Venerabiles & Αὔγυςοι ἀνοί-βαςοι ſeu colendi, *in Novell. 134 & §. fin. J. de Uſucap.* adeoque Venerabiles perpetuò Venerabiles incongruè dicti eſſent. *Hinc* rectius *Auguſtus* ab *Augendo*, uti *Venuſtus* â *Venere* & *Robuſtus* â 11
*robore* dicitur. Utut enim vox *augendi*, quatenus Auguſtus inde derivatur, verbum ſacrum fuerit, cùm *augere* dicebatur *conſecrare* propterea, quod Sacra & Hoſtiæ Ethnicorum, dum conſecrabantur, mola ſalsâ adſpergebantur, adeoque immolari, augeri & mactæ inde dicebantur, uti huc facit locus *Suetonii* in Auguſto *cap. 96.* ibi: *cùm* augeri *hoſtias imperaſſet.* Et vetus Inſcriptio: *Si quis huic aræ donum dare*, augereque *volet*; Utrobique tamen ab augendo deſcendit; Ita ut non immeritò vox *Semper Auguſti* 12
Germanicè allezeit Mehrer des Reichs vertatur; Hæc enim Verſio vocis originalem & propriam, illa verò ortam ſignificationem & Tropicam reſpicit. Et hæc de Nomine Proprio Regis Romanorum.

§. 4. Titulos quod concernit, ſunt illi partim *Curiales*, quos ſibi tribuit Rex Romanorum, partim *Reales*. Inter Curiales primo loco occurrit Compellatio in Plurali, WJR. Solent enim Principes de ſemetipſis loquentes, Numero Plurali 14
uti; Cujus uſûs ratio datur moralis æquè ac Politica, ut & Curialis. Nonnulli enim modeſtiæ adſcribere volunt, quaſi eo ipſo oſtendant, non ſe ſolos, ſed ſe ſuumque Conſilium id quod proponitur; decernere, quemadmodum eam in rem Eraſmum Roterodamum citat *Feltmannus de Titulis Honor. cap. 67. n. 1.* Quo referri poſſet illud, quod pro faſtu Hiſpanico Non- 15
nulli interpretentur, quod Rex Hiſpaniæ inter modeſtiores Gentes ferè ſolus, in ſingulari ſuppreſſo Nomine Proprio, ſe ſubſcribat *Yo el Rey*; *Ego Rex.* Alii verò cum *Limnæo de J. Publ. lib. 4. cap. 6.*

16 *cap. 6. num. 6.* & Thoma Hobbes in *Leviathane*, quò & facit *cap.*
Ejus *ult. de Homine* ei adſcribunt, quod Principes non perſonam
ſingularem ſed plures, totumque adeo populum repræſentent,
duplicemque gerant perſonam, naturalem ſcilicet ſeu ſingularem
17 & Civilem ſeu repræſentantem. Unde & Principes, ſi quem
comiter obſervant, in privato alloquio vel etiam in Literis in
18 Numero ſingulari ſolent alloqui. Modus ille compellandi ali-
um in plurali Numero, uti honorem aliquem Politicum attri-
buere videtur; ita etiam adverſus ſuperiores primò adhibitus,
19 poſtea etiam ad æquales prorepſit; Et quidem jam Trajani &
Diocletiani Imperatorum temporibus occurrere Exempla ex
Plinio Secundo & Capitolino probat *Limnæus d. cap. 6. num. 4.*
quemadmodum & Epiſtola Johannis, Pontificis Romani, ad Im-
peratorem Juſtinianum, Hujusque ad Illum reſponſoria in *L. 8.*
*C. de Summ. Trin.* eundem Stylum præ ſe ferunt. Inde ne mi-
nus Sibimet Ipſis tribuerent Principes, quam alii Ipſis tribuêre,
uſuvenire cœpit, ut & de ſemet Ipſis in Numero Plurali loque-
20 rentur. Uti verò alium in Plurali Numero compellandi ab ini-
tio Superioritatem innuere eſt viſum; Ita contra in ſingulari
aliquem compellare poſſe, inferiorem illius conditionem ſtylo
Curiali oſtendere videtur, unde etiam *Jus Tuiſſandi* natum eſt,
quod Imperator, exceptis Electoribus, adverſus Principes, Co-
mites aliosq; Imperii ſubditos exercet, de quo plura addere ſuper-
ſedemus; adeat qui volet præter Citatos *Multzium in Repræſent.*
*Majeſt. Imperat. Part. 2. cap. 30.*

§. 5. Titulus *Dei gratiâ* von Gottes Gnaden / vel ſimi-
21 les, ut *divinâ favente Clementiâ, divinâ ordinante Providentia,*
*promiſſione vel indulgentiâ*, Aus GOttes Verhängnis / vel aus
Gottes Erbarmung, *Dei beneficio, Dei nutu &c.* qualia Exem-
pla quam plurima videre licet apud *Goldaſt. in Conſtit. Imper.* in-
primis *Part. 3.* absque dubio Principibus Majeſtatem ſive pro-
priam ſive ſaltem analogam habentibus competit, adeoque vi-
cariam

cariam Dei in terris poteſtatem, quam à Deo habent, Eique non immeritô humiliter recognoſcendo, acceptam referunt, indicat. Qui ipſe Titulus non tantum Illis Principibus, qui magis abſolu- 22
tam in Terris poteſtatem gerunt, ſed etiam Illis competit, qui reſtricto & limitato gaudent Imperio, cum & Hi poteſtatem ſuam, quippe ſummam, immediatè à Deo habeant, prout in *Differt. prælim. c. 4. §. 9.* demonſtravimus. Unde non tantum Gallia- 23
rum & *Hi*ſpaniarum Monarchis, ſed & Imperatori & Regi Romanorum competit, utut hi magis limitatam habeant poteſtatem. Quid? quod & Electores & Principes Imperii, quod in 24
Conſortium Imperii ſint aſciti, & ſuperioritate territoriali, tanquam Majeſtate quadam analogâ, ut ſinguli gaudeant, prærogativâ illâ non immeritò utuntur, cùm Prælati, Comites & Civita- 25
tes Imperii â Formulâ illâ abſtinent, quod poteſtatem illam, quæ de Imperio ipſis eſt communicata, non ſinguli & perſonaliter, ſed Curiatim habere & exercere cenſeantur; Saltem Praxis Imperii ita uſu obſervare ſolet, utut æquali in territorio ſuo poteſtate gaudeant. Quamvis non ignorem Exempla, quæ de Eberhardo Comite Wurtenbergico, de Burchardo, Comite quodam de 26
Hohenberg, de Comitibus Oldenburgicis, de Decano Eccleſiæ Moguntinenſis, aliisque, recenſentur apud *Myler. de Princip. & Stat. Imperii cap. 31. §. 4.* Dn. Eybenium beatæ memoriæ *in Diſſertatione de Origine Regulæ:* Quod Princeps tantum poſſit in Territorio &c. *Klock. de Contrib. c. 4. n. 146.* Gräfl. Stollbergiſche *Deduction* wegen Königſtein in Beylagen *N. 3.* Talia vero tùm temporis ad modum Styli Curialis obtigiſſe, vix probari poterit. Præterea non multum intereſſe videtur, Sive Titulus *Dei gra-* 27
*tia* præponatur Pronomini & Nomini Proprio, ſive hoc præponatur Titulo: *H*oc tamen obſervare licet, Stylo Cæſareo 28
ſolennius eſſe, ut præponatur Nomen *Proprium*, Titulo *Dei gratia*, quod non tantum in Prooemio Capitulationis Joſephi, ſed & in aliis Capitulationibus, Mandatis & Edictis Cæſareis obſervare



Digitized by Google

ſervare licebit, & ubi formula ſic habet: Wir Joſeph von Got-
29 tes Gnaden/Wir Carl der Fünffte von Gottes Gnaden: Cum Ti-
tulis Principum plerunq; Titulus, Dei gratiâ, Pronomini & No-
mini Proprio præponi ſoleat, ita: Von GOttes Gnaden Wir
N. N. Hertzog ꝛc. vel ſic: Wir von Gottes Gnaden N.N.

30 §. 6. Ad Titulos *reales* Regis Romanorum Joſephi pro-
greſſum facimus; ubi (1.) occurrit Titulus *Regis Romanorum*
*electi* Erwehlter Römiſcher König. Diverſam Nominis Regis Ro-
31 manorum ſignificationem obſervare licet, dum 1. Ipſi olim Im-
peratores promiſcuè dicti fuere Reges vel Imperatores Romano-
rum; Et 2. Adhuc hodie Imperator ante Coronationem Rex
Romanorum dicitur, prout hæc locutio in *Aur. B. cap. 2. & paſ-*
*ſim* occurrit, & Capitulationes eorum Imperatorum, qui vacan-
te Imperio ſunt electi, in Prooemiis hoc ipſum clarè monſtrant, 3.
Denique illum Regem Romanorum in ſpecie notat, qui vivo
Imperatore eſt electus, quæ etiam ſignificatio hujus loci eſt.
32 *Quando* verò diverſa Cæſaris & Regis Romanorum cœperit Ap-
pellatio, cùm olim, uti *Cujacius lib. 2. Obſ. 15. in fin.* notat, Im-
peratorum Filii, vel qui in Conſortium Imperii ſunt aſciti, po-
tius dicti fuerint Cæſares, optima eſt illorum ſententia, qui rem
ad Caroli M. tempora referunt. Ille enim adhuc vivus Filium
ſuum Primogenitum, Pipinum, Regem Italiæ, & Ludovicum ſe-
cundo genitum Regem Aquitaniæ fecit, id quod poſtea legem
dedit Familiæ, ut Primogenito in Imperio Succeſſuro daretur
Regnum Italiæ, etiam vivo Parente. Ita datum fuit Lothario
ab Imperatore Ludovico Pio, item Ludovico Lotharii Primo-
genito; inde poſtmodum invaluit mos etiam Regem Romano-
rum vivo Imperatore in Imperio Electivo eligendi, quemadmo-
dum ita vivente Patre electus eſt Otto II. Aliique; quæ opinio
eſt *Paſquierii lib. 5. des Recherch. de la France ch. 1. p. 505. & ſe-*
*quitur* Limnæus *de J. Publ. lib. 2. cap. 15. n. 14.*

33 §. 7. De Titulo *Semper Auguſti* non eſt, cur quidquam
amplius

amplius addamus, cum ſupra §. 3. occaſione Nominis ſatis de eo ſit actum. *Hoc* tamen prætereundum non eſt, non tantum apud Græcos Imperatores elogium hoc familiare fuiſſe, ut ſemet dixerint Perpetuo *ſeu* Semper Auguſtos, uti eò facit *Subſcriptio Proœmii Inſtitutionum Juſtiniani.* Item *Nov. 60. 63. 66. & 83.* Sed etiam apud Romanos Imperatores non infrequens, uti videre eſt 34
apud *Symmachum lib. 2 Epiſt. 30. & L. 10. alioſq.* Imò & Imperatores Germanicos eum adhibuiſſe CaroliM. *conſtitutio Theodoniſvillana* de Pace Conſtituenda, teſtis eſſe poterit, ubi legitur: *Imperator Carolus, Pius, Felix, Victor ac Triumphator, Semper Auguſtus,* prout extat apud *Baron. Tom. IX. Annal ad A. 806. n. 18. &* Goldaſt. *Tom. 1 fol. 10.* Ita ut hîc meritò deferere cogamur celeberrimum *Bæclerum in Notitiâ Imperii lib. 4. cap. 1. n. 1.* qui dicit, Fridericum I. Auguſti Nomini voculam *Semper* primum addidiſſe. Neque hoc ſilentio hîc prætermittimus; Non fa- 35
cere nos poſſe cum *Limnæo*, qui in eo ponit differentiam inter Imperatorem & Regem Romanorum; quod Imperator dicatur ſemper Auguſtus, Rex verò tantùm Auguſtus; *de J. Publ. lib. 2. cap. 15. num. 46.* Cùm contrarium ex Principio Capitulationis Joſephi, ibi: Zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ut & Capitulationum illorum omnium, qui vivo Imperatore Reges Romanorum ſunt electi, Ferdinandi I. ſcilicet, Maxi- 36
miliani II. Ferdinandi III. IV. aliorumque pateat; Et quamvis in Conſtitutione *Friderici & Henrici VI. de Pace Conſtantia Conſuetudin. Feudalibus ſubnexa in pr.* Exemplum occurrat; Ubi Fridericus *Semper Auguſtus,* Henricus verò *Auguſtus* dicitur, exinde tamen non eſt formanda Regula, maximè cùm evitandæ repetitionis ergò id ibi factum fuiſſe videatur; & veteres voce Auguſti ſimpliciter æquè ac cum adjectâ particulâ *Semper* promiſcuè ſint uſi. 37

§. 8. Ad Titulum *Regis Germaniæ* quod attinet, notatu digna eſt illa quæſtio: *Utrum Regis Germaniæ qualitas à qualitate*



Digitized by Google

*Regis Romanorum ſit diſtincta?* Et quamvis coïncidere videantur
ita, ut Imperium Romanum ipſum Regnum Germaniæ oblite-
rare, ſi non, quod Blondellus opinatur, tollere videatur, cum Im-
perium Romanum reſideat apud Germanos, adeoque idem
39 omninò ſit Regem Germaniæ, vel Regem Romanorum dicere;
Sed quia tamen 1. reipsâ differunt Imperium Romanum cujus
eſt electus Rex Romanorum, & 2. ipſa Germania, ex ſe Regno-
rum Europæ nobiliſſimum, utut qualitas Imperii ibi non reſi-
deat, cujus Rex eſt Rex Germaniæ, Nec 3. Imperium Romanum
obſcurare poteſt autoritatem Germaniæ, dum ita ſubdita credi
poſſit ejus, cujus tamen eſt Domina, Quin imò Papa plus ſibi
Juris in Germania quàm in Galliâ vel Hiſpaniâ adſcribere non
40 potuit, quàm quod nonnullis falſò perſvaſerit, Germaniam cum
Imperio â ſe dependere; Hinc ſi hæc melius & citius diſtincta
fuiſſent, minus turbarum inde cepiſſet Germania, ita ut hæc in-
comoda evitare volens Maximilianus I. Imperator, Titulum Ger-
41 maniæ Regis Titulo Imperatoris vel Regis Romanorum optimo
Conſilio addiderit. Non tamen immeritò propter incorporatio-
nem Imperii Romani Germaniæ factam, rectè dicuntur Comi-
tia Imperialia, quæ ſunt Germaniæ, & Imperator, qui eſt Rex Ger-
maniæ, *vid.* Conring. *de Imp. Rom. Germ. cap. 12.* Bœcl. *in Diſſ.
de S. Rom. Imp.* Burgold. *ad Inſtr. P. Part. 1. pag. 176. ſeq.*
42 §. 9. Sequuntur nunc alii Regis Romanorum Tituli
reales, quando ſalutatur Rex *Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Scla-
voniæ*, Archi-Dux *Auſtriæ*; Dux *Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ,
Carniolæ & Wurtenbergiæ*; Comes *Habſpurgi, Tirolis & Gori-
tiæ &c.* Quos ſingillatim percurrere & ſimul docere potuiſſe-
mus, quo jure Singulæ illæ Terræ ad Sereniſſimos Archi-Duces
Auſtriæ pervenerint; quod jam olim facere intendimus, dum
Anno 1682. Diſſertationem publicam *de Titulis Magnatum rea-
libus in genere* in hàc Giſſenâ habuimus. Sed ne extra Oleas va-
gemur & prolixiores hîc, quàm par eſt, ſimus, maximè cum quæ-
dam

dam illæ Terræ ſint exoticæ, remittimus in quibuſdam ad *Limnæi Commentaria ad Capitulationum Proœmia*, inprimis verò ad *Tobiæ Pfanneri Tractatum de Præcipuis Germaniæ Principum Gentibus cap. 1. de Gente Auſtriacâ.* Hoc ſaltem tangendum pau 43
cis, adhibitum hîc eſſe Titulum Romanorum Regis minorem, qui pro arbitrio pro diverſa tamen Negotiorum, Ipſius *Regis* nomine expediendorum, adhiberi ſolet, cùm longè major ſit, qui in Privatorum literis ad Ipſum datis, vel etiam ſi res depoſcerit, in gravioribus Negotiis, quæ per modum Edicti ſeu Mandati expedienda veniunt, uſurpatur.

# CAPUT II.

## *DE CAUSA ET FUNDAMENTO OBLIGATIONIS ET POTESTATIS REGIS ROMANORUM.*

I. Fundamentum *obligationis & Poteſtatis Regiæ* eſt Pactum. 1.
*Quod initum eſt inter Regem Romanorum & Electores* 2.
*Mediante* Electione & Acceptatione. 3.

II. *Pactum fit oblati Acceptatione.* 4.
*Quod probatur ex naturâ pacti & Legibus.* 4.
Electio *pariter ac* acceptatio *in Laudem Dei & utilitatem publicam eſt facta.* 5.

### §. I.

1 Porro in Proœmio Capitulationis JOSEPHI, Romanorum Regis Auguſtiſſimi, occurrit *Cauſa & Fundamentum obligationis pariter ac Poteſtatis in Regem Romanorum delata*; Quæ eſt *Pactum* ſeu *Conventio*; Quæ Deo ita dirigente interceſſit inter Laudatiſſimum *Regem Romanorum ex unâ*, & Electores Sacri Romani Imperii *ex alterâ parte*; Dum ſcilicet ab *Hac* Parte facta

3 eſt *Electio* ArchiDucis Auſtriæ, tum jam *Regis Hungariæ*, Sereniſſimi in *Regem Romanorum* *in verbis*: Als wir aus Schickung Gottes des Allmächtigen/ durch die vorgenommene ordentl. Wahl zur Ehr und Würde des Römiſchen Königlichen Namen und Gewalts erhoben/ erhöhet / und geſetzt ſind. Ab *illâ* verò Parte *Acceptatio Electionis facta* per verba: Deren wir uns auch/ GOtt zu Lob / beladen.

4 §. 2. Inde enim Pactum & Conventionem induci, natura Ejus docet, dum exinde Conſenſus obligatorius naſcitur, quem ab Unâ Parte Electio certis conditionibus facta, & ab Alterâ Parte ita acceptata parit, & præterea *L. 1 §. 2. & 3. ff de Pact. L. in omnibus 55. ff. de Obl. & Act.* confirmat, acceptationemq; vim habere contractus docent *Natta Vol. 4. Conſil. 683 num. 3.*
5 Cothmann. *Vol 1. Conſil. 60. n. 73 ſeqq Aliique.* Et quemadmodum Electio in Textu deſcribitur ut *divina*, ut *ex cauſis prægnantibus ſuſcepta*, & denique ut *ordinaria*, ibi: Aus Schickung GOttes des Allmächtigen / durch die / aus bewegenden kräfftigen Motiven und Urſachen vorgenommene ordentliche Wahl; Ita etiam Acceptatio ratione finis ſui, quod in Dei nempe laudem & Imperii *Romani* Honorem, Chriſtianæ quoque Gentis & Nationis Germanicæ, Publicamque Salutem facta ſit, non immerito laudatur *in verb.* Deren wir Uns auch GOtt zu Lob/dem heiligen Römiſchen Reich zu Ehren/und um der Chriſtenheit und Teutſcher Nation, auch gemeinen Nutzens / willen beladen.

# CAP. III.

## *DE SUBJECTO ELECTIONIS ACTIVO, PERSONIS ELIGENTIBUS.*

I. *In Electione occurrunt* Eligentes *horumque* Titulus, Ordo & Obſervatio Singularis, 1.

Titulus Curialis *eſt, quod Electores ſalutentur* Hochwürdige. 2.

*Olim*

Digitized by Google

*Olim non niſi Titulo* der Ehrwürdigen *mactati.* 3.

*In Capitulatione Caroli V. & Ferdinandi I. legitur Titulus* der Hochwürdigen und Ehrwürdigen, *& quare?* 4.

*An exinde argumentum præcedentiæ pro Cardinalibus S. R. Eccleſiæ peti poſſit?* 5.

II. Electores Seculares *vocat Rex Rom.* Durchläuchtig. 6.

Imperatorem *verò* Allerdurchleuchtigſt. 7.

*Quando ille Titulus cœperit, & Latinè* Sereniſſimus? 8.

III. *Rex Romanorum Electores etiam ſalutat* Neven und Oheim. 9.

*Cujus denominationis ratio triplex.* 10. 11. 12.

IV. *Rex Romanorum Imperatorem vocat* Ihre Majeſtät / *ſed Electores* Ihre Liebden. 13.

*Quando cœperit titulus Majeſtatis?* 14.

*Quomodo Imperator Reges ſalutat?* 15.

*Quid hodiè obſervetur?* 16.

V. *Tituli reales vel ſpectant* Officium *vel* Terras? 17.

*Quid ſit Archi Epiſcopus.* 18.

*Quot ſint ArchiEpiſcopi hodiè in Imperio Romano.* 19.

*Qui ſint* Suffraganei *Moguntini?* 20.

*Qui ſint* Suffraganei *Trevirenſis?* 21.

*Qui Colonienſis?* 22.

*Qui Salisburgenſis?* 23.

*Qui Veſontini?* 24.

VI. *Electores Eccleſiaſtici ſunt etiam* ArchiCancellarii. 25.

*Officium ipſorum in Curiâ Imperiali.* 26.

Electorio & ArchiCancellarii Jure *ſtatim gaudent, quando ſunt electi.* 27.

*Capitulum ſede vacante Officia illa non exercet.* 28.

*Tempore Electionis Joſephi quis* Sedem Moguntinam *habuerit, & quis hodie?* 29.

*Quis Trevirenſem?* 30.

*Quis Colonienſem?* 31.

VII. *Officia Secularium Electorum.* 32.

*Rex Bohemiæ* Archi Pincerna. 33.

*Dux Bavariæ* ArchiDapifer. 34.

*Dux Saxoniæ* Archi Mareſchallus. 35.

*Marchio Brandenb.* Archi Camerarius. 36.

*Comes Palatinus Rheni* Archi-Theſaurarius. 37.

IIX. *De Titulis Electorum realibus remiſſivè.* 38.

*Elector Bavariæ & Elector Palatinus Titulis utuntur inverſo more.* 39.

IX. Ordo Electorum in Seſſione *eſt, ut* Præſentes *præferantur* Abſentium Legatis. 40.

*Probatur ex textu A. B. ratione & deciſione Comitiali.* 41.

*Salvo*

Digitized by Google

*Salvo Directorio, ordine Laterum & Votorum.* 42.
X. *Qui fuerint Legati Electorum Abſentium in Electione Joſephi?* 43.
XI. *Capitulationi* Joſephi *interfuit* Rex Bohemiæ. 44.
*Unde defendi hoc poſſit?* 45.
*Et quomodo, eo non obſtante, communis ſententia defendi queat?* 46.
XII. *Quid de* origine Electorum *ſtatuendum?* 47.
*Quæ ſententia probabilior?* 48.
*Ejusq; fundamenta.* 49.

## §. I.

1 Circa *Electionem* conſiderandæ ſunt *I. Perſonæ Eligentes*, quatenus vel Ipſi Electores, vel per ſuos Ablegatos, in Electionis negotio fuere præſentes, ibique notanda tam *Titulus*, quam
2 *Ordo*, nec non *Obſervatio Singularis*. Quoad *Titulum Curialem Honorificum*, & quidem *in Concreto talem*, hoc notare licet, quod Electores Eccleſiaſtici â *Rege Romanorum* in textu ſalu-
3 tentur Titulo, **der Hochwürdigen** / cùm olim non niſi Titulo **der Ehrwürdigen** / uti ex Capitulationibus Caroli V. & ſequentium Imperatorum ad Ferdinandum III. usque videre licet, fuerint ſalutati, ita ut primâ vice in Electione Ferdinandi IV. ſtylus reperiatur immutatus, ubi Titulus **der Hochwürdigen** Ipſis cœpit
4 attribui, idque poſtea continuatum. Equidem in Capitulatione Caroli V. & Ferdinandi I. occurrit Titulus **der Hochwürdigen und Ehrwürdigen**; Sed quia tum temporis inter Eccleſiaſticos Electores Albertus Moguntinus Archiepiſcopus, etiam *Romanæ* Eccleſiæ Cardinalis fuit, Titulus **der Hochwürdigen** reſpectu Moguntini additus videtur, cum in Capitulatione Maximiliani II. & ſubſequentium Imperatorum Titulus ille rurſus ſit omiſſus, adeoque ſolum Titulum **der Ehrwürdigen** ibidem
5 videre liceat; *add. hîc* Feltmannus *de Tit. Honor. cap. 48.* Non quaſi exinde argumentum alicujus ponderis petere liceat, Cardinales dignitate præcellere Electores Imperii, quod in Lege Imperii fundamentali, ubi præprimis Electorum eſt negotium, major

Digitized by Google

major Titulus attribuatur Cardinalibus *quam Electoribus*; cum
jam dudum contrarium demonſtravit *Joannes Freinshemius de
Prae. S. Rom. Imperii Electorum & S. Rom. Eccleſiae Cardinalium
Diatrib. 5.* Sed ſaltem eatenus id valeat; quatenus ſunt Archi-
Epiſcopi, & quod Cardinales dignitate vincant ArchiEpiſcopos,
non verò Electores, cùm Tituli illi Hochwürdig & Ehrwürdig
ſint Tituli Ordinis Sacri & Clericorum, non Electorum quà
talium.

§. 2. Electores porrò Seculares Rex & Imperator Ro- 6
manus hodiè compellat Titulo Durchleuchtig / quod tempore
Ferdinandi III. demum cœpit, in Cujus quippe Capitulatio-
ne primum illa vox Iisdem attributa legitur, cùm ante illa tem-
pora Titulus Hochgebohrn Ipſis tribuatur. Imperatori verò, Cu- 7
jus quoque in Prooemio Noſtro, tanquam Regis Bohemiæ, inter
Electores occurrit mentio, non tantum â Principibus & Electori-
bus, ſed etiam, uti ex Textu videre eſt, ab ipſo Romanorum Rege
attribuitur Titulus Aller-Durchleuchtigſt; Qui Titulus in Se-
culo XIV. tempore Caroli IV. & Wenceslai natus dicitur, quam-
vis Maximilianus I. *in Reformatione Wormatienſi de A. 1495.* Die
Frey-Schöpffen und das heimliche Gericht zu Weſtphalen betreſ-
fend/Fridericum III. Imperatorem appellet den Durchleuchtig-
ſten *in pr. circ. fin.* Latinè redditur *Sereniſſimus*; Qui Titulus jam
apud antiquos Romanorum Imperatores in uſu fuit, uti ex *L. 6. C.
de Praſcr. 30. vel 40. annor.* ubi Anaſtaſio, & *l. 23. §. 4. C. de Nupt.
& L. 7. C. de Bon. quæ lib.* patet, ubi Juſtiniano tribuitur. Et
quod Carolinis temporibus Imperatoribus familiaris fuerit, vi-
de apud *Bœcler. in Notit. Imperii Lib. 4. cap. 1. num. 1. pag. 84.*
Quemadmodum & Rex Romanorum Imperatorem appellat
Unſern Gnädigen Herrn Vater/cùm Maximilianus I. in ſimili di-
xerit Unſer lieber Herr Vater *d. l.* & Ferdinandus I. Carolum V.
Unſern lieben Bruder und Herrn *in Capit. in pr.* vocaverit.

§. 3. Alio quoque Titulo Curiali in concreto ſed Sub-

ſtantivo Rex Romanorum ſalutat Electores, ut ſcilicet Eos di-
cat Liebe Neven / Oheimen und Chur-Fürſten *juxta Text. Pro-*
*œmii Noſtri.* Et Maximilianus I. *d. l.* ad Electores & Status Im-
perii ita: Ehrwürdige/Hochgebohrne/Ehrſame/Edle/liebe Ne-
ven/Oheimen/Chur-Fürſten/Fürſten/Andächtige und Getreue:
10 Cujus compellationis ratio variè quidem disquiri ſolet, & *Lim-*
*næus de J. Publ. lib. 3. cap. 3. n. 36.* poſtquam *Heigii* Opinionem *l. 1.*
*qu. 4 n. 62.* rejecit, hanc eſſe dicit, quod uti Electores Politicos ex
cognationis vel neceſſitudinis vinculo vocat Oheimen; Ita Ec-
cleſiaſticos, quod ſint Imperii Sororis, Eccleſiæ ſcilicet, Filii,
11 adeoque ex Sorore Nepotes; Neven appellet; vel quia Nepos
etiam avum maternum denotare, apud Ditmarum in Chronico
dicitur Limnæo *ad Capit. Caroli V. in Proœm. ad voc.* Neven.
Avunculus verò Matris fratrem, & eum, qui loco Parentis eſt; Ita
non immerito Electores Eccleſiaſtici Nepotes ſeu Patres, & Se-
12 culares Avunculi, ſeu Qui ſunt Parentum loco, vocentur. Sed
quicquid hujus ſit, Solenne eſt Principibus eos, quos affectione
proſequuntur, *Conſanguineorum, Patris, Filii, Fratris, Amici* no-
mine ſalutare; Unde ſine dubio appellatio illa Curialis trahit ori-
ginem, quam Ruperti temporibus primùm adhibitam eſſe ob-
ſervant. *vid.* Heigium & Limn. *in loc. cit.* quibus add. Freinshem.
*de Præc. Elect. Diatr. 3. th. 19.*
13 §. 4. Titulos *in abſtracto*, uti vocari ſolent, quod atti-
net: Rex Romanorum Imperatorem vocat Ihre Majeſtät / uti
reliquos Electores Ihre Liebden: Quem Majeſtatis Titulum jam
14 Friderici II. temporibus Imperatori datum obſervat Bœclerus
in *Notitiâ S. R. Imperii lib. 4. cap. 1. num. 1. pag. 85.* quamvis à
Statibus Imperii promiſcuè etiam fuerit uſurpatus Titulus Euer
Käyſerlichen Gnaden *vid.* Peckenſtein. *in Theatr. Saxon. part. 1.*
*cap. 16.* Lehmann. *in Chron. Spir. Lib. 4. cap. 10. p. 300. Edit. in*
*fol.* add. *Rec. J. de A. 1500. Art. 82.* §. Und wir Chur-Fürſten 3.
ubi Maximilianus I. vocatur Seine Königliche Gnaden. Ferdi-
nandus

nandus I. Carolum V. Imperatorem, fratrem, vocat, Ihre Lieb-
den und Käyſerl. Majeſtät/ prout apparet *ex Capitulatione* dicti
Imperatoris *Ferdinandi I. in pr.* Contra Imperator Regem Ro- 15
manorum pariter ac Reges Exteros ſalutat Ihre Königl. Würde/
uti eò facit *Capitulatio Ferdinandi I. in princ.* quod & Status Im-
perii univerſim conſiderati, quoad Exteros, ſunt imitati, quem-
admodum Conſultatio Comitialis docet in *Act. Publ.* Londor-
pii *Part. V. pag. 125. ſeqq. add.* Arum. *de Comit. cap. 3. num. 44.*
Quamvis hodiè poſt Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ & Exte- 16
ris Regibus Titulus Majeſtatis attribui ſoleat, uti conſtat ex *Inſtr.
Pacis tàm Oſnabrugenſi quàm Monaſterienſi art. 1. & paſſim*, ut &
ex Tractatu *Neomagenſi art. 1.* & *Pace* nuperrima *Ryſvvicenſi.* Et
hæc de Titulis Curialibus impræſentiarum ſufficiant.

§. 5. Quod porrò *Titulos Electorum reales* concernit, 17
ſpectant illi vel ad Electorale Officium, vel ad Terras Electorum,
quas vel poſſident, vel in Ipſas prætendunt; *In Electoribus Eccle-
ſiaſticis* duplicis officii in textu fit mentio, ut nimirum dicantur
*Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii Imperii.* Archi-Epiſcopi ſunt 18
Præſules Epiſcoporum unius Provinciæ, uti ex *Can. 1. diſt. 21.* no-
tat Lancellotus *in Inſtit. Jur Canon. lib. 1. Tit. 5. §. 2.* Et hodie
Illorum adhuc quinque in Imperio Romano ſuperſunt, Mo- 19
guntinus ſcilicet, Trevirenſis, Colonienſis, Salisburgenſis &
Veſontinus; Quos inter *Moguntinus* in Eccleſiaſticis ſuffraga- 20
neos habet Epiſcopos Herbipolenſem, Wormatienſem, Spiren-
ſem, Eichſtadenſem, Argentinenſem, Conſtantienſem, Augu-
ſtanum, Hildeſienſem, Paterbornenſem & Curienſem; *Trevi-* 21
*renſi* verò Archiepiſcopo ſubſunt Epiſcopus Metenſis, Verodu-
nenſis & Tullenſis, quippe Cujus ſalvum manſit jus Metropoli-
tanatus, per *Inſtr. P. Monaſterienſe §. Primò quod 70.* Et *Coloni-* 22
*enſi* Epiſcopus Leodienſis, Oſnabrugenſis & Monaſterienſis; *Sa-* 23
*lisburgenſis* porrò Suffraganeos habet Friſingenſem, Ratisbonen-
ſem, Patavienſem, Tridentinum, Brixienſem, Gurcenſem, Chie-

menſem, Seccovienſem, Laventinum & Viennenſem Epiſcopos; Uti denique *Veſontinus* Baſilienſem, Lauſannenſem & Sedunenſem. *vid* Bucelinum *in Germania Sacra Part. 1. fol. 2.24. & 33.* Pelſ. *de Juriſd. Epiſc. Germania Tit. 2.* Ziegler. *de Epiſcop. lib. 4. cap. 22.*

24

25 §. 6. Porrò etiam Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis, ArchiEpiſcopi, ſunt *ArchiCancellarii Imperii, Et* Moguntinus quidem per Germaniam, Trevirenſis verò per Galliam & Colonienſis per Italiam, uti teſtatur *A. B. cap. 2. §. 2. cap. 1. §. 11. & 12.*
26 Qnorum unusquisque baculum, in quo Sigilla vel Typaria Imperialia ſeu *R*egalia appenſa ſunt, manu contingit & ante Imperatorem vel *R*egem reverenter in menſam ponit, Illo in cujus ArchiCancellariatu Curiam ipſam celebrati contingit, in medio procedente, aliis duobus ex alterutro latere ſubjunctis. *R*ex verò Sigilla Ipſis ſtatim reſtituit, & Is, in Cujus ArchiCancellariatu Curia eſt, Majus Sigillum collo appenſum usque ad finem menſæ geſtat. Baculus verò argenteus duodecim marcas habens in pondere, unà cum Sigillis & typariis, nec non cum Equo mittitur Cancellario Imperialis Curiæ, vel potius ViceCancellario, cujus officium eſt Sigilla & typaria Imperialia cuſtodire, & Inſtrumentis atque literis Imperatoris, nomine ſuo ſubſcripto, apponere, cùm raro hoc Ipſe Imperii ArchiCancellarius, interdum tamen, facere ſoleat, de quibus videatur *A. B. cap. 27. §. 2. & ibi* Limnæus. Item *Mallinckrot. de ArchiCan-*
27 *cellariis Imperii part. 2. pag. 113.* Et hoc, perinde uti Electorio Jure, ſtatim ac legitimè, communi vel plurium Capitularium ſuffragio, ſunt electi, gaudent, antequam à Pontifice ſint confirmati vel Pallium ſit acceptum, quia neutrum jus exercent ut Epiſcopi;
28 unde nec ſede vacante Capitulum id habet, licet in iis, quæ ut Epiſcopus exercet, eadem poſſit Capitulum *cap. un. de Majorit. & Obed. in 6. & cap. 6. X. de Conſtitut.* ſed ut Electores Imperii, vi ac virtute Feudorum *R*egalium, quæ ab Imperatore & Impe-

rio

Digitized by Google

rio immediatè poſſident. *vid. A. B. cap. 7. §. 2. cap. 20.* Arum. *diſc. 1.
ad A. B. th. 24. & de Comit. c. 4. n. 103.* Schutz. *Vol. 1. Diſp. 7. th. 7.
lit. L.* Sprenger *in Synopſi cap. 9.* Tempore Electionis Joſephi 29
Romanorum Regis *in Præſulatu Moguntinenſi* ſedebat Reveren-
diſſimus Princeps Elector ANSHELMUS FRANCISCUS ex
Generoſiſſimâ Familiâ Baronum de INGELHEIM prognatus,
quam Sedem hodiè tenet Reverendiſſimus Princeps Elector,
LOTHARIUS FRANCISCUS, Epiſcopus Bambergenſis, ex
illuſtri Baronum de SCHONBORN Familiâ progenitus. *Trevi* 30
*renſis* verò *ArchiEpiſcopus* hodiè adhuc per Dei gratiam eſt Reve-
rendiſſimus Princeps Elector, JOHANNES HUGO, Epiſco-
pus Spirenſis, Adminiſtrator Prumienſis & Præpoſitus Weiſſen-
burgenſis &c. Imperialis Cameræ Judex; ex illuſtri Baronum de
ORSPECK Familiâ oriundus. *Sedem* denique *Colonienſem* 13
habet Reverendiſſimus & Sereniſſimus Princeps Elector JOSE-
PHUS CLEMENS, Dux Bavariæ, Comes Palatinus Rheni &c.
Et hæc de Electoribus Eccleſiaſticis hîc ſufficiant, quoad reliqua
quæ hîc cumulari multa poſſent, Lectorem Benevolum ad
Commentatores ad A. B. maximè verò ad *Dn. Thulemarium de
Octoviratu* remitto.

§. 7. Officia Secularium quoque Electorum in textu 32
exprimuntur; Ita ut S. R. J. ArchiPincernæ, ArchiDapiferi,
ArchiMareſchalli, ArchiCamerarii, & ArchiTheſaurarii ibidem 33
fiat mentio. *Rex* enim *Bohemiæ* eſt *S. R. Imperii ArchiPincerna*
Ertz-Schenck/ & in celebratione Curiæ Imperialis primũ Potum,
Vinum ſcilicet aquâ permixtum, Imperatori porrigit, per *A. B.
c. 27. §. 5.* qui hodiè eſt Sacratiſſimus Imperator LEOPOLDUS,
Orbi Chriſtiano ex *Ferdinando III. & Mariâ Philippi III. Hi-
ſpaniarum Regis, Filiâ* Anno Chriſti 1640. d. 9. & 19. Jun. fau-
ſto ſidere à Deo datus, & Anno 1656. d. 14. Septembris Rex
Bohemiæ & S. R. J. Elector factus & creatus; *Dux* verò *Bava-* 34
*riæ* per Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ art. 4. eſt *S. R. Imperii*

*ArchiDapiſer* & Elector Ertz Truchſeß / & in Coronatione Re-
giâ de Bove aſſato cibos, in quatuor ſcutellis, menſæ Regiæ appo-
nit; juxta *A. B. cap. 27. §. 4* Qui hodiè eſt Sereniſſimus MA-
XIMILIANUS EMANUEL *Superioris & inferioris Bavariæ nec*
*non Superioris Palatinatûs Dux, Comes Palatinus Rheni &c.* Na-
tus Anno 1662. d. 11. Julii ex Ferdinando Maria, Electore Bava-
riæ & *H*enrietta Adelheidâ, Victoris Amadei, Ducis Sabaudiæ
35 Filiâ. Porrò *Dux Saxoniæ* eſt *S. R. J. ArchiMareſchallus*, & Ele-
ctor, Ertz Marſchall / qui in Solenni Imperiali Curiâ menſu-
ram argenteam avenâ plenam accipit, & primitus venienti
dat famulo, Equo Imperatoris miniſtraturo, juxta *A. B.*
*cap. 27. §. 1.* Qui tempore Electionis Joſephi Romano-
rum Regis fuit glorioſiſſimæ memoriæ Princeps & Ele-
ctor Johannes Georgius III. *Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ &*
*Montium, Burggravius Magdeburgenſis, &c.* qui in Filio Serenis-
ſimo, S. R. J. Principe & Electore, FRIDERICO AUGUSTO
ex Anna Sophia, Friderici III. Daniæ Regis, pientiſſimæ memo-
36 riæ, Filiâ d. 12. Maji 1670. progenito, & d. 15. Septembr. in Regem
Poloniæ coronato, hodiè floret & vireſcit. Ulterius *Marchio*
*Brandenburgicus* eſt *S. R. J. ArchiCamerarius* & Elector, Ertz
Cämmerer / qui in celebratione Curiæ Jmperialis malluvium
argenteum cum gutturnio accipit, & aquam manibus abluendis
Regi Romanorum præbet, Secularibus reliquis mantile interim
tenentibus; *E*ſt hodie FRIDERICUS III. *Marchio Branden-*
*burgicus & Burggravius Noribergenſis &c.* ex glorioſiſſimæ re-
cordationis Principe & *E*lectore, FRIDERICO WILHELMO
Marchione *Brandenburgico, Duce Pruſſiæ &c.* & Louyſâ *H*en-
37 riettâ, Henrici Friderici, Principis Arauſionenſis Filiâ Anno
1657. natus. Denique eſt *Comes Palatinus Rheni*, qui S. *R.* J.
*E*lector eſt & *ArchiTheſaurarius* poſt Inſtrumentum Pacis *Cæſar.*
*Suec. Art. 4. §. Quod ad Domum Palatinam* & Cæſar. Gall. §.
*Quod ad 13.* Qui tempore Electionis Joſephi *R*omanorum *R*e-
gis

gis fuit Sereniſſimus glorioſiſſimæ memoriæ Princeps & S. R. J. Elector, PHILIPPUS WILHELMUS *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ &c.* Auguſtiſſimi Romanorum Regis Joſephi Avus maternus; Qui in Sereniſſimo S. R. J. Principe & Electore, JOHANNE WILHELMO, ex Serenisſimâ Conjuge Eliſabethâ Amaliâ, Sereniſſimi Georgi II. Landgravii Haſſo-Darmſtadini, pientisſimæ memoriæ Principis, Filiâ, *A. 1658. d. 19. Aprilis* progenito, adhuc hodiè vivit. Serenisſimum Principem & Electorem, GEORGIUM LUDOVICUM, *Ducem Brunſvicenſem & Luneburgenſem &c.* Reverendisſimi & Serenisſimi Principis, *Erneſti Auguſti*, Epiſcopi Oſnabrugenſis & Ducis Brunſvigo-Luneburgenſis, primi acquiſitoris Electoratus, bear. mem. ex *Sophiâ* Palatinâ *A. 1660. d. 28. Maji.* Progenitum, cùm Ejus nulla in Proæmio Noſtro mentio, lubens prætereo.

§. 8. Nunc etiam de Titulis Electorum realibus ratio- 38
ne Terrarum, quas poſſident, vel in eas prætendunt, tractandum eſſet; Sed quia tantum aliquarum in textu fit mentio, & præterea in Proœmio nobis nimiũ prolixis eſſe non licet, hâc vice de iis aliquid tradere ſuperſedemus, & potius ad ſupra laudati *Tobiæ Pfanneri* Tractatum *de Præcip. Germaniæ Principum Gentibus cap. 2. 3. & 4.* remittimus. Hoc tamen non omninò omittendum, ex 39
textu obſervari poſſe, Sereniſſimos Electores Bavarum, & Palatinum ferè eodem quidem uti titulo, more tamen converſo; ita ut Electoris Bavariæ Titulus ſit, *Dux Bavariæ, Comes Palatinus Rheni &c.* Palatini verò hic: *Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ &c.* Atq; hæc ſufficiant de Titulis Electorum!

§. 9. De Ordine Electorum, cùm illſe in *A. B. cap. 4. 6. 8* 40
*9. 10. & 22.* ſatis ſit definitus, plura dicere eſt ſupervacuum. Hoc tamen occaſione Principii Capitulationis Joſephi obſervare licet, quod primo loco ſint collocati Præſentes, poſteà verò Abſentium Legati; Inde enim eſt, quod Electores Bavariæ & Palatinus ſint prælati, & quidem Hic non tantum Legatis Saxonis &

Bran-

Brandenburgici, ſed etiam Uterque Legato Imperatoris, tanquam Regis Bohemiæ, quod (1.) præter Textum *A. B. cap. 28.*
41 §. 6. ubi dicitur, qnod Nuncius Electoris abſentis admitti quidem debeat, in menſâ tamen vel ſede mittentis non ſedeat; Et (2.) rationem, quod Dignitas in Principe ſit propria, in Legato verò ſaltem per repræſentationem & Jure alieno; (3.) In Comitiis Ratisbonenſibus A. 1653. *d. 11. Martii* res ita eſt deciſa, ut ſalvo ſemper *Directorio*, ſalvoque *Laterum & Votorum Ordine*, abſentium Electorũ Legati cedant Electoribus præſentibus; quemadmodum illam deciſionem videre licet apud Autorem der Grund-feſte des heil. Röm. Reichs *Part. 2. cap. 4.* & apud Speidelium *in Notab. voc. Præcedenz.*
42 Habet enim Elector Moguntinus in Collegio Electorali Directorium, quemadmodum & Decanus Collegii vocatur ab Imp. Sigismundo, apud Londorp. *Act. Publ. Tom. 1. lib. 1. cap. 5. num. 22.* niſi quod in nonnullis cauſis & inprimis religionem Aug. Conf. concernentibus, etiam Electori Saxoniæ attribui ſoleat *vid.* Sprenger. *in Lucern. mod. Stat. pag. 34.* & Limn. *lib. 3. cap. 10. num 33. & ibi.* Fritſch. *& ad L. 9. cap. 1. num. 134.* Grund-feſt des heil. Röm. Reichs *Part. 2. cap. 4. p. 97.* Habet etiam Collegium Electorale ſua *Latera*, *Dextrum* ſcilicet & *ſiniſtrum*; *Illud*, quando Seſſionem Suam, uti in Electionis Conclavi fieri ſolet, Electores habent, occupant Brandenburgicus, Bavarus, Rex Bohemiæ, ſi præſens eſt, & Trevirenſis vel Colonienſis alternando; *Hoc* verò reliqui. Deniq; etiam habent Electores Ordinem Votorũ in A. B. cap. 4. præſcriptum, ita ut ad Rogationem Moguntini Elector Trevirenſis Primum habeat Votum, Colonienſis ſecundum, Rex Bohemiæ tertium, Bavarus quartum, Saxo quintum, Brandenburgicus ſextum, Palatinus ſeptimum, & Moguntinus ad rogationem Electoris Saxoniæ octavum & ultimum. Utut ergò Moguntinus Elector per Legatum præſens eſt, tamen regulariter retinet Directorium; nec Elector Palatinus in Electione Joſephi dextrum ſeſſionis latus occu-

Digitized by Google

occupavit, licet Rex Bohemiæ & Brandenbùrgicus Elector â dextro latere abſuerint; nec ante Legatos Regis Bohemiæ, Saxonis, & Brandenburgici, ſed in ſeptimo loco ſuam dixit ſententiam.

§. 10. Qui verò Abſentium Electorum Legati fuere, Illi etiam in Textu exprimuntur, adeoque nec hic nulla Eorum facienda mentio. Invictiſſimi enim Imperatoris Leopoldi, tanquam Regis Bohemiæ, Legatus fuit Dn. *Franciſcus Udalricus*, Comes Kinsky â Kuniz & Zettaw, Dominus in Klumaz ad Zitlinam, *Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Intimus, Camerarius, Vicarius Regius, Provincialis Curiæ Regiæ Aſſeſſor, Appellationum Præſes, Aulaque Regiæ in Regno Bohemiæ Præfectus*; Jam olim A. 1679. ad Pacem Noviomagenſem Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Ablegatus. Sereniſſimi vero Electoris Saxoniæ Johannis Georgii III. gloriſiſſimæ memoriæ Legatus fuit, Dn. NICOLAUS, S. R. J. Bänneresius & Liber Baro DE GERSDORFF, Dominus Batuthi, Hennersdorffi, Brettingæ, *H*auswaldæ, Rackelii, Buchwaldæ & Beutelsdorffi, *Sereniſſimi Electoris Saxoniæ Conſiliarius Intimus, Conſilii Status Sanctioris Director & Supremus Superioris Luſatiæ Præfectus*; Sereniſſimi deniq; Electoris Brandenburgici Friderici III. Legatus fuit Dn. SYLVESTER JACOBUS â DANCKELMAN, olim in Academâ Heidelbergenſi Jurium Profeſſor celeberrimus, poſtea Cameræ Spirenſis Aſſeſſor & inde Sereniſſimi ſui Electoris ad Comitia Ratisbonenſia Ablegatus; nunc pie defunctus.

§. 11. Singulariter in hoc Prooemio Capitulationis Jo- 44
ſephi circa Perſonas Eligentes obſervandum venit, quod in nullâ aliâ præcedentium Impp. & Regum Capitulatione occurrit; Scilicet, quod Sacratiſſimi Imperatoris noſtri Leopoldi, tanquam Regis Bohemiæ, expreſſa in eo mentio fiat, cùm tamen in conficiendâ & præſcribendâ Capitulatione nullas videatur habere partes, prout jam in *Diſſertatione Præliminari de Capitulatione Cæſareâ in genere Cap. 3, §. 8.* dictum. Aut enim inde patet, 45

quod ad concludendam & præſcribendam Regi Romanorum, Capitulationem fuerit admiſſus, idque exinde defendi poſſit, (1.) quod cùm jus eligendi habeat, Electio illa non abſtractivè ſed cum obligatione ad Capitulationem eidemque inſertis conditionibus, ſit conſideranda, uti in *diſſert. Prælim. cap. 3.* dictum, & (2.) quod Conceptum Capitulationis Joſephi Legato Regio Bohemico, perque Eundem Cæſareæ Majeſtati, tanquam Regi Bohemiæ, d. 22. Januarii, biduo ante Electionem ſit communicatum, quæque ad illud in *Artic. 4. 5. 6. 12. 17. 34. 35. 40. 43. & 47.* obſervaverit monenda Rex Sacratisſimus, ab Electoribus præviâ deliberatione partim ſint attenta; quodque (3.) in præcedentibus Capitulationibus, & quando Regi Bohemiæ, communicatum eſt Conceptum Capitulationis, id præviâ perlectione ſine ullis monitis reliquis Electoribus reſtituerit, hoc Juri Ejusdem aliquid monendi præjudicare nequit, cum communicatio illa non cenſeatur fruſtra fieri, ſed potius eum in finem, ut ſi quid occurrat, quod moneat, id faciat; Imò (4.) quod Rex Bohemiæ non tantum, quando Capitulatio Regi Romanorum noviter electo præſentatur, ſed etiam, quando ſolennem & juratam ad Eandem promisſionem præſtat, abſque omni
46 omninò exceptione nunquam non ſit admiſſus. Aut verò admisſio illa non eſt obtenta & tum diſtinguendum inter Electionem ejusque confirmationem & inter Capitulorum concluſionem ſeu præſcriptionem; Ita ut Regis Bohemiæ in Prooemio ſaltem propterea fiat mentio, quod Electionis actus ibidem recenſeatur, & quod ad Capitulationis præſentationem, Regisque Romanorum ad eandem obligationem concurrat; unde tamen concludi non poſſet, quod etiam ad deliberanda & concludenda Capitula concurrere debeat, benè tamen nihilominus in Prooemio dicatur, etiam de Rege Bohemiæ, quod cum Rege Romanorum de Capitulatione convenerit; Quæ verò altioris videntur eſſe indaginis.

§. 12. An-

§. 12. Antequam materiam de Electoribus finiamus, 47
non eſt omninò prætereunda vulgaris quidem ſed vexata Quæſtio *de Electorum Origine.* Sed quia in Prooemio Noſtro nulla de eâ dicendi ſe offert occaſio, breviter eam & primis, quod dici ſolet, labris attingemus, B. L. ad Chriſtophorum Gevvoldum de Electoratu, *Schvvederum in Introd. Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. cap. 2. §. 2.* Thulemarium *de Octoviratu cap. 7.* vel etiam ad *Bæclerum in Not. S. R. Imperii lib. 6. cap. 1. & Noſtras in Eum Notas* remittentes. Ibi enim videri poterit, quam varia occurrat Scriptorum eâ de re opinio, quidque contra Singulos opponi ſoleat & poſſit. Si tamen certum aliquod tempus, ubi cœpit ſeptem Electorum inclytum Collegium, ſtatuendum, Probabiliorem ſententiam Nos putamus eſſe illam. *Quod Electione, Regum Romanorum, in* Conrado I. *cœpta, poſtea* Ottonis III. *ævo, Lege quidem Jus eligendi Germanis ſit confirmatum, penes tamen plures & potiores Imperii Principes adhuc permanſerit, donec* Ottonis IV. *vel* Friderici II. *ætate numerus Electorum lege eſt determinatus*; Ottonem enim III. Poteſtatem Romanorum Imperatorem eligendi Principibus Germaniæ dediſſe ex *Martino Polono, Leopoldo de Babenberg, Joanne Trithemio, Nauclero, Platinâ* aliisque docent *Schardius de Elect. Germ. Princ. &* Gevvoldus *de S. R. J. Electoratu cap. 6.* & facit eò celebris Rerum German. Scriptor *Huldericus Mutius lib. 14. de Germania; in Tom. II. Piſtoriano.* Monſtrant verò Temporum illorum Hiſtoriæ poſt Ottonem III. Electionem Regum Romanorum fuiſſe penes plures & alios Principes Imperii, quàm poſteà ſunt determinati. Imò poſt mortem Henrici V. Imperatoris Edictum Principum Imperii de obitu Imperatoris *Henrici* V. Auguſti & Novâ Electione faciendâ, exſtat apud *Goldaſt. in Conſtit. Imperial. Tom. I. pag. 259.* ad Annum Chriſti 1126. unde colligi poteſt, jus penes univerſos Imperii Principes Eligendi Imperatorem tum temporis adhuc reſediſſe; Et non ab Electoribus poſteà determinatis electum eſſe Ottonem IV. docet quoque *Arnoldus in*

*Chron. Sclav lib. 7. cap. 15.* ubi dicit: *Omnes igitur Principes qui convenerant ac ſi divinitus inſpirati, voto & unanimi conſenſu Ottonem in Romanum Principem & ſemper Auguſtum elegerunt.* Præterea quoque Principum Imperii Diploma de Electione Ottonis IV. apud *Goldaſtum Tom. 1. fol. 287.* & Gevvoldum *de Elect. cap. 7. pag. 723.* idem ſtatuit. Quod verò tempore Ottonis IV. vel ſaltem Friderici II. Imperio numerus Electorum ſit determinatus probat Conſtitutio dicti Ottonis apud *Goldaſtum in Conſtit. Imper. Tom. III. ad Ann. 1209. pag 371.* ex communicatione τοῦ πάνυ Marquardi Freheri, quæ hæc eſt: *Imperatorum nullus hereditariam dignitatem vindicato; Principes* Sex: *Sacri Ordinis* Tres; Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis; *Profani* totidem: Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ & Marchio Brandenburgenſis *Eum deligunto, Hi ſi diſcordes fuerint*, Bohemiæ Regem *cooptanto.* Quam confirmat Teſtimonium *Alberti Stadenſis Abbatis ad Annum M. CC. XL. in Chronic.* dicentis: *Ex Prætaxatione Principum & Conſenſu* (mediante quo jus eligendi Illis conceſſere) *eligunt Imperatorem, Trevirenſis, Moguntinus & Colonienſis; Palatinus eligit, quia Dapifer eſt, Dux Saxoniæ, quia Marſcalcus, & Marggravius de Brandenbourg, quia Camerarius. Rex Bohemiæ, qui Pincerna eſt, non eligit, quia non eſt Teutonicus.* Quæ ad verbum fere leguntur quoque in Speculo Saxon. circa illa tempora compilato, *lib. 3. Art. 57.* addatur *Martinus Polonus*, qui vixit Friderici II. ætate *in Vitâ Ottonis III*, & de eo *Cardinalis Baronius Tom. X. Annal. ad Ann. 996.* Quam etiam penè ſententiam ſequitur *Johannes Freinshemius de Præced. Elector. & Cardin. Diatrib. 3. §. 27. ſeqq* .Ita ut in Comitiis Veronæ A. M. CC. XLV. habitis legem illam latam fuiſſe ſtatuat; Nec diſplicet *Clariſſimo & harum rerum peritiſſimo, nunc pie defuncto Viro* Bœclero *in Notit. S. R. J. lib. 6. cap. 1.*

CAP.

# CAPUT IV.

## *DE SUBJECTO PASSIVO, PERSONA ſc. ELECTA ſ. REGE ROMANORUM.*

I. *Perſona electa eſt* Joſephus, Archi-Dux Auſtriæ. 1.
*Requiritur in Perſona Electâ* habilitas, *quæ æſtimatur ex* Sexu, ætate, Proſapia, Profeſſione & Statu. 2.
II. *Quæ applicantur ad Regem Romanorum* Joſephum. 3.
*Eſt ex Sereniſſima Germanica Proſapiâ, & quali?* 4.
III. *An alium quam Germanum eligere in Regem Rom. liceat?* 5.
Quæſtio hæc *inter Moguntinum & Trevirenſem tempore Electionis Caroli V. agitata.* 6.
*Fundamentum inprimis Moguntini fuit, quod* Lege *prohibeatur alium, quam Germanum eligere.* 7.

IV. Unde quæritur: *Quæ illa lex? An ſcripta, an verò tradita?* 8.
*Teſtimonia eam in rem* Hulderici Mutii & Franciſci Irenici. 9.
*Potius videtur lex expreſſa eſſe quam tacita.* 10.
Strauchii & Bœcleri *Diſſenſus.* 11.
V. *Ætas* Joſephi Regis *tempore Electionis.* 12.
*Quando natus, electus & coronatus?* 13.
*An ætas legitima* XVIII. *annorum?* 14.
*Quod negatur.* 15.
*Per Capitulationem tamen cautum, ne, antequam 18. ingreſſus ſit Annum, Imperii habenas capeſſeret.* 16.

### §. I.

PORrò circa Electionem conſideranda eſt II. Perſona Electa, 1
quæ eſt *Sereniſſimus* JOSEPHUS, *ArchiDux Auſtriæ*, jam tum *Rex Hungariæ &c.* cujus breviter notanda habilitas, uti *cap. 2. A. B.* eam requirit & juxta dictam Auream Bullam, inque Eam Commentatores, æſtimatur (1.) ex *Sexu* (2.) *Ætate* (3.) *Proſapiâ* (4.) *Profeſſione* & (5.) ex *Statu*, de quo videantur *Arum. Vol. 1. Jur. Publ. Diſc. 6.* Limn. *de Jur. Publ. lib. 2. cap. 2. & Tom. 1.*

*Addit. pag. 208.* Add. *Nota Noſtra in* Myler. *de Princip. & Stat. Imper. cap. 8. §. 8.*

3 §. 2. De *Sexu*, *Profeſſione & Statu*, quod ſcilicet Mas,
quod Chriſtianus, quod Laicus ſit, non eſt, cur aliquid adda-
mus, cùm ea, quæ manifeſta ſunt, non egeant probatione *cap.*
4 *ſuper eo 3. X. de Teſtib. cog.* Quemadmodum nec *in Hypotheſi*
ratione *Proſapiæ* illuſtris *Germanicæ*, aliquid monendũ, cùm no-
tum ſit, Sereniſſimum Regem ex Stemmate Auſtriaco & Pala-
tino utroque Sereniſſimo, eſſe oriundum, Patre ſcilicet LEO-
POLDO, Invictiſſimo Romanorum Monarchâ, & Matre Au-
guſtiſſimâ ELEONORA MAGDALENA TERESIA, Filiâ
Sereniſſimi nunc piè defuncti Electoris Palatini, PHILIPPI
WILHELMI, ex Sereniſſimâ Conjuge ELISABETHA AMA-
LIA, nata Landgravia Haſſo-Darmſtadina, Sereniſſimi Princi-
pis GEORGII II. Haſſiæ Landgravii pientiſſimæ memoriæ Filiâ,
progenitâ.

5 §. 3. *In Theſi* verò magnæ quæſtionis eſt: *An* ſcilicet *alium*
*quàm Germanum eligere in Romanorum Regem liceat?* Quæ quæ-
ſtio vehementer in præcedente XVI. ſeculo electionis Caroli
6 V. tempore, eſt agitata; quando Franciſcus I. Rex Galliarum &
Carolus quoq; V. Rex *Hiſpaniarum* ſimul ambibant Imperium,
Richardo ſcilicet Electore Trevirenſi acriter pro Franciſco, Al-
berto verò Moguntinenſi Electore pro Carolo V. diſputante;
7 Ubi inter alia Moguntinus hoc inprimis urgebat, quod Ca-
rolus V. utpote Maximiliani I. ex Filio Philippo I. *Hiſpaniarum*
Rege Nepos, ex Gente Germanica eſſet; Franciſcus verò pro
peregrino Principe haberetur; *Aſt Lege ſe prohiberi dicebat alium*
*quam Germanum eligere*; quam etiam ſententiam Electores reli-
qui approbarunt; quemadmodum Georgius Sabinus *de Elect.*
*Caroli V. §. Hac Cum Gallici &c.* & Sleidanus *lib. 1. de Stat. Rel.*
*§. Ubi ventum eſt*, commemorant.

8 §. 4. Exinde quæſitum ulterius eſt; *Quæ ſit illa lex?* &
*An*

Digitized by Google

*An ſit ſcripta vel tradita?* De quâ Huldericus Mutius *in lib. 14.*
*de Germaniâ* ubi de Ottone III. agit, ita: *Huic,* inquit, *Conſtitu-* 9
*tioni* (ſcilicet de Electoribus) *aliam addidit, volens patriæ digni-*
*tati conſulere; ſancivit enim, ut Soli Germani eligant; & non eli-*
*gant alium, quàm Germanis Parentibus natum.* Et Franciſcus Ire-
nicus *in Exegeſi Germaniæ lib. 3. cap. 33.* ita ſcribit: *Ut eò diu-*
*tius Imperium penes Germanos incaleſceret, Legem dixerunt Im-*
*peratores; Ne externus unquam rerum ſummâ potiretur.* Quos
una cum Spangenberg. *in Chron. Sax. c. 154.* laudant *Heigius in*
*Queſt. illuſtr. Part. 1. qu. 5.* Arum. *Vol. 1. Jur. Publ. Diſc. 6.* &
Strauch. *in Diſſ. Exot. 4. §. 4.* & in *Inſt. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 3. §. 15.*
Unde porrò ſequitur: Expreſſam potius & ſcriptam Legem illam 10
eſſe, quâ tacitam ſeu traditam, dum expreſſè ſancita eſſe *Mutio* di-
citur; tradita verò lex non tam ſancitur; quàm introducitur; niſi
fortè per Legem ſcriptam intelligere velis Legem per ſcripturam
publicatam, ita, ut ſub tradita Lege etiam expreſſè ſancitam com-
prehendere poſſis; Quo ſenſu traditam illam dicere nil prohibet.
Quæ ipſa latius excuſſimus *in Notat. ad* Bœcl. *Notit. Imper. lib.*
*4. cap. 1. pag. 94. ad quæſt. An alium quàm Germanum &c. ſeqq.*
Ubi verò laudatus Bœclerus Strauchium nimis facilem in cre- 11
dendo iis, quos laudat eſſe, dicit, cui tamen reſpondere annititur
in *Inſt. Jur. Publ. d. l.*

§. 5. Ad *Ætatem* Regis quod attinet, tempore Electio- 12
nis nondum XII. compleverat annum. Natus enim eſt, die 13
*decimo ſexto* ſeu *vigeſimo ſexto Julii. An. 1678.* Electus verò die
*14. ſeu 24 Januarii* & coronatus *d. 26. Jan. A. 1690.* Dubium ergò ex 14
Aureâ Bullâ hoc oritur, quod ſecundum eam ætas octodecim
demum annorum æſtimari videatur legitima, quemadmodum
de ætate Electorum ſtatuitur in *cap. 7. §. 2. A. B. Caroli IV.*
ut & in *A. B. Sigiſmundi §. Et Talis Succeſſio* vers. *Ætatem.*
apud Goldaſt. *Tom. Un. Conſtit. fol. 145.* vid Rumelin. *ad A. B.*
*Part. 1. Diſſ 7. th. 5. in fin.* Sed quia A. B. de ætate Regis Ro-
manorum

manorum nihil habet, à Perſonæ verò Eligentis habilitate ad habilitatem Perſonæ Eligendæ invalidũ omninò ducitur argumentum, inprimis cùm Poteſtas Regis Romanorum, vivo Imperatore, Invictiſſimo Leopoldo, quem ad ſeram usque ſenectutem vivere Boni ſperant & vovent omnes: quieſcat; Et exempla Regum Romanorum, qui 18. annorum ætatem nondum adimplevere, Ottonis ſcil. III. aliorumque, proſtant; Hinc ex
16 ætatis defectu inhabilitas aliqua allegari nequit. Interea tamen *Capitulationi Joſephi Artic. 47.* eſt inſertum: *Ne Regimen vel Adminiſtrationem Sacri Romani Imperii, Eodem forte vacante, in Præjudicium Vicariorum Imperii ante ingreſſum Anni ætatis Decimi octavi capeſſere præſumat.* Quamvis Imperator, uti *Dn. Joannes Chriſtianus* Müldener *in Præfatione Capitulationis Harmonicæ* obſervat, ad dictum Articulum per Legatum Suum Bohemicum monuerit, ut tempus illud anni decimi octavi ad annum decimum quartum reſtringeretur.

# CAP. V.
## *DE OBJECTO, ET CAUSA ELECTIONIS MATERIALI.*


I. Objectum *ſeu* Cauſa Materialis *Electionis.* 1.
Nomen *Regium quale?* 2.
Dignitas *Regia qualis?* 3.
*Primas defert Imperatori, ſed primas habet præ Regibus cæteris.* 3
*Et quare?* 4.
II. Poteſtas *Regia quid ſit? Ejusque ad adminiſtrandum neceſſitas.* 5.
Effectus *Ejus ſunt Jura Majeſtatica & Regalia.* 6.
III. *An Poteſtas Regis Romanorum ſit ordinaria, an delegata?* 7.
*Rationes pro delegatâ 1.2.3.&4.* 8.
IV. *Ordinaria probatur*
(1.) *Ex* Nomine Majeſtatis. 9.
(2.) *Ex* Plenitudine Poteſtatis. 10.
(3.) *Quod dicatur* ex Propriâ poteſtate *agere.* 11.
(4.) *Quod* Reſervata *exerceat.* 12
(5.) *Quod multa attribuantur Impe-*


Digitized by Google

*Imperatori* vel *Regi Romanorum.* 13.
(6.) *Quod eam Poteſtatem* jure ſuo *habeat.* 14.
(7.) A Simili, *à Legato Pro-Conſulis Romani petito.* 15.
V. *Schützii* Diſtinctio. 16.
*Quæ in eâ ſit difficultas?* 17.
*Unde diſtinguitur inter* Poteſtatem *&* Exercitium. 18.
*Declaratur* à Simili Legati Pro-Conſulis. 19.
VI. *An Poteſtas Regia Coronationi Pontificis, an verò Electioni adſcribenda?* 20.
*Affirmatur poſterius & probatur.* 21.
(1.) *per Auream Bullam.* 21.
(2.) *per Capitulationem.* 22.
(3.) *per Conſtitutionem* Ludovici Bavari. 23.
(4.) *Ex Regnorum Succeſſione.* 24.
VII. Quanta *ſit Poteſtas Regia in ſpecie & in genere.* 25.
*In genere Poteſtas eſt* Monarchica, *ſed* Ariſtocraticè limitata. 26.
*A potiori verò deſumenda Denominatio; & quare?* 27.
*Reſpondetur ad Objectiones, unam & alteram.* 28.
VIII. *An exui rurſus Imperator ſuâ Poteſtate poſſit, ſive ab Electoribus, ſive ab omnibus Imperii Statibus?* 29.
Rationes dubitandi *ex dicto Moguntini & Ottonis IV.* 30.
*Ut & ab Exemplis & naturâ Pactorum deſumpta.* 31.
Rationes Decidendi (1.) *à Cauſa Efficiente Summa Poteſtatis.* 32.
(2.) *A defectu Poteſtatis deſtituendi in Electoribus & Statibus Imperii.* 33.
(3.) *A Poteſtate Cæſaris abſolutâ* petitæ. 34.
*Exempla hîc nihil probant.* 35.
*Non tamen, quæ ſunt limitata, ſibi arrogare poteſt Imperator.* 36.

§. I.

Ulterius circa Electionem conſideranda III. eſt *Cauſa materialis & Objectum* ſeu Res, ad quam Rex Romanorum eſt electus, quæ eſt *Nomen, Dignitas & Poteſtas Regia*; & exprimitur his verbis: Zu Ehr und Würde des R. Königl. Namens und Gewalts erhoben. De Nomine hîc non eſt magnoperè laborandum, ſed ſunt ſaltem repetenda illa, quæ ſupra *cap. 1. §. 6.* jam ſunt tradita, & quod in illo hic ſenſu capiatur Nomen Regis Romanorum, quando vivo adhuc Imperatore in Regem eſt electus; de quo plura 1

plura habemus in *Annotatis ad* Boecler. *Notit. Imperii lib. 4. cap. 1.*
3 *num. 1. & cap. 2. in pr.* Quod verò ad *Dignitatem* attinet, exinde illa judicatur, quod Imperatori quidem primas meritò deferat, adeò ut Eum etiam Dominum Suum appellet, uti præter Capitulationem Joſephi *in Proœm.* ibi: Unſern Gnädigen HERRN Vater & Ferdinandi I. *in Proœm.* ibi: Unſer lieber Bruder und HERR; etiam teſtatur *R. J. de A. 1555. in pr. & §.* Solches alles *143. & paſſim*; Reliquis tamen Regibus præferatur, uti probat *Beſold. in Diſſ. de Præcedent. cap. 2. num. 5. ſeqq.* Limnæus *lib. 2. cap. 15. num. 44.* & prolixè Cruſius *de Præced.*
4 *lib. 3. cap 3. num. 10. ſeqq.* Exinde inprimis quod eâdem omninò dignitate & poteſtate gaudeat, quâ gaudet Imperator, niſi quod poteſtas vivo Imperatore, eoque præſente, exerceri non poſſit, quamvis ea, abſente extra Imperium Imperatore, exerceri queat, & ſæpè etiam inprimis tempore Caroli V. ſit exercita.

5 §. 2. Poteſtas Regia *eſt quaſi complementum & efficacia Regiminis & adminiſtrationis Regiæ conceſſa*; Uti enim Hæc, quæ hominum eſt imbecillitas, ſæpè etiam perverſitas & malitia, ſine Illa cum effectu geri nequit; Ita etiam quò major eſt hominum multitudo, quoque magis perverſa eorum pertinacia; Sic quoque major Poteſtas eos in ordine retinendi requiritur. Ef-
6 fectus ipſius, qui quaſi quidam rivi ex fonte ſuo fluunt, dicuntur Jura Regia, Regalia ſeu Jura Majeſtatica, quæ ſicuti Poteſtatem Summam tanquam Cauſam ſuam ſupponunt; Ita etiam hæc Officiũ ſeu Obligationem *Regiam*, cui aſſiſtit, efficaciam & complementum addit, ſupponit; Unde quatenus ad illa obligatur Rex Romanorum, *Officii*, quatenus autem Officio Illi efficacia eſt addenda, *poteſtatis* vel *juris* nomine venit; quamvis haud rarò utrumque ſub Jurium Majeſtaticorum nomine comprehendi videas.

7 §. 3. *An* verò *Poteſtas Regis Romanorum ſit ordinaria & propria*; *an delegata ſeu mandata*? inſignis eſt apud Doctores Juris Publici quæſtio. Pro delegata ſeu mandata pugnat (1.) quod omnia

Digitized by Google

omnia ad mandatum Imperatoris facere dicatur. Ita enim *Capitulatio Rudolphi II. art. 32. & Ferdinandi III. art. 49.* habet: Wir ſollen und wollen auch Uns keiner Regierung oder Adminiſtration im heiligen Römiſ. Reich weiter oder anders unterziehen/ Dann ſo viel Uns deſſen von Käyſerlichen Majeſtät vergönnet und zugelaſſen wird. *Add. R. J. de An. 1555.* §. Damit aber 4. §. und wiewohl *141. &* §. Solches alles *143.* ibi: Gereden und verſprechen Wir/ an ſtat und im Nahmen Ihrer Käyſerl. Majeſtät. (2.) Quod in Receſſibus Imperii Imperatoris tantum nomine agere dicatur, uti huc pertinet *R. J. de A. 1557.* §. *1. ibi*: Haben wir im Nahmen und an ſtat der Röm. Käyſerl. Maieſtät einen andern Reichs-Tag beſtimmet. (3.) Quod Carolus V. cùm An. 1555. in Belgio eſſet, & interea Mandatum *R*egi Romanorum reliquiſſet, ad Commiſſarios ſuos, ad Comitia Auguſtana miſſos, ita ſcripſerit: Daß ſie ſich in ſolchen Fall gegen Ihren freundl. Lieben Bruder den Römiſchen König gedachten Käyſerlichen Schreiben/ und gegebenen Gewalt in alle Wege gemäß verhalten wolten; unde ad mandatum quidem non verò ulterius obſtricti fuiſſe videntur Commiſſarii *vid.* Literæ datæ Bruxellis die 9. Junii An. 1555. apud *Lehman.* in Reichs-Handlungen *lib. 1. cap. 3.* (4.) Quod alias abſurdum ſequi videretur; Imperium habere duo ſumma Capita adeoque Majeſtatem eſſe diviſibilem.

9 §. 4. Pro Contrariâ tamen ſententia & *poteſtate ordinariâ ſeu propriâ* facit (1.) Quod Regi *R*omanorum Majeſtatis attribuatur Nomen non vanum ſed cum effectu & poteſtate, uti paſſim ex Rubricâ Receſſuum Imperii *de A. 1555. &c.* junctâ ſubſcriptione Statuum Imp. videre & colligere licet. *vid. R. J. de A. 1548. & R. J. de A. 1557. in Rubr.* & *fin.* ubi eadem formalia in *R*eceſſu J. Cæſareo & *R*egio obſervantur. (2.) Quod dicatur uti plenitudine poteſtatis *R. I. de A. 1542.* §. Würd ſich aber *102.* ibi: Aus Käyſerlicher und Königlichen Macht und Vollkommenheit (3.) Quod ex propriâ poteſtate dicatur agere; Unde in *Capitu-*

*latione Ferdinandi I. Art. 2.* ita habetur, An ſtat Unſers lieben
Bruders und Herrns / auch für Uns ſelbſten; addantur *R. I.*
*de A. 1555.* §. Solches alles *143* & loca, ubi formula illa occurrit,
infinita, â *Limnæo* collecta *ad d. Cap. in voc.* Auch für Uns ſelb-
12 ſten *num. 1.* (4.) Quod ex Poteſtate propriâ Regalia Imperatori
ſoli aliàs competentia, ut *jus creandi Nobiles*, *Barones*, *Comi-*
*tes &c. Jus erigendi Academias &c.* exerceat, juxta *R. I. de An.*
*1548.* §. Wie wohl auch *66.* ibi: Daß die Grafen und Herren /
Ihre Dignitäten von Uns und unſern freundlichen lieben Bruder /
dem Römiſchen König empfangen. *Add. Ord. Cam. part. 1. Tit. 3.*
13 §. Desgleichen *2.* (5.) Quod disjunctivè adſcribantur multa vel
Imperatori vel *R*egi Romanorum, & Ejusdem omninò effectûs
habeantur. *Ord. Cam. Part. 1. Tit. 3. §. 2* ibi: Die jetzige Käy-
ſerliche Majeſtät / Oder UNS confirmiret *R. J. de An. 1555.* §.
Und ſollen *64.* ibi: Die Käyſerliche Majeſtät / oder in Deren Ab-
14 weſen aus dem Reich / UNS / (6.) Quod eam poteſtatem jure
ſuo habeat, & quod in *R*egem *R*omanorum ab Electoribus eſt
electus; Unde etiam ſoli Deo eam fert acceptam; Ita enim
Prooemium: Wir Joſeph von GOttes Gnaden Römiſcher Kö-
nig; Talis verò poteſtas in Jure dicitur ordinaria non delegata
15 *l. 5. & 6. ff. de Juriſdict.* (7.) Quod uti Legatus Proconſulis,
quamvis nomine Proconſulis adminiſtraret, ordinariâ tamen
non delegatâ Jurisdictione id faceret, uti *Hahn. ad Weſenbec.*
*in Pand. de Offic. Proconſ.* id probat; Ita ſimili ferè modo cum
Rege Romanorum ſe habet.
16 §. 5. Ut ergò hosce Scopulos evitare poſſit *Schutzius*,
*in Collegio Juris Publ. Diſp. V. th. 2. ſeqq.* diſtinguit (1.) inter *Im-*
*peratorem præſentem & non impeditum, & abſentem ſeu impedi-*
*tum*; Ibi Imperatorem agere & Poteſtatem exercere, *R*egis au-
tem Poteſtatem dormire & quieſcere; Hîc verò Regem ſuo no-
mine gubernare dicit; Adeoque ſecundum *Schutzium R*atio-
nes obſtantes de priori caſu, quando Imperator præſens eſt &
non

Digitized by Google

non impeditus, intelligendæ & explicandæ forent; Quando verò in poſteriori caſu, ubi ſuo nomine gubernat, ſuo ſolum nomine adminiſtrat, ſubdiſtingvendum (2.) Inter Regem mandatum habentem ab Imperatore & minus; Ibi & nomine Imperatoris; hîc verò ſuo tantum nomine adminiſtrare dicit. Sed 17
quia tamen Imperatoris eſt adminiſtrare Imperium, adeoque ſemper mandare cenſetur, ſive generaliter ſive ſpecialiter; Deinde in *R. J. de A. 1557.* §. Und aber 2. Rex Ferdinandus agnoſcit Mandatum Imperatoris, & tamen omnia ſuo nomine agere dicit, non addito Imperatoris, nomine in §. So haben 8. §. So ſetzen *21.* & §. Dieſen Mängeln *78*; Ita hæc diſtinctio difficultate non carere videtur. Unde *(3.)* diſtingui poſſe putamus 18
inter *Exercitium & Poteſtatem ipſam*; Poteſtatem non mandari poſſe ab Imperatore, ſed eam Regem Ròmanorum habere ab Electione & ſuo Jure; quamvis ut eam exercere hîc & nunc poſſit, Imperatoris accedat mandatum ſive generale ſive ſpeciale neceſſe ſit; quemadmodum Proconſul dicitur mandare Juris- 19
dictionem, hoc eſt exercitium & actum ſecundum Legato ſuo *l. 4. §. ult. L. 12. l. 13. ff. de Offic. Proconſ. & Legati*, Licet Legatus Proconſulis non mandatam ſed ordinariam jure ſuo habuerit Jurisdictionem, uti optimè demonſtrat *Hahn. ad Weſenbec. in loc. alleg.* Unde etiam varias occurrere in Imperiali Praxi formulas videmus, dum nonnullæ ſolius Imperatoris, tanquam Exercitium mandantis, Nonnullæ verò utriusque nomine, Imperatoris nempè Exercitium ſeu actum ſecundum mandantis, Regis verò poteſtatem in actu primo jure ſuo habentis, ſive conjunctivè, ſunt conceptæ. *vid.* præter *Schutzium in loc. alleg.* Limn. *in Jur. Publ. lib. 2. cap. 15. num. 38.* & pluribus *in Tom. 2. Addit. ad. d. num. & ad Capitul. Ferdin. 1. art 2. verb.* Auch für uns ſelbſten. Uti etiam hanc quæſtionem tractamus in *Annot. ad Bœcleri Notit. S. R. Imperii. Lib. 4. cap. 2. ad verb. Nihil poteſt Imperatorium.*



Digitized by Google

20 §. 6. Circa *Poteſtatem* Imperatoris & Regis Romanorum hoc quoque quæri ſolet: *An illa Coronationi Pontificiæ, an*
21 *verò Electioni accepta ferenda?* Et ſanè (1.) præter textum *A. B. cap. 2. §. 5.* ibi: *peractâ ſtatim Electione*, in quo Ipſi Poteſtas ſtatim Regia, adminiſtratio, virtus Imperii, Privilegiorumque, jurium & Dignitatum confirmatio attribuitur; egregiè demon-
22 ſtrat & evincit (2.) Prooemium noſtrum in verbis durch vorgenommene Wahl zu der Ehr und Würde der Römiſ. Königlichen Gewalt erhoben / erhöhet und geſetzt / quod Poteſtas Regi Romanorum non ex Coronatione Pontificis, ſed Electione tribuatur, cum coronatione, tanquam ritu quodam ſolenni, decla-
23 retur potius, quam fiat Rex & Imperator. Accedit (3.) Conſtitutio Ludovici IV. Bavari apud Goldaſt. *in Tom. I. Conſtit. pag. 336. & Tom. 3. pag. 409.* ibi: *Fallaciter aſſerentes, quod Imperialis dignitas & Poteſtas eſt à Papâ, & quod Electus Imperator non eſt verus Imperator nec Rex, niſi prius per Papam ſeu Sedem Apoſtolicam confirmetur, approbetur & coronetur. Ideò de Conſilio & Conſenſu Electorum & aliorum Principum Imperii declaramus, quod Imperialis Dignitas & Poteſtas eſt immediatè à Solo Deo, & quod de Jure & Imperii Conſvetudine antiquitus approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem ſeu Regem ab Electoribus Imperii concorditer, vel majori parte Eorundem, ſtatim ex ſolâ Electione eſt Rex novus & Imperator Romanorum cenſendus & nominandus, nec Papæ ſive Sedis Apoſtolicæ aut alicujus alterius approbatione, con-*
24 *firmatione, autoritate indiget vel conſenſu.* Si enim (4.) in regnis ſucceſſivis Succeſſor ſtatim â morte defuncti Prædeceſſoris Rex eſt, quare idem Electio quæ in illius locum ſurrogatur, operari non deberet? *vid.* Hermes *in Faſcic. J. Publ. cap. 10. n. 1.* Arum. *ad A B. Diſc. 2. Concl. 20.* Limn. *de Jur. Publ. libi 2. cap. 4. num. 56. ſeqq.* & quæ infra plura dicentur *ad Art. 36.*

25 §. 7. *Quanta* verò ſit *Poteſtas* Regis Romanorum, *in*

ſpecie

*ſpecie* & quod ad Singula attinet Jura Majeſtatica, ex Articulis Capitulationis addiſcitur; Quod verò quantitatem Poteſtatis Regiæ *in genere* concernit, ea non eſt prætereunda, maximè cum illa inter Doctores Juris Publici ſit valdè controverſa. Breviter autem ſententiam noſtram explicabimus, Eum qui latiora 26
deſiderat ad *Dn. Schvveder. in Introduct. Jur. Publ. part. Gen. c. 4. th. 49.* cujus tamen opinio non omninò placet, *& ibi allegatos* remittentes. Puto verò Poteſtatem illam eſſe Monarchicam, ſed Ariſtocraticè temperatam & limitatam quidem, ita tamen, ut â potiori ſeu Monarchicâ ſit deſumenda denominatio. Quod ipſum 27
temperamentum inprimis ex Capitulatione Cæſareâ haurire licet. Ita enim de Poteſtate Regis ſentiendum & loquendum eſt, prout Leges Imperii publicæ ipſæ loquuntur. Illæ verò de Poteſtate Regiâ ita ſtatuunt, quod Status Imperii homagiali Jure Imperatori ſint devincti, Ejusque dicantur Subditi; quod Imperator per modum Legis in univerſo Imperio valituræ Nobiles, Barones, Comites, Principes creet, de Feudis Imperii inveſtiat, ſummam poteſtatem judiciariam & alia Jura Majeſtatica exerceat, & quod præterea nullum ſit Jus Majeſtaticum etiam cum Electoribus & Statibus Imperii reliquis communicatum, in quo potiora Imperatori non competant. Et quamvis 1.) Im 28
perator multa in vim pacti promittat, quæ etiam meritò obſervat, exinde tamen non magis deſinit eſſe Monarcha, quam Servius Tullius Rex Romanorum eſſe deſiit, quam Romulus, quod hic, quod libitum, imperitaverit, ille verò Sanctor Legum fuerit, quibus etiam Reges optemperarent. Et quamvis etiam 2.) Status Imperii in Conſortium Poteſtatis non paucis in rebus admittantur & votum Comitiale independenter exerceant, ita ut liberum omnino ſit & eſſe debeat juxta *Inſtr. Pac. Cæſar. Svec. Art. 8. §. Gaudeant.* Eſt tamen illa independentia tantum ratione voti in adminiſtrando, non verò ratione Imperii & Poteſtatis Summæ, quæ Imperatori ſalva manet, intelligenda *vid.*

Arum.

Atum. *de Jur. Publ. Vol. 1. Diſc. 1.* Boecler. *in Not. Imper. Lib. 22.*
*Et Annot. Noſtra ad* Ejusd. *Lib. 4. cap. 1.* ad Quæſt. *An Status Im-*
*perii ſit Monarchicus?*
29 §. 8. Antequam hoc Caput finiamus non prætermit-
tenda omninò eſt quæſtio Monarchomachis oppoſita: *An exui*
*rurſus Imperator poteſtate ſuâ poſſit, ſive ab Electoribus, ſive ab*
30 *omnibus Imperii Statibus?* Equidem Moguntinus de Henrico
IV. dixiſſe fertur: *Quem meritum inveſtivimus, quare immeri-*
*tum non deveſtiamus?* Et Otto IV. Imperator: *Veſtri*, inquit,
*ô Principes Juris eſſe fatemur Imperatorem creare ſimul & deſtitu-*
*ere*; Sicuti ex Helmoldi Chronico & Naucleri Chronographiâ
refert *Hippolithus â Lap. de Rat. Stat. Part. 1. cap. 3. ſect. 2.* Unde
31 & multa proſtant Exempla deſtitutorum Imperatorum, ut *Hen-*
*rici IV. Adolphi Naſſovii, Wenceslai, aliorumque.* Et ratio natura-
lis hûc facit; Quod, ſi Imperator conventionis Leges & Pacta
non ſervat, etiam Principes Imperii ipſo Jure obligationis vin-
culo cenſeantur eſſe ſoluti, ita ut Jure hoſtis uti poſſe videri que-
32 ant. Sed quia Summi Terrarum Principes poteſtatem ſuam
Regiam immediatè â Deo, non â populo vel Subditis habent,
prout hoc ipſum in *Elem. Jurispr. Univ.* ſeu *Inſtit. Jur. Nat. &*
*Gent. Part. Gen. Sect. 3. cap. 1. Prop. 1.* demonſtramus. *Add. Diſſ.*
*Prælim. cap. 4. §. 9. num. 49.* Hinc etiam Subditi eam auferre
Eidem non poſſunt, ſed optimi quidem Principes expetendi,
qualescunque autem patienter ferendi, & Deo Crimina vindi-
33 canda ſunt relinquenda. Et quamvis Electores ſoli eligant,
quod Principes Jus eligendi quod olim omnes habebant, in Ele-
ctores transtulerint, non tamen idem de Jure exauctorandi
contigiſſe conſtat; Imò potius contrarium patet, quod Status
Imperii non aliam habeant Poteſtatem, quam quæ Ipſis in Le-
gibus Imperii eſt communicata; Nullibi autem data legitur
34 Poteſtas in Caſu contraventionis deſtituendi Principem; Ma-
ximè cùm in Juribus non communicatis Princeps abſolutâ gau-
deat

Digitized by Google

deat poteſtate, adeoque, quod ſine conditione & pacto eſt relictum, eidem invito auferri non poſſit. Neque verò ab Exemplis judicare licet, quæ quia facti ſunt, jus aliquod facere non poſſunt, præprimis cùm utplurimum injuriâ contigerint. Non eſt tamen negandum, quin ea, quæ limitant Ipſius Poteſtatem, in Cæſarem nunquam tranſierint, adeoq; ea Sibi arrogare non poſſit, ſed ea ſervare Jure divino & naturali ex pacto omninò ſit obligatus; prout hæc latius tam in genere, quàm quoad ſingulos Imperatores olim deſtitutos, excuſſimus in *Annotat. ad* Bœcl. *Notit. l. 4. c. 1. n. 5. De ſine & deceſſu Imper. add.* Lampad. *de Republ. Rom. Germ. Part. 3. cap. 3. §. 10. & 11.* Bœcler. *ad Hippolith. â Lapide Part. 1. cap. 3. ſect. 2.* Reinking. *lib. 1. claſſ. 1. c. 5. Reg. Sec. & Eccl.* Limn. *lib. 2. cap. 11. num. 17. ſeqq.*

# CAPUT VI.

## *DE CAUSA FORMALI ET FINALI ELECTIONIS.*

I. *Modus eligendi in Proœmio expreſſus.* 1.
*Electio Regum Romanorum ex Familiâ Auſtriacâ eſt legitima & libera.* 2.
*De Modo Electionis tam in genere quàm in ſpecie remiſſivè.* 3.

II. *Nonnulla de modo deliberandi circa Capitulationes conficiendas.* 4.
*Quomodo Electores ad Vota circa Capitulationis confectionem ſe accingant? & quid* primò *fiat?* 5.
*Quid porrò in Caſu diſſenſus?* 6.
*Quid facto concluſo? & quando? & quomodo Capitulatio Regi Bohemiæ communicetur?* 7.
*Rex Bohemiæ ad deliberationes Præparatorias Capitulationis non admittitur.* 8.
*Niſi quod in Electione Joſephi ſingulariter obtigit, ubi quadantenus â rigore receſſum videtur.* 9.
*Finis Electionis & acceptati Imperii ultimus, intermedius & proximus.* 10.



Digitized by Google

*Salus inde in Chriſtianam gentem redundatura, remiſſive. 11.* | *Dignitas Imperii Romani reſidet apud Nationem Teutonicam 12.*

## §. 1.

1 CIrca Electionem porrò conſiderandus Modus quoque eli-
gendi, qui in Procemio exprimitur per Verba ; Durch vor-
genommene ordentliche Wahl. Ex quo conſtat, quod licet
2 in Familiâ ArchiDucali Auſtriacâ, quæ dignitatem Imperatoriam
per ducentos, & quod excurrit, annos laudabiliter ſuſtinuit, ex
urgentibus cauſis continuata ſit Electio, ordinaria tamen fuerit,
hoc eſt, legitima & libera, nec ſucceſſionis alicujus Schemate co-
3 lorata, de quo pluribus agetur *infra ad Art. 35.* Reliqua, quæ
circa modum Electionis tàm in genere : *Utrum conſultum ſit
eligi potius Imperatorem, quam naſci?* Item: *Quando Electio ve-
ra atque libera in Imperio Romano cæperit? &c.* quam in ſpecie,
quoad *Antecedentia* tùm de Loco, tum triplici Electionis tem-
pore, quod vel Intimandi, vel comparendi, vel eligendi ſtatui-
tur, aliisque, quæ circa vocationem æquè ac comparitionem,
nec non jus eligendi ipſum hic cumulari multa ſolent ; Ut &
quoad *Concomitantia* de Juramento Electorali, de Directorio,
de ſeſſione & Lateribus, de Votis, ipſorumque Ordine tam in
genere, quàm in ſpecie quoad Electionem Caroli V. nec non
majoritate Votorum &c. Et denique quoad *Conſequentia*, de
Privilegiorum, Dignitatum, Juriumque Statuum Confirmatio-
ne, de Coronatione duplici vel triplici, deque Jure & ritibus
coronandi, nec non de Transactione inter Electorem Moganti-
num & Colonienſem A. 1657. d. 16. Junii propterea initâ, hîc
non inutiliter tractari & dici poſſent, præter ea, quæ *ſupra* & ad
*art. 35. & 36. infra* ſunt tacta, lubens prætereo, cùm ex Scripto-
ribus ad A. B. vel etiam breviter ex *Noſtris ad* Mylerum *de Princ.
Imperii cap. 8. Notis* peti poſſint ; Prolixè etiam de Electione
ordina.

Digitized by Google

ordinariâ & extraordinariâ agit *Dn. Schvveder. in Introduct. Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 1 cap. 2. & 3.*

§. 2. Inter Antecedentia tamen Electionis non omninò 4
prætermittendum id, quod maximè hujus loci eſt, ſcilicet quod
ad deliberationes de Capitulatione Cæſareâ conficiendâ, &
quoad nonnulla Ejus capita augendâ imminuendâve, ſeu immutandâ ab Electoribus inſtituendas attinet; Ubi *primò* præcedentes 5
Capitulationes, inprimis proximè præcedens ad manus ſumi,
& vel ſeorſim ab uno vel duobus cujusvis Electoris Conſiliariis
prædeliberari, & facta primo à Conſiliariis relatione; vel etiam
ſtatim ab Ipſis Electoribus, præviâ prælectione Capitulationis
præcedentis, quid ad ſingulos Articulos monendum, Vota conferri ſolent; *Et Porrò* ſi forte in aliquo puncto diſſentiant, vel 6
etiam ex alicujus Voto novum aliquid emergat, ad rogationem
Moguntini Electoris nova fit Votorum repetitio, donec vel conſentiant, vel ſi pares ſunt numero in diſſentiendo, punctus ille
omittitur. *Ulterius* factô concluſo Conceptum in Moguntinâ 7
Cançellariâ expeditum, denuò revidetur, & *deniq;* Regi Bohemiæ
biduo ante Electionem communicatur, vel in Senatu Ipſi Regi, prout factum A. 1562. Maximiliano II; & A. 1575. Rudolpho
II. nec non An. 1612. Matthiæ; vel etiam Ipſius Legato in vicino
Conclavi, uti factum A. 1690. Legato Regis Bohemiæ, Comiti
Kinskio in Electione Joſephi. De cœtero verò ad delibera- 8
tiones præparatorias Capitulationis, contradicentibus tamen
& Proteſtantibus Bohemiæ Regibus, Rex Bohemiæ non eſt admiſſus, niſi quod illud quod in nuperâ Joſephi Electione ſingu- 9
lariter obtigit, prout in *Diſſ. prælim. cap. 3. § 8. & ſuprac. 3. §. 11.*
diximus, eò interpretari velimus. *vid.* hic inprimis *Protocollum Electionis Matthiæ Seſſion. IV. V. & VI. apud Dn. Muldenerum in Capit. Harm.*

§. 3. *Finis* tam Electionis quàm acceptati Imperii jam 10
ſupra *cap. 2.* eſt propoſitus; Quippe cùm *finis ultimus* ſit Glo-



Digitized by Google

Dei, *intermedius* ſalus publica & Chriſtianæ gentis; *proximus* verò
11 Salus Imperii & Nationis Teutonicæ. Quæ enim inde Salus in Chriſtianam gentem eſt redundatura melior dabitur dicendi oc-
12 caſio ad *Artic. 1. & ſubſeq.* Præterea & hîc obſervandum, quod innuatur dignitas Imperii Romani reſidere apud Nationem Germanicam; Unde etiam frequens compellatio in Legibus Imperii occurrit, ubi dicitur, das heilige Röm. Reich Teutſcher Nation. Rectiſſimè enim adhuc hodiè Romanum dici, quamvis ad Germanos ſit translatum, cùm unà cum ſua gloriâ, dignitate & nomine transmiſſum ſit ad poſteros, & quia adhuc in aliqua ſui parte ſubſiſtit, merito nomen retinet, quemadmodum nec fluvius, qui rivus fit, uti Rhenus, nomen ſuum amittit *l. 1. ff. de Flumin. l. 1. ff. de Riv. l. 20. ff. de A. R. D.* Et ſatis evincunt ea, quæ habet *Bæcler. in Diſſert. de Sacro Rom. Imper.* Schutz *in Colleg. Jur. Publ. Vol. 1. Diſp. 1. th. 15. lit. B.* Arum. *Vol. 1. Jur. Publ. Diſc. 2.* & de Translatione Imperii ad Germanos. *Diſc. 3.* Limn. *de J. P. lib. 1. cap. 4.* & Matth. Flacius Illyricus von Ankunfft des Römiſchen Reichs an die Teutſchen. Atque hæc de Cauſa Obligationis & Poteſtatis Regiæ ſeu Electione & Acceptatione Imperii Romani dixiſſe ſufficiant!

# CAP. VII.

## *DE PROFESSIONE ſ. PROMISSIONE, OBLIGATIONIS REGIÆ.*

I. *Profeſſio obligationis quomodo fiat in Capitulatione?* 1.
*Electores obligant Regem non ſuo tantum, ſed & reliquorum Statuum Imperii nomine.* 2.
*Perſonæ Regis Romanorum obligatio integratur Autoritate Paternâ.* 3.
*An etiam inter Perſonas illuſtres hoc locum habeat?* 4.
*Qualis fuerit conſenſus Romanorum Regis?* 5.

II. *Modus*

II. *Modus obligandi factus eſt mediante Conventione.* 6.
*Vox* Geding / *quid denotet?* 7.
III. *Materia Obligationis ſunt Articuli conventi,* 8.
*Quæ ibi non continentur, illa Cæſari ſunt reſervata, per rationem 1. & 2.* 9.
IV. *An Imperatori reſignare Imperium ſit permiſſum?* 10.
Affirmatur, & probatur. 11.

## §. I.

PAucis tandem ipſa obligationis Regiæ Profeſſio & Promiſſio tangenda, quæ exprimitur verbis: Wir bekennen offentlich; Daß Wir Uns dieſer nachfolgenden Articul vereiniget / verglichen / angenommen und zugeſagt haben. Continet autem 1
dicta Profeſſio (1.) *Perſonas Obligantes*, Electores ſcilicet, non 2
ſuo tantum, ſed omnium Principum & Statuum Imperii nomine, *ibi*: Mit denen Chur-Fürſten / vor Sich und Sämtliche Fürſten und Stände des Heiligen Römiſchen Reichs; Quod idem & in *Epilogo* repetitur, *ibi*: Haben wir den gedachten Chur-Fürſten vor Sich und im Namen des Heil. Römiſchen Reichs geredt / verſprochen ꝛc. Diximus enim *Supra in Diſſ. Pralim. cap. 3.* Electores in Lege hâc Fundamentali & Univerſali condendâ & præſcribendâ repræſentare reliquos quoque Imperii Principes & Status. Porrò & (2.) comprehendit laudata Regis Romanorum 3
Profeſſio *Perſonam Obligatam* ſeu Regem Romanorum *in verb.* Daß WJR UNS vereiniget und zugeſagt / Quam obligatam Regis Perſonam, utpote in Pupillari adhuc ætate conſtitutam, quaſi integrat Autoritas Sereniſſimi Parentis Imperatoris, invictiſſimi Leopoldi, cujus Conſenſu Obligatio illa facta eſt *in verb.* Aus hierzu gegebenen Väterlichen / auch gnädigen Willen / Uti enim Imperium & Poteſtas Patria in Liberos ex ipſo Jure 4
Naturali dependet, adeò, ut Liberi etiam quoad actus ſuos, & magni inprimis momenti negotia, voluntatem Parentum reſpicere & revereri debeant; Ita nec Perſonæ Illuſtres inde ſunt liberæ; Unde ut à Liberis, in Sacris Paternis adhuc conſtitutis,

 ſuſceptæ

Digitized by Google

ſuſceptæ Obligationes effectum ſortiantur, Paterno opus eſt
5 conſenſu. Hinc Regis Romanorum Auguſti Conſenſus pro-
pter ſuſceptam ad S. R. Imperium Obligationem (1.) plenus
eſt, (2.) liber eſt, & (3.) benè deliberatus eſt, quemadmodum id-
ipſum patet ex verbis Proœmii *ibi*: Aus freyen auch hierzu gege-
benem våterlichen Willen / Alles wiſſentlich / adeoque cum ſcientia
& voluntate liberâ, autoritate interveniente Paternâ, conjunctus.

6 §. 2. Modum obligandi etiam exprimit textus; ſcili-
cet, quod per modum Pacti & conventionis, ſeu conventæ Con-
ditionis Geding- und Pacts-Weiſe inter Regem & Electores
7 nomine Imperii convenerit. Quamvis enim vox Geding et-
iam ſumatur pro Judicio, Unde Vemeding Judicium Crimina-
le Weſtphalicum, Dingſtul Curia Judicialis, Märcker-Ding in
Wetteraviâ, Judicium circa Limites &c. cujus Judex & Præſes eſt
Sereniſſimus *Haſſiæ* Landgravius, dicitur; *Hic* tamen idem de-
notat, ac conventam conditionem ibi: Folgender Articul vereini-
get/ verglichen/ angenommen und zugeſaget; Quæ verba diverſam
obligandi cauſam innuunt. Uti enim Vox vereiniget Pactio-
nem, & verglichen Conventionem rei dubiæ inſtar tranſactio-
nis alicujus, adeoque antecedentia Imperii delati; Ita Vox
angenommen / Poteſtatis limitatæ acceptationem, & deni-
que vox zugeſaget/ Promiſſionem implementi ſeu illius, de quo
conventum, denotat.

8 §. 3. *Materia* denique ſeu res, ad quam obligatum ſe
profitetur Rex Romanorum innuitur per verba: In nachfol-
genden Articulen; ubi fit relatio ad omnes ſequentes Capitula-
tionis Articulos. Hinc ultro ſequitur: Quæ non habentur in
9 Capitulationis Cæſareæ Capitulis, illa Cæſareæ Poteſtati non
eſſe limitata, ſed potius Eidem reſervata. *Hoc* enim innuunt (1.)
expreſa verba relativa; In nachfolgenden Articulen vereiniget und
zugeſaget; Ergò quæ in ſequentibus Articulis expreſſa non ſunt,
de iis non conventum, nec de poteſtate aliquid communica-
tum,

tum, ſed potius Poteſtati Regiæ communi ſunt relicta & reſerva-
ta; Reſtrictio enim illa (2.) eſt Regiæ poteſtatis limitatio, adeo-
que etiam, dum abit à naturalibus Regiæ poteſtatis, ſtrictè inter-
pretanda, nec ultra ea quæ conventa ſunt, extendenda.

§. 4. Ex quibus porrò judicare licet; *An quoque Impera-* 10
*tori reſignare Imperium ſit permiſſum?* Et quamvis ex Conventio-
ne & Pacto datum ſit & acceptum Regi Romanorum Imperium,
à quo invitâ altera Parte recedere non licet. *l. 5. C. de O. & Act.*
Unde & Henrico II. dum Imperium reſignare tentabat, à Stati-
tibus Imperii eſt contradictum, & ipſe ad Imperii adminiſtra-
tionem revocatus eſt. Sed quia tamen (1.) Capitulationum 11
Pacta ad Articulos conventos reſtringuntur, adeoque quod in
illis articulis non habetur, illius libertati relictum cenſetur,
nullibi autem in Capitulatione de hoc conventum, quod re-
nunciare Imperio non liceat. Imò (2.) Capitulatio obligatio-
nem non ad tempus vitæ, ſed ad regiminis tempora adſtringit *in
Art. 1. ibi:* **Daß wir in Zeit ſolcher unſerer Königlichen Würde/
Ambt und Regierung ꝛc.** adeoque haud obſcurè reſignationem
Imperii permittit. Accedit (3.) quod uti unicuique liberum
eſt reſignare officium; Ita nec Imperatori, qui maximè omnium
liber eſt, libertas & poteſtas hæc præcludenda. Unde plura
(4.) exempla Reſignantium Imperium & noviſſimè Caroli V.
de An. 1556. proſtant; quemadmodum Capitulatio *Ferdinan-
di I. in Proœm.* docet, ipſamque Hiſtoriam abdicationis legere
eſt *in Wilhelmo Godelevao inter Scriptores Rerum German. Tom.
II. Schardii in fin.* Henricus verò II. non tam jure revocatus
eſt ad Imperium, quàm ſuaſu & precibus Statuum; uti vide-
re eſt apud *Limn. ad Capitul. Ferdinandi I. in Proœm. ad voc.*
**Obangeregt Römiſch Käyſerthumb ꝛc.** *& in Jur. Publ. lib. 2.
cap. 11. n. 2. ſeqq. & Tom. V. Addit. ad d. loc.* & Daniel. Ott. *in
Jur. Publ. cap. 10. p. 299.* Hinc jure meritoque Imperatori Reſi-
gnatio eſt permiſſa.

CON-

Digitized by Google

### *CONSPECTUS PROOEMII CAPIT. JOSEPHI*

*Breviter Hic eſt.* Continet *enim*

## Profeſſionem obligationis ſeu officii Regii; *Ubi*

- Profitens *cum*
  - Nomine *&*
  - Titulis
    - Curialibus *&*
    - Realibus *Cap. I.*
- Cauſa *Obligationis*; *ſcilicet* Conventio,
  Electio *nimirum &* Acceptatio *Cap. II. Ubi*
  - *Subject. activum ſeu* Electores, *Eorumque*
    - Tituli
      - Curiales *tam concretivi quam abſtractivi*,
      - Reales,
    - Ordo *quoad*
      - Electores *Præſentes*.
      - *Abſentium* Legatos.
    - Obſervatio ſingularis *in Rege Bohemiæ Cap. III.*
  - *Subject. Paſſiv. ſeu* Perſona Electa, *Cujus ſpectatur* Habilitas *ex* Sexu, Profeſſione, Statu, Proſapià, Ætate *Cap. IV.*
  - *Objectum ſeu* Res ad quam Electa; *Ubi*
    - Nomen *Regium*.
    - Dignitas *Regia*.
    - Poteſtas *Regia*. *Cap. V.*
  - *Modus* Eligendi.
  - *Finis* Electionis; *Cap. VI.*
- Profeſſio *ſeu* Promiſſio *Obligationis*; Ubi
  - Perſonæ Obligantes *ſ. Electores ſuo & Statuum Imp. nomine.*
  - Perſona obligata, *ubi Integratio ex Autoritate Paterna.*
  - Modus obligandi *generaliter & ſpecialiter*.
  - Materia ſ. Res *ad quam fit obligatio. Cap. VII.*

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
# CAPITULATIONEM JOSEPHI ROMANORUM REGIS AUGUSTI,
## ET QUIDEM AD EIUSDEM
# ARTIC. I.
## DE
## IURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA ADVOCATIAM ECCLESIÆ.
# CAPUT I.
## DE ADVOCATIA ARMATA IN GENERE.

I. Advocatiæ armatæ *definitio* 1. *Defenſor vocatur* Advocatus, Patronus, Protector, *Defenſus vero* Cliens. 2.

*Jus dicitur vel* Clientelare *vel* Advocatiæ, *diverſo nim. reſpectu* 3.

*Hujus* Synonyma *Jus Protectionis* Schutz⸗ oder Schirms⸗Gerechtigkeit/Vorſpruch/Vogtey 4.

*Item* Mundiburdium *vel* Mundeburda; *Cujus vocis origo* 5.

Vormund *unde dicatur*? 6.

*Item* Unmündig? 7.

Mundiburdium *denotat Jus defenſionis Eccleſiaſticæ*. 8.

*Quid* Mundbur *apud Rationariot*?



II. Advo-

Advocati *Synonyma Germanica*, Schutz-Herr / Mund-Herr / Vogt. 10.

*Imperator dicitur* Vogt der Chriſtenheit 11.

*Unde derivetur vox* Vogt ? 12.

*Clientes dicuntur*, Schutz-Verwandte / Mundleute 13.

III. *Jus Advocatiæ locum habet inter* æquales & *qui in Statu Naturali vivunt*. 14.

*Habet locum citra ſubjectionem* 15.

*Cliens defenditur ſaltem contra* vim injuſtam 16.

Banno Imperiali *notatum* Advocatus *non tenetur defendere* 17.

*Ita ut defendens* teneatur ad intereſſe 18.

*Nec armis defendere licet quando* jure *poteſt* 19.

IV. *Advocatus etiam* Scriptis, legationibus & interceſſionibus *defendere poteſt* 20.

*Ad arma non niſi neceſſitate urgente deveniendum* 21.

*Advocatus non magis tenetur defendere Clientem, quàm ſemetipſum*. 22.

*Protectoribus datur* ſalarium ſeu Schutz-Geld / Mund-Geld / 23.

*Interdum jus hoc eſt gratuitum, & quando?* 24.

*Debetur tamen* obſequium & reverentia *Patrono* 25.

*Uti & ſumptus defenſionis* 26.

V. Advocatia *dividitur* (1.) *in* Togatam & Armatam 27.

*Licet* Hæc *non ſemper præſtetur armis*. 28.

*Imò nec ſemper armis præſtari debeat*. 29.

*Quare dicatur* Armata 30.

(2.) *in* Legalem *vel* Conventionalem. 31.

(3.) *Porrò in* Cauſalem & Formalem 32.

(4.) *in* Eccleſiaſticam & Secularem. 33.

*Quid* Kaſten-Vogtey ? 34.

(5.) *Dividitur in* Simplicem & Adminiſtratoriam 35.

(6.) *Dividitur Advocatia Eccleſiaſtica in* Univerſalem & Particularem. 36.

*Quæ differt* (7.) *ab illâ, quando dividitur in* generalem & ſpecialem. 37.

(8.) *Plures diviſiones remiſſivè*. 38.

§ I.

1. ADvocatia eſt nihil aliud quàm *Jus* ſeu *Officium defendendi*
*alium imbecilliorem contra vim injuſtam*; Unde etiam
2. talis *Defenſor* vocatur *Advocatus*, qui in conſilium
& auxilium, ſeu ad defendendum advocatur, juxta

Cujac.

Digitized by Google

*Cujac. in Parat. Cod. de Advoc. div. Iud. Et Patronus, Protector,*
quemadmodum contra Ille, qui defenditur, *Cliens*, & Jus ipſum, 3.
*Ius Clientelare* dicitur; Ita ut illa denominatio, *Ius Advocatiæ*, à
Subjecto Activo; *Hæc* verò à *Paſſivo* ſit deſumpta. Illius Sy-
nonyma ſunt Jus Protectionis & Defenſionis, Germanicè 4.
Schutz- oder Schirms- Gerechtigkeit / Vorſpruch oder Ver-
ſprechnüß; Item Vogtey/ & voce Germanicæ Originis *Mundium* 5.
vel *Mundiburdium* ſeu *Mundeburda*, Germanicè Mundburd dici-
citur. Quæ vox, uti tutelam ſeu Onus tutelæ Pupillorum pri-
mùm, à vocibus Mund & Bürde/ denotat, ſicuti ex Lege illâ Sa-
licâ: *Si quis ingenuam Puellam de Mundeburde*, id eſt, è tutelâ *ab-*
*ſtulerit*, patet. Unde Vormund / & olim Mundwalt / Tutor, 6.
quaſi *Os Pupilli* dicitur, weil Er Jhn verſpricht oder den Vorſpruch 7.
vor Jhn thut / und ſein Vorſprecher / Advocat und Defenſor iſt;
Pupillus verò Unmündig / Mündlein vocatur, der ſich ſelbſt nicht
verſprechen oder defendiren kan; Item der noch nicht Mundbar/
oder frey von eines andern Mund oder Vorſpruch iſt; Ita poſtea 8.
ad Tutelam & Defenſionem publicam eſt translatum, ita ut *Mun-*
*diburdium* denotet *Onus* ſeu *Ius defenſionis Eccleſiaſticæ*; Unde in
Conſtitutione Ludovici Junioris *de Pace Confluent.* §.15. legimus:
*Volumus ut Eccleſiæ, & Caſæ Dei, & Epiſcopi, & Dei Homines, Clerici*
*& Monachi & Nonnæ, talem* Mundeburdem *& Honorem habeant,*
*ſicut tempore Anteceſſorum noſtrorum habuerunt*; apud Goldaſt.
*Tom. un. pag. 16.* Quemadmodum in Diplomatibus Advoca-
tæ Eccleſiaſticæ, quorum nonnulla habet *Mager. de Advoc. arm.*
*cap. 2. num. 266. ſeqq.* paſſim legimus Mundiburdium, Mundher/
Mundmann/ Mundleute/ Mundgelt/ & ſimilia; Et in Rationi- 9.
bus hujus Gieſſenæ Cenſuarios illos, qui nomine Conſortum
cenſum debitum ſolvere promittunt, Mundbur ſeu Mundburd
dicimus, die andere verſprechen / oder von ihren Mit-Cenſitenden
Zinß ſchaffen / oder zuſchaffen verſprechen. *Add* Magerum *de*
*Advocatia Armatâ cap. 2. n. 245. ſeqq.* Goldaſt. *in Ration. de Pac.*
*Confluent. pag. 22.*

§. 2. Advocatus Germanicè dicitur, Schutz-oder
10. Schirm-HErr; Item Mund-Herr/ oder Mundmann / Item der
Vogt. Vnde etiam in *Rec. Imp. de An. 1530.* §. Nachdem aber uns
11. 10. Imperator vocatur der Oberſte Vogt der Chriſtenheit / & in
Weichbildo Saxonico *art. 8.* legitur: Der Käyſer ſoll dem Stul
zu Rom fürſtehen / von S. Peters wegen / davon er auch Römiſcher
12. Vogt heiſſet; Et videtur hæc vox Latinæ eſſe originis, & â voce
Advocati καὶ ἀφαίρειν eſſe deducta, juxta Goldaſt. *in Script. Rer.
Aleman. Tom. 1. part. 1. pag. 131.* Quamvis non ignorem, alios
cum Hoppingio *diſſert. de Jure Protect. th. 15. lit. A.* â Græco
βοηθέω, quod idem eſt ac opem fero, patrocinor, unde & βοηθὸς,
13. Adjutor, vocem derivare; Clientes contra Germanicè vocan-
tur Schirm-oder Schirms-Verwandte / Schirms-Genoſſen/
Mund-Leute 2c.

14. §. 3. Habet jus Protectionis ſeu Advocatiæ inprimis lo-
cum originaliter inter illos, qui æquales ſunt invicem, & in Statu
Naturali vivunt, alter tamen eſt *imbecillior* viribus, quam ut ad-
15. verſus validiores eum in vaſuros defendere ſe queat: Unde ſalvâ
libertate & citra ſubjectionem, imò ſalvâ ſæpè æqualitate, ſub pa-
cto ſe defendendi, ſe in alterius Clientelam ſeu Protectionem
dat; Ideoque ex Jure Clientelari, ut tali, nulla ſequitur ſub-
jectio, ſed vulgatum illud obtinet: Schutz und Schirms-Ge-
rechtigkeit gibt keine Obrigkeit / *cap. 13. in fin. cap. 8. X. de Pri-*
91. *vileg. & L. 7. §. 1. ff. de Captiv.* Defendendus verò Cliens eſt,
17. uti in definitione dicitur, contra *Vim injuſtam.* Unde ubi Cliens
licitè offendi poteſt, qualis eſt, qui Banno Imperiali eſt notatus,
per *Ord. Cam. part. 2. Tit. 9. §. 2.* Patrono fas non eſt, eum de-
fendere, *L. Rem non novam 14. §. 1. C. de Judic. cap. Brevi 17. X.
de Jure jur.* Menoch, *in Arb. Quaſt. cent. 5, caſ. 494. num. 13. ſeqq.*
18. adeò ut Adverſariis ad damni emendationem teneatur, per ea quæ
allegat *Mager. de Advoc. arm. cap. 11. num. 495.* Ubicunque enim
offenſio licita eſt, ibi defenſio illicita cenſetur *Gloſſ. in L. ut vim*

*& ibi*

*& ibi Dd. ff. de Juſt. c. 1.* Quemadmodum ſi Cliens jure experiri poterit, nec Patrono armis licet Clientem defendere, cùm Advocatus non plus habere Juris, quam Cliens poſſit, uti probant *Maul. de Homag. Tit. 11. num. 12.* Myler. *de Princip. cap. 18. th. 12.* 91.

*§.* 4. Defenſio enim illa fit tàm ſcriptis, Legationibus & 20. interceſſionibus, quàm etiam armis. Uti enim omnia conſilio 21. prius experiri, quàm ad arma devenire, ſapientem decet; Et ſic 22. uti Auguſtinus inquit: *Bellum eſt neceſſitatis, ut liberet Deus à neceſſitate, & conſervet in pace. Non enim pax quæritur. ut bellum exerceatur, ſed bellum geritur, ut pax acquiratur c. noli 3. c. 23. qu. 1.* Ita idem etiam in defendendo Cliente obſervandum venit, cum ſi Protectores eo, quo ſe ipſos vel ſuos tueri ſolent & poſſunt, modo, Clientem defendunt, officio ſuo ſatis omninò fecere. Unde etiam Tabulis Clientelaribus hæc verba inſerta leguntur: **Darumb ſollen wir Sie / Ihre Leute und Guth / ſchützen und ſchirmen / als unſere ſelbſt Leute und Guth.** *Vid.* Mager. *de Advoc. arm. cap. 11. num. 225. ſeqq.* Præſtatur verò Protectoribus in 23. præmium & recognitionem Protectionis certum nonnunquam Salarium annuum, quod vocatur **das Schutz- oder Schirmgeld;** Item, **Mundgeld / vorſpruchgeld.** Quamvis & gratuitum ſit hoc 24 jus, maximè ſi temporale eſt, ſi enim perpetuum eſt & hæreditarium **ein Erb-Schutz** / ſalarium illud regulariter præſtari ſolet. 25. Utroque tamen caſu Patrono ſemper debetur obſequium & reverentia *l. 2. l. 7. §. ult. ff. de Obſeq. Patr. & Patr. præſt. Novell. 78. cap. 2.* junct. *Auth. ſed Hodie C. de Iur. Aur. annul.* Quemad- 26. modum & utrobiq; defenſionem Sumptibus Clientis præſtat, Uti latè probat *Mager. de Advoc. arm. cap. 14. n. 326. 369. ſeqq.*

*§.* 5. Dividitur Advocatia variè, & quidem (1.) *ratione formæ & modi* in *Togatam*, quæ in foro coram Judicio præſtatur, quæ hujus loci non eſt; & *Armatam* quæ armis præſtatur; Non quod ſemper & tantùm armis præſtari debeat, cum Patro-

nus præter arma etiam ſcriptis & Pacis remediis defendere Cli-
29 entem debeat, uti §. *præced.* probavimus. Si enim nec Suimet
ipſius defenſio armata eſt conceſſa, ubi jure experiri & Pacis re-
mediis impetrare licet, quod juſtum eſt; Ita nec alterius defen-
ſio aliter eſt licita; cum Advocatia ad modum propriæ defenſio-
nis ſit introducta, dum Protectores eo quo ſe ipſos vel ſuos tueri
ſolent modo, Clientes quoque defendere tenentur *vid.* Me-
30 noch. *Conſil. 99. n. 35. & 39.* Sed potius denominatio illa eſt
à potiſſimo analogato deſumpta, cùm potius eſt, armis & pilo,
31 quàm ſtylo defendere. (2.) Dividitur Advocatia ratione *Cauſæ*
*Efficientis in Legalem & Conventionalem.* Illa dicitur quam
quis Lege, eâque ſive ſcriptâ ſive non ſcriptâ, ſeu conſuetudine
habet, qualis eſt quæ Imperatori & Regi Romanorum reſpectu
Eccleſiæ competit, quam generalem dicit *Limnaus ad Art. 1.*
*Cap. Caroli V. ad voc.* Die Kirchen als derſelben Advocat; quod
officii ratione præſtetur; *Hæc* verò, quæ pacto ſeu conventione
& ſtipulatione eſt inita, quam *Limnæus d. l.* ſpecialem vocat. Et
32 quoniam Advocatia ſeu defenſio præſtatur non tantùm Subdi-
tis & jure Principis, ſed etiam non ſubditis, imò & æqualibus, uti
ſupra dictum, hinc etiam ratione *Cauſæ Efficientis* dividi poteſt
33 (3.) in *cauſalem*, quam Princeps ſuis præſtat, & *formalem* quæ ex
pacto præſtatur Non-ſubditis. (4.) Dividitur ratione *Objecti in*
*Eccleſiaſticam & Secularem*, quatenus vel Eccleſiæ ſeu rei Eccleſi-
ſticæ, vel Laico præſtatur, ſicuti hæc diviſio in *cap. Ex parte 18.*
34 *X. de Privileg.* fundatur. Quæ ipſa quatenus non in ſimplici
defenſione ſubſiſtit, ſed ſimul cum Adminiſtratione eſt conjun-
cta, *Adminiſtratoria* vocatur. Germanicè Kaſten Vogtey/
dum Ærarium Eccleſiaſticum Germanis Metonymicè vocatur
35 der Kaſten; Unde (5.) nata eſt diviſio Advocatiæ inprimis Ec-
cleſiaſticæ in *Simplicem & Adminiſtratoriam* de quâ *Thomas Mi-*
*chaël de Jurisdict. Concl. 55.* & Mager *de Advoc. Arm. cap. 3. n. 171.*
36 Quemadmodum & (6.) porrò Advocatia Eccleſiaſtica occaſio-

ne Arri-

ne Articuli noſtri, ratione Objecti ſubdiſtingui poterit in *Univerſalem* quæ debetur & præſtatur toti Chriſtianæ Genti; & *Particularem*, quæ incumbit Imperatori ratione Eccleſiæ ſive Romano-Catholicæ ſive etiam Evangelicæ; de quâ Plura dicemus infra. A quâ differt illa â causâ Efficiente petita quando dividitur (7.) 37 in *Generalem*, quæ officii ratione & jure Principis præſtatur ex obligatione ſpeciali, juramenti puta, vel ſimili; Prout Carolus Magnus, aliique Imperatores olim Pontifici juramentum Protectionis præſtitere, de quo vide quæ habet *Limnæus ad Capit. Caroli V. art. 1. ad voc.* Die Kirchen als derſelben *Advocat. n. 4. ſeqq.* Quod (8.) reliquas diviſiones attinet, quando Advocatia dividitur in *Propriam & Delegatam, in ſimplicem & Jurisdictionalem, in temporalem & hereditariam. in publicam & privatam*, illas, cùm ad præſentem materiam non æquè faciant, lubens prætereo, & ad *Mag. cap. 3.* remitto. 38

# CAPUT II.

## *DE ADVOCATIA ECCLESIÆ UNIVERSALIS REGIS ROMANORUM.*

I. Advocatia *quare dicatur* officium, & Jus? 1

*Quæ Advocatia Eccleſiæ* univerſalis, *quæ* particularis? 2.

Limnæus *aliter explicat.* 3.

*Quæ Advocatia Ipſi* Generalis, *quæ* Specialis? 4.

II. *Quæ diſtinctio probatur, ſed applicatio negatur.* 5.

*Advocatia* Eccleſiæ Univerſalis *aſſeritur Regi Romanorum.* 6.

(1.) *Ex Textu* Capitulationum. 6.

(2.) *Ex* Aureâ Bullâ. 7.

(3.) *Ex* Receſſibus Imperii. 8.

(4.) *Ex* ratione naturali. 9.

(5.) *Ex* ratione Theologicâ. 10.

III. *Objicitur ratio dubitandi ex* defectu Poteſtatis. 11.

*Ad quam reſpondetur.* 12.

Imperator *inter omnes Mundi Principes præfulget.* 13.

*Quod agnoſcit etiã Turcarum Imperator.* 14.

*Cæteri*

*Cæteri Reges ſunt quaſi quidam* Rami à ſtirpe avulſi. 15.
Alphonſi *Regis Arrogoniæ Dictum.* 16.
*Quod Gallici Scriptores nonnulli obſtrepere ſolent, hactenus eſt ſine effectu.* 17.
*Et contrarium probant Actus poſſeſſorii.* 18.
*Advocatia jus non ſupponit Subjectionem, ſed ſaltem prærogativam dignitatis.* 19.
IV. *Advocatia univerſalis conſiſtit in* Conſervatione Pacis & Concordiæ Eccleſiæ. 20.
*Non ſe extendit ad* Curam Bonorum Eccleſiæ. 21.
*Pax Eccleſiæ turbatur ab* Inimicis internis æquè ac externis. 22.
*Etiam Advocatia circa Hoſtes Eccleſiæ internos adhibita ſpectat ad Poteſtatem Principis externam.* 23.

## §. I.

1 CONſideratô Advocatiæ jure in genere, Ejusque definitione variisque diviſionibus breviter perpenſis, ad jus vel officium Advocatiæ Regis Romanorum Majeſtaticum, quod Eccleſiæ Chriſtianæ præſtat & debet, de quo in *Articulo I. Capitulationum* diſponitur, progreſſum facimus. Quatenus enim ad Advocatiam obligatur Imperator ſeu Rex Romanorum, *Officium eſt*; quatenus verò Ipſa præ aliis Regibus & Principibus Eidem incumbit, defenſionemq; ipſam, requiſitis obſervatis obire, poteſtadeoq; Facultatis naturam ſubit, etiam *Juris* nomine venit. *vid.* quæ hanc in rem
2 dicta ſupra *ad Proœm. c. 5. n. 6.* Eamq; *in cap. præced.* §. *ult.* non immerito in *Univerſalem* & *Particularem* diſtinximus. *Univerſalis eſt, quæ toti Chriſtianæ genti debetur; & Particularis, quæ Imperatori ſeu Regi Romanorum ratione Eccleſiæ Chriſtianæ in Imperio incumbit.* Quamvis enim *Limnæus ad Capit. Caroli V. art.*
3 *1. ad voc.* Die Kirchen als derſelben *Advocat. n. 9.* Advocatiam illam Eccleſiæ Univerſalis ſeu Religionis Chriſtianæ negare videatur, & Generalitatem non tam *objectivè*, quàm ratione *cauſæ efficientis* explicare velit, ut ſcilicet Imperatorem, ſeu Re-
4 gem Romanorum, *Generalem* Eccleſiæ Advocatum *Officii ratione* dicat,

Digitized by Google

dicat, quatenus defenſionem eidem ut Imperator & ſummus
Magiſtratus debet; *ſpecialem* verò quatenus Imperator olim et-
iam præſtito juramento Eccleſiam ſpecialiter in Tutelam recepit,
quod juramenrum protectionis eſt , illam tamen opinionem
ne utiquam approbare poſſumus.

§. 2. Nam quamvis diviſionem Advocatiæ in genera- 5
lem, quam Princeps officii ratione, & ſpecialem quam ratione
obligationis ſpecialis præſtat, non rejiciendam ſed omninò ap-
probandam putemus, prout etiam eandē probavimus ſupra *Cap.*
*praced.* §. *ult. n. 37.* propterea tamen Advocatia Eccleſiæ, ratione
tuitionis Univerſalis Eccleſiæ, ſeu totius Religionis Chriſtianæ ne-
gari nequit, ſed ſic â diverſis mala omninò fit illatio. Eam enim 6
ſupponit (1.) textus *Artic. noſtri 1.* ibi: **Die Chriſtenheit/**
Item **die Chriſtliche Kirchen/als derſelben** Advocat, **in guten**
**treulichen Schutz und Schirm halten.** Quæ verba etiam in Ca-
pitulatione Caroli V. & ſubſequentium Imperatorum omnium
habentur. Cum quibus conformia habet *Aurea Bulla Tit. 2.* 7
*§. 2.* in Formulâ Juramenti, quam Electores ante Electionem
Imperatoris jurant, quod ſcilicet debeant eligere temporale Ca-
put *Populo Chriſtiano*, id eſt, Regem Romanorum in Cæſarem
promovendum; Ut & (3.) *Rec. Imper. Auguſtani Anni 1518. in* 8
*princ. & Anni 1530.* §. Nach dem aber uns 10. *& paſſim*, ubi vo-
catur der obriſte Vogt und Schirm-Herr der Chriſtenheit.
Quæ verba vi vocis Advocatiam aliquam Eccleſiæ Particularis
denotare non poſſunt, ſed potius Univerſalis Eccleſiæ defen-
ſionem innuunt. Uti enim (4) Eccleſia & Religio Chriſtiana 9
univerſaliter conſiderata in hiſce terris Defenſorem & Directo-
rem quaſi communem requirit; Qui ea, quæ ad pacem & Con-
cordiam, Eccleſiæ conſervandam, ad Chriſtiani nominis hoſtes
debellandos, adeoque ad defendendam Religionem Chriſtia-
nam ſunt neceſſaria, obſervet, dirigat, & diſponat; Ita commu-



Digitized by Google

ni ferè Gentium Chriſtianarum ſuffragio nulli alii meliori jure quàm Imperatori Romano, utpote IVtæ Monarchiæ Capiti,
10 competere poterit. Sunt enim, (5.) uti *Hugo Grotius de Jur. Bell. & P. lib. 2. cap. 15. num. 12. ex 1. Cor. 12. vers. 18. & 26.* piè obſervat, omnes Chriſtiani Chriſti unius corporis membra, quæ jubentur alia aliorum dolores ac mala perſentiſcere; Et ſicut id ad ſingulos pertinet; Ita & pertinet ad Populos, quà Populi ſunt, & ad Reges quà Reges, adeoque maximè ad Imperatorem Romanum, tanquam Regem Regum. Neque enim pro ſe quisque tantum, ſed & pro mandata ſibi poteſtate ſervire Chriſto debet; cùm, prout demonſtramus in *Inſtitution. Jur. Nat. & Gent. Part. Gen. Sect. 2. c. 3. prop. 8.* unusquisque quantum in ſe eſt, verum Cultum Divinum promovere teneatur; Adeoque uti Chriſtiani ſinguli mala ſuorum membrorum condolent, eaque conſolando, & quantum poſſunt, juvando ſublevant; Ita Principes & populi hoſtes debellando, iisque reſiſtendo, Chriſtianam gentem defendunt.

11 §. 3. Objicitur quidem huic ſententiæ, quod Imperatori vel Regi Romanorum Poteſtas aliqua in Chriſtianos omnes & extra ſuum Imperium, ſuasq; Terras degentes, adſcribi non poſſit, cum dudum ſit exploſa illorum Interpretum ſententia, qui Imperatorem in *L. Ἀξίωσις 9. ff. ad L. Rhod. de Jact.* Dominum Mundi ratione poteſtatis in univerſum Terrarum Orbem ſtatuunt, cùm vel ratione Protectionis cum *Gothofredo ad d. l.* vel Synecdochicè, ubi magna & nobilis pars Terrarum pro toto ſumi-
12 tur, ſit explicanda. At enimverò, utut Imperator Poteſtatem in reliquos Populos ſibi non adſcribat, Prærogativa tamen & di-
13 gnitas Ipſi denegari nequit. Nulla enim enim Gens Chriſtiana Ipſi litem de Præcedentiâ hactenus movere audet, dum primus Orbis Chriſtiani Monarcha audit, & inter omnes Mundi Principes maximè præfulget, uti eſt in *Leg. penult. & apud Doctores*
14 maximè Bald. *ibid. C. de Bon. quæ lib.* ita ut etiam Turcarum

Imperator

Imperator Ipſum præcipuum Chriſtiani Orbis Caput agnoſcat,
dum uſitato ſtylo ita Eum affatur: quod Germanico Idiomate
ſic reddunt. Aus denen Potentaten JESU dem Vornehmſten/
und unter denen Geſchlechten JESU erwehlten vornehmſten
HErrn aller Chriſtlichen Völcker / einen Verſorger und Admini-
ſtrator der Gerechtigkeit / Unſern Nachbarn und guten Freund.
Majeſtas enim Imperatoria eſt ſine Pari, imò quaſi Stirps ipſa, 15
cùm cæterorum *R*egnorum *R*eges ſint quaſi quidam *R*ami â ma-
gnâ illâ *S*tirpe avulſi; Unde etiam Alphonſus, Arragoniæ & 16
Neapoleos Rex, cùm Fridericum III. Imperatorem Neapoli
omni honoris cultu veneraretur, & propterea ab Aulicis ſuis ad-
moneretur; ita iisdem reſpondiſſe fertur: *Veſtrum non eſt judi-
care de Regibus; Nos Reges debemus omnes Reverentiam Impera-
tori, tanquam Regi Summo, Ille eſt Caput & Dux Regum.* Et Bar-
clajus *in Icon Animor. cap 5.* dicit: *Tanti Nominis Sancti Maje-
ſtas, Regesq́, quanquam viribus ſæpè majores, ſpontè tamen Impera-
torio Culmini concedunt.* Et quamvis Gallorum Scriptores Non- 17
nulli Regi ſuo adulantes, quo inter *Bodinus, Sorellus, Auberius
Aliique*, difficultates movere laborent; Tamen, uti Imperator in
poſſeſſione vel quaſi Præcedentiæ hactenus fuit; Ita nec Ipſi *Rex*
Jus *προεδρίας* ſeriò urgere vel in urgendo ſubſiſtere velle hactenus
eſt obſervatus, quod ſatis fundamentorum ſuorum infirmita-
tem ultrò arguit; Unde non tantùm in Tractatu Pacis Mona- 18
ſterienſi, Noviomagenſi & Ryswicenſi, ſed etiam in Conferentiâ
Francofurtanâ ante aliquot annos habitâ, haud difficulter tan-
dem ceſſerunt Galli. *vid.* quæ hanc in rem facientia tradit *Ho-
vvell. de Præced. Reg. in pr.* Beſold. *de Præced. cap. 2.* Limn. *de
J. Publ. lib. 2. cap. 7. num. 25. ſeqq. & in utroque Addit. Vol.* Gol-
daſt. *in Seniore lib. 1. cap. 16.* Crus. *de J. προεδρίας Lib. 3. cap. 2.*
Hoc ergò poſito, cùm ſupra jam ſit probatum, Advocatiam non 19
requirere vel innuere Poteſtatem vel Subjectionem juxta illud
vulgatum: Schutz und Schirms Gerechtigkeit/gibt keine Obrig-

 keit;

**ſcit**; Sed etiam inter æquales ſubſiſtere, & ſufficere Prærogati-
vam dignitatis; Ultro ex inde patet, Primas in defendendo
Chriſtiano Orbe Religioneque Chriſtianâ eſſe deferendas Im-
peratori *add.* Carpzov. *ad L. Reg. Germ. cap. 2. Sect. 1.* Boecler. *in
Diſſert. de Sacr. Rom. Imper. voce* Sactum.
20 §. 4. Conſiſtit verò hæc ipſa Advocatia Eccleſiæ Uni-
verſalis, uti breviter jam diximus, in *Conſervatione Pacis & Con-
cordiæ Eccleſiaſticæ*, quam bene innuunt Verba *Capitulationis Art.
1. ibi*: **Dazu Frieden und Einigkeit pflanzen/ auffrichten und ver-
fügen ſollen und wollen**; Quò ſcilicet quietè Deum colant, &
Chriſtianæ Gentes pacatam habeant Matrem ſuam Eccleſiam,
21 uti dicit *Auguſtinus in Tr. 2. ad Johannem.* Ad curam enim Bo-
norum Eccleſiæ Advocatia hæc ſe non extendit, quam Impera-
tor in aliorum Regum & Principum Subditos, eorumque Bona,
ſibi non adſcribit, ſed eam Principi & Reipublicæ ſuæ cuique cu-
22 ræ relinquit. Uti verò Pax & Concordia Eccleſiæ turbari pot-
eſt ab inimicis pariter internis atque externis; Ita etiam Eccle-
ſiam ab utriſque defendere incumbit Imperatori. Unde cùm
ſæpè plus ſit Paci Eccleſiæ metuendum mali ab hoſtibus internis
quàm externis, malè Pontificii Scriptores, interque illos *Bellar-
minus lib. 3. de Membr. Eccleſ. milit. cap. 18.* defenſionem Ec-
cleſiæ in eo conſiſtere dicunt, ut fraudes, Turbæ & mala externa
23 ab Eccleſiâ arceantur. Nam quamvis hæc facultas circa inter-
nos Eccleſiæ hoſtes verſetur, Facultas tamen hæc adverſus iſtos
hoſtes non eſt interna, ſeu circa operas ut vocantur Miniſteriales
& Eccleſiaſticas occupata, ſed externa, ſeu quæ circa Eccleſiam
regendam, conſervandam & defendendam modo quodam Ci-
vili verſatur, adeoque utique ſummæ Poteſtati competit; prout
hæc demonſtramus in *Prop. 6. cap. 3. Sect. 3. Part. Gen.
Inſtit. Jur. Nat. & Gent.*

CAP.

Digitized by Google

# CAP. III.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA PASSAGIA ET CONCILIA OECUMENICA.*

I. Jus Paſſagiorum & Concilii Oecumenici *deducitur ex Jure Advocatiæ.* 1.

*Infideles & Turcæ maximo odio habent Chriſtianos, eosque* Canes *appellant.* 2.

*Quid inculcetur Apoſtatæ ad Religionem Turcicam deficienti?* 3.

*Quid ſint* Paſſagia, & unde *ita dicantur, & quid* Dux Paſſagiorum ? 4.

II. *Imperator meritò* Dux eſt fœderis contra infideles. 5.

(1.) *quia Advocatus Eccleſiæ.* 6.

(2.) *quia dignior inter Socios Fœderis.* 7.

(3.) *Ex* precibus ſolennibus *Conſecrando Cæſari deſtinatis.* 8.

(4.) *Ex Teſtimonio* Hungarorum. 9.

(5.) *Et* Franciſci I. Regis Galliæ. 10.

(6.) *Ex Teſtimonio* Hug. Grotii. 11.

(7.) *Ex* Expeditione Gothofredi Bullionæi *in Terram Sanctam.* 12.

III. *Turbis Eccleſiæ internis opponuntur* Concilia. 13.

*Et quare?* 14.

*Quid* Concilium Oecumenicum? 15.

Quid Concilium Imperii? *& an olim diſcrepaverit ab Oecumenico?* 16.

IV. *Imperator* indicit & dirigit *Concilium Oecumenicum.* 17.

Probatur,

(1.) *Ex communi Chriſtianorum ſuffragio* & Jure Advocatiæ 18.

*Non minus occurrendum Hoſtibus internis quàm Externis Eccleſiæ.* 19.

(2.) *Ex* Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, & *quod Imperatores olim indixerint Concilia.* 20.

(3.) *Ex* Rec. Imperii *de A. 1532.* §. 5. 21.

(4.) *Ex* Aſſenſu Cleri *accedente.* 22.

(5.) *Ex remotione argumenti contrarii.* 23.

V. *Pontifici Jus indicendi Concilii non competit.* 24.



Digitized by Google

(1.) *Quia deſtituitur poteſtate externâ, utut eidem concedere velis internam.* 25.

(2.) *Quia non poteſt ſimul eſſe Pars & Judex, cùm ut plurimum cauſa in Concilio contra ipſum Pontificem agenda.* 26.

(3.) *Quia competit Imperatoribus, ut probatum.* 27.

(4.) *Imperatores interdum cum Conſenſu Pontificis egere, quod tamen non erat neceſſitatis.* 28.

*Quod etiam probat.*

(5.) *Dictum* Caroli V. Imperatoris. 29.

## §. I.

Diximus in *Cap. præced.* §. *3.* Advocatiam Eccleſiæ conſiſtere
1 inprimis in eo, ut Pax & concordia in Eccleſiâ conſervetur,
quò Chriſtiani quietè Deum colere poſſint, & pacatam habeant
Matrem ſuam Eccleſiam. Uti verò Pax illa & quies Eccleſiæ ab
Hoſtibus æquè Externis atque internis turbari poteſt & ſolet; Ita
etiam Advocato Eccleſiæ incumbit, ut utriusque Generis Turbis
ſe opponat, & contra easdem ea paret remedia, quò Pax Eccle-
ſiæ redeat, cultusque Divinus ſine omni offendiculo & turba
quietè celebrari poſſit. Unde Imperatori ſeu Regi Romanorum
exinde natum eſt Jus ſeu officium circa Paſſagia & Concilia Oe-
2 cumenica. Cùm enim Hoſtes Chriſtianorum externi maximè
ſint Ethnici & Infideles, interque Eos infenſiſſimi & potentiſſi-
mi Turcæ; quippe qui ex Regulis Impoſtoris ſui Mahumedis ita
proſequuntur odio Chriſtianos, ut etiam *Canum*, quod maximè
obſcœnum apud illos eſt animal, nomine illos inſignire non ve-
reantur, notante *Busbeq. Epiſt. 1. & 3.* Et Boſius *de Imperio Turc.*
3 *th. 53.* ex Wallichii *Rel. Turc.* refert, Hodienum illi, qui ad Tur-
cicam Religionem deficit, telum tradi hâc mente: Daß er nicht
allein den Alcoran in Ehren halten/ ſondern auch wieder die Chriſten
ſeinet wegen ſtreiten/ und keinen leben laſſen wolle. *Hinc* contra in-
4 fenſiſſimum illum Chriſtiani Nominis Hoſtem inventa ſunt
*Paſſagia*, ſeu Fœdera & Expeditiones contra illos infideles; qua-
rum præ reliquis Chriſtianorum Regibus & Principibus Impera-
tor ſeu

tor ſeu Rex Romanorum Dux ſtatuitur. Vocantur enim Expeditiones dictæ *Paſſagia* à voce Celticâ *Paſſage*, quæ & Tranſitum Exercitus einen Durchzug/ oder Heerezug denotat, ut ita Dux Paſſagiorum ſignificet das Oberſte Haupt eines wieder den Erb-Feind angeſtellten Heerzugs.

§. II. Competit verò hoc Jus Imperatori communi 5.
Gentium Chriſtianarum ſuffragio, tùm (1.) quod totius Chri- 6.
ſtianitatis Defenſor eſt & Advocatus, prout *Cap. præced.* evictum, Immanitas autem Barbarorum & Chriſtiano Nomini infenſorum Hoſtium tutelam inprimis requirat; (2.) quod commodè 7.
& cum aliquo effectu contra hoſtem adeò potentem, qualis eſt Turca, defenſio illa fieri non poſſit, niſi communi inter Reges & Populos Chriſtianos inito fœdere, cujus meritò Dux Imperator ſeu Rex Romanorum ex prærogativâ dignitatis ſtatuitur. Ex quo etiam (3) occaſio nata eſt, quod in precibus ſolennibus 8.
conſecrando Cæſari deſtinatis, propulſationis Barbarorum & Chriſtiano nomini inimicorum Hoſtium fiat mentio; Et Hungari (4.) apud *Freher. Tom. 11. pag. 152.* ad Imperatorem Fri- 9.
dericum III. dicunt, uti refert *Joh. Antonius Campanus in Epiſt. 8.* ad Jacobum Cardinalem Papienſem *in fin.* Oportere Eum præcipuum Chriſtianorum eſſe propugnatorem, qui idem ſit Chriſtianorum Imperator; Et Franciſcus I. Rex Galliæ ad Caroli V. Cæſaris Romæ factam querelam de Auxiliis ad Bellum 10.
Turcicum mittendis ita reſpondit: *Obtuli* inquit, *liberaliter, quod Majores mei præſtare ſunt ſoliti, id me perlubentè eſſe Chriſtianæ Reip. præſtiturum, ut Copias ſcilicet meas omnes ipſe præſens vel ad tuendam Italiam vel aliò, quocunq; rei poſtularet neceſſitas, educerem, ita tamen ut Cæſari nihilominus* Principem eâ in expeditione locum *non gravarer ex officio cedere.* Quemadmodum & (6.) Imperatorem Romanorum Principem illius Fœderis & Ducem Expeditionis communi conſenſu jam olim creatum dicit

*Grotius*

Digitized by Google

12. *Grotius de J. B. & P. lib. 2. cap. 15. th. 12.* Et celebre inprimis
Exemplum eſt expeditionis, quæ Imperante Henrico IV. Duce
Gothofredo Bullionæo, ſub finem ſeculi XI. Anno nempè 1095,
d. 15. Aug. in Terram Sanctam inſtituta, qua Urbs Hieroſolyma
Anno 1100. d. 7. Maji capta & Terra Sancta Turcis erepta. *vid.*
Reuſner. *Vol. 1. in Anti Turc.* Bœcl. *in diſſert. de Sacro Rom. Imp.
voce Sacrum.*

§. 3. Quod ad *turbas Eccleſiæ internas*, unde Pax Ejus &
13. concordia conquaſſatur, ejuſque hoſtes & Turbatores internos
reprimendos attinet, inventum eſt remedium Pacis, Concilii
nempe Oecumenici, ſeu univerſalis pariter ac Imperii, in quo veritas
communi Chriſtianæ gentis ſtudio inquiritur, & quod Adverſarii
perperam ſtatuunt, ab illa ex Sacris literis corrigitur &
14. emendatur. Facilius enim invenitur, inquit Innocentius Papa,
in *Can. de quibus 4. diſt. 20.* quod à pluribus Senioribus quæritur.
Verus etiam repromiſſor Dominus ait: *Si duo ex Vobis
vel tres conveniunt ſuper Terram in nomine meo, de omni re, quam-
15. cunque petierint, fiet illis à Patre meo.* Dicitur *Concilium Oecumenicum*,
deſcribente *Ziegler. de Iuribus Majeſtaticis lib. 1. cap. 15.
th. 18.* illud, *ubi plerique, iique præcipui, Chriſtiani Orbis Epiſcopi
conveniunt, deliberant & decernunt, eorumque Decreta à ſingulis
16. Eccleſiis Particularibus approbantur.* Cùm contra *Concilium Imperii
ſit, quod, quouſque Poteſtas Imperatoris ſe extendit, cogitur.*
Quæ olim tam late patuit, ut cùm fere totus Chriſtianus Orbis
Cæſaribus pateret, parum ſæpè diſcrepantiæ fuerit, inter Concilia
Oecumenica & Imperii, ut non malè *Lampadius de Rep. Rom.
Germ. Part. 3. cap. 12. §. 10.* Oecumenica diſtinxerit ratione
Orbis Terrarum, & Imperii.

17. §. 4. Indicit vero & dirigit Concilium Oecumenicum
Jure ſuo Imperator ſeu Rex Romanorum potius, quàm alius
18. Chriſtianorum Princeps; Idque (1.) communi Gentium Chriſtianarum
ſuffragio, quippe quod dignitatis prærogativa Eidem,
ſi cuiquam alii, meritò adſcribit, & Jus Advocatiæ Univerſalis,
uti *Cap.*

uti *Cap. praced.* dictum, idipſum evincit. Æquè enim occurren-
dum eſt, uti inquit *Carpzov. ad L. Reg. cap. 2. ſect. 3.* Turbis &
Hoſtibus Eccleſiæ internis, ne in Eam irruant Lupi, & irrum-
pant tam Hæreſes nocivæ, quàm etiam Vita Ordine Clericorum
& Oeconomiâ Eccleſiaſticâ indigna. Unde etiam (2.) ex Hi-
ſtoriâ Eccleſiaſticâ obſervare licet, quod Imperatores olim Con-
cilia Oecumenica indixerint, vel ſaltem Ipſorum autoritate fue-
rint indicta. Quemadmodum Concilium Arelatenſe An. Chriſti
314. & Nicenum A. 325. à *Conſtantino Magno*; Sardienſe A. 347.
ab Impp. *Conſtantio & Conſtante*; Lampſacenum A. 365. autoritate
*Valentiniani*; Conſtantinopolitanum I. An. 380. à *Gratiano &
Theodoſio*; Epheſinum A. 431. à *Theodoſio*; Chalcedonenſe An.
451. à *Marſiano*; Francofurtenſe A. 794. à *Carolo Magno* eſt indi-
ctum. Imò etiam (3.) *Carolus V.* Imperator in Comitiis Ratis- 21.
bonenſibus, uti habet *R. I. de An. 1532. §.* Und ſo fern wir *5. ſub.
Tit. Concilium* betreffend ꝛc. conteſtatus eſt: Daß Er von Amts-
wegen Fürſehung thun wolte / das Jhm von Käyſerlichen
Gewalt gebühre / und Er zu thun ſchuldig ſey / und ſonderlich in
Sachen des gemeldten Concilii, das ſo von groſſen Nöthen ſey. 22.
Quam aſſertionem Imperatoris, (4.) comprobarunt tùm
temporis, uti ex ſubſcriptione dicti Receſſus Imperii patet,
III. Cardinales, V. Archi-Epiſcopi, XXII. Epiſcopi, XXIII. Ab-
bates & Alii Comitiorum Aſſeſſores. Et quamvis (5.) Impera- 23.
tori in alios Principes ſummos nulla competat eoſdem convo-
candi poteſtas, quod Argumentum urgent contra ſentientes;
Fundamentum tamen uti juris Advocatiæ Univerſalis, ita quo-
que Juris circa Concilium Oecumenicum non tam Poteſtatem
quam dignitatis prærogativam aſſerimus, quæ Imperatori uti
*Cap. prac.* dictum, denegari nequit. *Vid.* Petrus de Marca *in Con-
cordiâ Sacerdotii & Imperii lib. 6. cap. 28. n. 12. ſeq.* Norderman-
nus *de Iur. Principatus th. 22* Ziegler. *de Iur. Majeſt. lib. 1. cap. 15.
§. 5. ſeqq.*

N §. 5. Qui

24 §. 5. Qui pro Pontifice Romano pugnant, Ipſiq; ſoli hanc
convocandi Poteſtatem jure ſuo adſcribunt, Imperatori verò ean-
dem detrahunt, Eos gnaviter impudentes vocat *Ziegler. de Iurib.*
25 *Majeſt. lib. 1. cap. 15 n. 15.* Cum (1.) Pontifex, utut functionem
ipſi Eccleſiaſticam & Miniſterialem concedere velimus, digni-
tate tamen & Prærogativâ illâ, quæ ad hoc Jus exercendum re-
quiritur, & in poteſtatem Principis externam incidit, deſtituatur,
26 Et foret iniquum, imò quoquè abſurdum, ſi contra Pontificem
ipſum, uti haud rarò & noviter in ſeculo præcedente, tempore
Reformationis Lutheri, contigit, cauſa peragenda, ut Judicis &
Directoris, ſimulque etiam Partis perſonam gerat. Unde etiam
factum, ut Proteſtantes Concilium ut vocatur, Tridentinum
27 plane non agnoverint. Contra potius Imperatori hoc Jus ex
fundamentis egregiis ſupra aſſeruimus, & quod Imperatores
olim, Imperii longè lateque extenſi jure, Concilia Oecumenica
indixerint & illud jus in ſucceſſores poſteâ derivaverint. Et li-
28 cet demus, Imperatores quandoque cum conſenſu Pontificis
egiſſe, eumque in conſilium adhibuiſſe, raro tamen idipſum fa-
ctum, quemadmodum Hiſtoriæ in ſupra memoratis Exemplis id
confirmant, ita ut diſertè ſcribat *Socrates in Præfat. lib. V. Hiſtor.*
*Eccl.* Quod, ex quo Imperatores Chriſtiani eſſe cœperunt, ex
illis pependerint res Eccleſiaſticæ, & maxima quæque Concilia
29 eorum arbitrio tum facta ſint antea, tum hodieque fiant. Unde
etiam Imperator Carolus V. *in Rec. Imperii Ratisbonenſi de Anno*
*1532.* §. Und ſo fern wir. 5. expreſſe dicit, quod ex officio Cæſareo
jus ſibi competat abſque conſenſu Pontificis conſilium habendi
ibi: So fern wir von Bäbſtlicher Heiligkeit/ damit gemeldt Con-
cilium in Teutſchen Landen beſchrieben und gehalten würde/ nicht
erlangen möchten/ daß wir alsdann von Ambtswegen/ Fürſehung
hierinn thun wolten. Et hæc de Advocatia
Univerſalis Eccleſiæ.

CAP. IV.

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## DE ADOCATIA ECCLESIÆ PARTICULARIS.

I. Eccleſia Particularis *dicitur quæ eſt* Imperii Romani. 1.
*In Imperio Romano tres* Religiones *ſunt ſub tutela Cæſareâ.* 2.
Et I. Eccleſia Romano-Catholica cum Pontifice & ſede Romana. 3.
*Probatur* (1.) *ex officio* Advocatiæ Univerſalis. 4.
(2.) *Ex verbis* Textus Capit. *expreſſis* 5.
II. Limitatur, *ut ſcilicet fiat illa Advocatia* (I.) Salvo Jure Imperatoris. 6.
*Quod eſt jus conſtituendi & exauctorandi Pontificem.* 7.
(II.) *Ut fiat* ſalvis Imperii Legibus Fundamentalibus. 8.
*Non obſtat, quod hæc clauſula ad aliquot ſaltem Electorum inſtantiam ſit inſerta.* 9.
(1.) *Quia ſtipulatio eſt facta nomine Imperii* 10.
(2.) *Quia clauſula illa non addit novam obligationem.* 11.
(3.) *Quia nec Reliqui Electores in illâ diſſentiunt.* 12.
*Quia* (4.) *ſententia contraria* abſurdum *induceret.* 13.
*Additur* (5.) *Teſtimonium* Seldii *Vice-Cancellaris Ferdin.. I.* 14.
(III.) Limitatur; *Ut non ſit plenior Tutela quàm quæ præſtatur Proteſtantibus.* 15.
III. *Electores Saxoniæ & Brandenburgicus hanc Advocatiam Sedis Romanæ Cæſari* remittunt. 16.
*Quod etiam* ad Artic. 18. de Concordatis Nat. Germanicæ *extenditur.* 17.
*Quando illa remiſſio* primâ vice *Capitulationi eſt inſerta.* 18.
*Obſtitit illi* clauſulæ remiſſoriæ *Ferdinandus I.* 19.
*Ratio illius Clauſulæ remiſſoriæ.* 20.
*Defenſio tamen debetur Sedi Romanæ & Pontifici promiſſa.* 21.
*Sed ſine auxilio Proteſtantium, niſi offenſio Religionem Catholicam concernat.* 22.
IV. *Tutela II. debetur etiam* Eccleſiæ Evangelicæ. 23.
*Probatur* (1.) *ex Officio Regis Romanorum* Advocatiæ Univerſalis & Particularis. 24.
(2.) *Ex* ſecuritate *Proteſtantibus per Pacem Religionis promiſſâ.* 25.
(3.) *Ex* æqualitate *inter Utriusq. Religionis Status introductâ.* 26

N 2 (4.) Ex

(4.) Ex promiſſione Regis Romanorum expreſſâ. 27.
(5.) Occurritur objectioni. 28.
(6.) *Probatur* ex Praxi Imperii *dum contra Turbatores Pacis Religionis decernuntur Mandata S.C. 29.*

V. Opponitur (1.) *Advocatiam Proteſtantibus promiſſam eſſe* contrariam Promiſſioni Cæſaris juratæ. 30.
*Nec* (2.) *Advocatiam Eccleſiæ Romano-Catholicæ promiſſam, poſſe* ad alia extendi 31.
*Et poſſe* (3) *Electores maximam partem Catholicos, illam promiſſionem Regi remittere 32.*

VI. Reſpondetur *ad* (1.) *Eſſe argumentum Euſebianum, cui reſponſum à Caramuele. 33.*
*Advocatia Romana Sedi debita eatenus promiſſa, quatenus Paci Religionis non repugnat. 34.*
*Proteſtantes non ſunt* Heretici *neque Civiliter nec Theologice. 35.*
Reſpondetur *ad* (2.) *Non opus eſſe Interpretatione extenſivâ cum adſint verba directa. 36.*
*Etiam argumentum* à pari *deſumptum hic procedere. 37.*
Reſpondetur *ad* (3.) *Electores obligationem Cæſari non poſſe remittere. 38.*
*Quia* (a) *concluditur* nomine Imperii. *39.*
*Quia* (b) *Auguſtanæ Confeſſioni addictis expreſsè Advocatia in Capit. eſt promiſſa. 40.*
Quia Mandatarius (c) *vel* Negotiorum geſtor *non poteſt in præjudicium* Mandantis *negotium retractare 41.*
*Nec Cæſar remiſſionem obligationis illius pro ſanctâ ſuâ fide, erga LL. Imperii ſemper obſervatâ deſiderat. 42.*

## §. I.

QUod Jus & Officium Regis Romanorum circa *Advocatiam*
1. *Eccleſiæ Particularis* concernit, idipſum, in quo conſiſtat ex antea dictis & quidem ad *Cap. II.* § *4.* bene intelligere licebit. Hoc ſaltem hic repetendum eſt, quod per *Eccleſiam Particularem*
2. denotetur ea, *quæ eſt Imperii Romani.* Uti enim ibi per Pacem Religionis, & Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ tres Sectæ ſunt receptæ, Lutheranorum, Romano-Catholicorum, & Reformatorum; Ita etiam tres illæ Religiones ſub Advocatiâ Eccleſiaſticâ ipſius Cæſaris ſunt comprehenſæ. Et quidem quod
3. ad Eccleſiam Romano-Catholicam, Sedemque cum Pontifice

fice

Digitized by Google

ſice Romanam attinet, Imperator ſeu Rex Romanorum (1.) eſt Advocatus Eccleſiæ Univerſalis, adeoq; & illius, quæ in Imperio Romano deprehenditur, & Lege Imperii publicâ munitur; Et conſequenter Advocatia Sedis & Pontificis Romani comprehen- 4
ditur, cùm uti ſecundùm jam dicta tres in Imperio Romano Lege Imperii Publicâ receptas Religiones æqualiter defendere teneatur; Ita etiam ad Romano Catholicæ Religionis, & eorum, quæ ex Ejus hypotheſibus communiter approbantur, defenſionem ſit obligatus; Unde cùm Sedes Romana cum ſuo Pontifice ſit inter præcipua Religionis Pontificiorum Capita referenda, Ejusdem quoq; defenſio ſub Advocatiâ Regis Romanorum continebitur. Sicuti etiam diſertis verbi *in Articulo noſtro I. Capitulationis Joſe-* 5
*phi*, & reliquarum omnium id eſt expreſſum *ibi:* Dem Stul zu Rom / auch Bäbſtliche Heiligkeit / in guten treulichen Schutz und Schirm halten; idque adeò ut hæc Advocatia, quippe ex Poteſtate Regiâ reſultans, olim etiam Adminiſtrationem Bonorum Eccleſiæ incluſerit, quemadmodum obſervat *Limnæus ad Cap. Caroli V. art. 1.*

§. 2. Non tamen hæc Advocatia ſimpliciter, ſed cum 6
limitatione & reſtrictione eſt intelligenda; Scilicet (1.) ut fiat *Salvo Jure Imperatoris*, quod in ipſum habet Pontificem, Sedemque Romanam, unde Ipſi jus eſt conſtituendi & ex juſtâ cau- 7
sâ rurſus exauctorandi Pontificem, uti probat *can. Hadrianus 22, & can. In Synodo 23. diſt. 63.* exemplumq; Ottonis I. & Henrici III. Carpz. *ad L. Reg. Cap. 1. Sect. 4.* Cùm Advocatia hæc Eccleſiæ in Imperio non tantùm Dignitati ſed & Poteſtati Cæſareæ ſit accepta ferenda, (2.) Ut fiat *ſalvis Imperii Legibus Funda-* 8
*mentalibus*, Pace ſcilicet Religioſâ & Profanâ, nec non Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ, per expreſſa Capitulationis verba *ibi:* Daß ſolche Advocatia dem Religion und Profan / auch zu Münſter und Oßnabrüg auffgerichteten Frieden zu præjudiz nicht angezogen und gebraucht werden ſolle / quæ primâ vice Capitulationi

9 Ferdinandi IV. ſunt inſerta. Neque obſtat, quod hæc ſaltem
ad duorum Electorum, Saxonis & Brandenburgici Inſtantiam à
Rege Romanorum ſint promiſſa, cùm hæc ipſa obligatio, duo-
bus tantum Electoribus facta, æquipolleat illi, quæ facta eſt omni-
10 bus, cum (1.) facta ſit duobus non ſuo tantum, ſed totius Impe-
11 rii nomine ſtipulantibus; Et Rex Romanorum etiam (2.) abs-
que illâ Clauſulâ, expreſsâ Lege Imperii Fundamentali, ad id ſit
adſtrictus, ita ut quicquid contra dictam Pacem ſtatuatur, inane
& nihili omninò declaretur, uti loquitur *Inſtrumentum Pacis*
12 *Cæſareo-Suecicum Art. 5. §. 1. & paſſim.* Nec (3.) reliqui Ele-
ctores in hoc diſſentire voluiſſe præſumi poſſunt, cùm (4.) mul-
13 tum abſurdi aleret doctrina contraria, adeò ut ſi Advocatia illa
ratione Sedis & Pontificis Romani contra Pacem Religionis &
Inſtrumentum Pacis intentari queat, Leges illæ Imperii Funda-
mentales, tantâ Hominum ſtrage partæ, tantoque cum labore
& ſolicitudine ſancitæ, planè conciderent & in nihilum redige-
rentur, quod neutiquam eſt ſtatuendum; ſed potius hoc firmum
manet, quod Rex Romanorum Pontifici & Sedi Romanæ tute-
lam ampliorem nunquam promiſerit vel debeat, quam quæ ſal-
14 vis fieri Legibus Imperii poteſt. Quo etiam ſpectat (5.) Geor-
gii Sigiſmundi Seldii Ferdinandi I. Imperatoris Vice-Cancel-
larii Conſilium apud *Goldaſtum* in Politiſchen Reichs-Händeln
*Part. 5. num. 3. Punct. 3. vers.* Zum dritten / daß die Päbſtliche
15 Heiligkeit ꝛc. (3.) Hæc quoque limitatio in textu noſtro occur-
rit; *Ut tutela illa amplior & plenior non ſit, quàm quæ Proteſtan-
tium Religioni addictis præſtatur*, ibi: Sondern denenſelben glei-
cher Schutz gehalten und geleiſtet werden ſolle. Nam quam-
vis hæc verba ad Pacem Religioſam & Weſtphalicam referenda
ſint, ex intentione tamen Ipſorum Statuentium ſi eadem expli-
ces, æqualitatem tutelæ quoad ipſam Religionem Ejusque Se-
ctatores, quæ in Utraque Pace intenditur, & concluditur, intel-
ligi promitti, ultrò patebit. §. 3. Ob-

Digitized by Google

§. 3. Obſervandum verò hic eſt, quod Electores illi 16 duo Saxo & Brandenburgicus ſuo & ſuæ Religioni, ſeu Lutheranæ & Reformatæ addictorum nomine in Advocatiam Sedis & Pontificis Romani non conſenſerint, nec Regis Romanorum obligationem eò extendere voluerint, in verbis: Was da vom Stul zu Rom und Bäbſtlicher Heiligkeit vor Meldung geſchicht/ daß Ihre Ld. Ld. vor Sich und Ihre Religions-Verwandten darein nicht willigen / noch Uns damit verbunden haben. Quod idem etiam quoad *Articulum 18.* ubi de Concordatis Nationis 17 Germanicæ, aliisque Eccleſiaſticis agitur, ſancitur; ita ut, quatenus illa, aliaque ibidem propoſita Sedem & Pontificem Romanum in ſpecie concernunt, in Obligatione Regis Romanorum non comprehendantur, ſed quoad ejus fieri poteſt, ratione Evangelicorum Ipſe liber omninò ſit ab Obligationis vinculo. Quæ ipſa limitatio obligationis, quæ olim omnibus Ele- 18 ctoribus ſecularibus, Bohemo ſaltem excepto, poſtea tribus, Saxoni, Brandenburgico & Palatino, & hodiè duobus Prioribus placuit, tempore Maximiliani II. Anno 1562. primâ vice inſerta, ad præſentem usque continuata eſt. Nam licet jam tempore Ferdinandi I. ea res ſit agitata, ut dicta limitatio expreſsè Capitulationi insereretur, obſtitit tamen tum temporis mutationi Ferdinandus & obtinuit quoque, prout docet *Seldius in Conſi-* 19 *lio* von der Käyſer und Bäbſte Gewalt / *apud Goldaſtum* in Politiſchen Reichs-Händlen *Part. 5. n. 3.* Crediderunt enim Electores 20 Evangelici, qui Sacris Pontificis valedixerant, abſurdum eſſe, Ejus, qui ſe, ſuæque Religioni Addictos infeſto proſequebatur odio, & planè extinctos volebat, Patrocinium & Defenſionem Imperatori commendare, eoque Ipſum obligare. His ipſis tamen non obſtantibus, ex iis, quæ ſupra ſunt dicta, ex Catholicorum Ele- 21 ctorum factâ obligatione Rex Romanorum Sedem & Pontificem Romanum defendere quidẽ tenetur, Electores verò & Auguſtanæ Confeſſioni addicti Status defenſioni illi Copiis & Auxiliis ſuis 22 aſſiſtere

Digitized by Google

aſſiſtere non obligantur, niſi forte ipſiũ quoq; per Conſequentiam tangat Imperium, vel offenſio non tam Pontificem & Sedem Romanam, quàm Ipſam Religionem Catholicam concernat. Hoc enim caſu æquè contingere poteſt, ut, ſicuti Imperator cum Statibus Catholicis Proteſtantes defendere tenetur; Ita etiam Imperator cum Proteſtantibus Catholicos defendere ſit obligatus. *Addantur* quæ habet Limnæus *ad Cap: Maximiliani II. Art. 2.* & Carpzov. *ad L. Regiam cap. 2. ſect. 10. in pr.*

32 §. 4. Inprimis vero maximi habendum, quòd Rex Romanorum ad Advocatiam & defenſionem quoque II. *Eccleſia*
24 *Evangelica* ſe obligaverit. Si enim (1.) Imperator Advocatus eſt Eccleſiæ Univerſalis pariter ac Particularis in Imperio, uti hoc in antecedentibus demonſtratum, erit etiam Advocatus Eccleſiæ Evangelicæ, quippe quæ inter Religiones in Imperio Romano receptas & Legibus Imperii, Sanctionibusque Pragmaticis munita deprehenditur. Unde etiam Electores, Principes & Status Imperii in Comitiis Ratisbonenſibus *Anni 1541.* à Cæſare petiere: Daß Er als Advocat und Beſchirmer der Chriſtlichen Kirche die Puncten der Colloquenten (Qui à Cæſare ex Imperio electi, & pro conciliandâ Unione in diſſidiis Religionis conſtituti erant) examiniren wolle / ob darinnen nichts wäre / daß denen heiligen Lehrern und dem löblichen Gebrauch gemeiner Chriſtlichen Kirchen zu entgegen ſeyn möchte / ſolches und was ſonſten vielleicht vor Mißbräuche in der Kirchen erfunden werden möchten / zu ändern / zu beſſern und abzuſchaffen. *Rec. 7, de A. 1541.* §. Aber
25 Chur-Fürſten *19.* Si etiam (2.) omnis ſecuritas ejusque præſtatio Auguſtanæ Confeſſioni æquè ac Romano-Catholicæ Religioni addictis promiſſa eſt in Pace Religioſà §. Und damit ſolcher Friede *15. Rec. Imper. de A. 1555.* Et dicta ſecuritas poſteà etiam ad Reformatos extenſa per *Inſtr. Pac. Cæſareo-Suecicum art. 7.* Si porrò (3) in laudato Inſtrumento Pacis *Art. 5. §. 1.* id de-
26 nuò eſt confirmatum, adeò ut, ſicuti verba habent, *inter Utrimque*

*que Religionis Electores, Principes & Status omnes & ſingulos æqua-
litas exacta, mutuaque eſſe debeat, ita ut, quod uni Parti juſtum eſt,
alteri quoque ſit juſtum, violentiâ omni & viâ facti inter utramque
Partem perpetuò prohibitâ, non attentâ Cujusvis ſeu Eccleſiaſtici ſeu
Politici, intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpoſitâ
contradictione vel Proteſtatione, quæ omnes inanes & nihili decla-
rantur.* Si denique (4.) ipſa expreſſa Regis *R*omanorum pro- 27
miſſio & obligatio in *Art. 1. Capitulationis* hoc diſertis verbis
enunciat, *ibi*: Sondern denſelben gleicher Schutz geleiſtet werden
ſolle/ wie wir Ihnen/ denen zween Chur-Fürſten (Saxoni ſcilicet &
Brandenburgico) dann auch ſolches krafft dieſes verſprechen/
und Uns hiemit dazu verbinden; Quod ipſum primitus Capitu-
lationi Ferdinandi IV. eſt inſertum, & poſteà majori cum ex-
preſſione Capitulationi Leopoldinæ adjectum obſervatur. Nec 28
impedit (5.) quod iſta Obligatio duobus tantum *E*lectoribus ſit
facta, cùm ſupra jam demonſtratum, Illos hoc, non ſuo tantum,
ſed totius Imperii nomine ſtipulatos eſſe, adeò ut idem quoque
reliquis *E*lectoribus placuerit, vel ſecundum Leges Imperii fun-
damentales placere debuerit, neque Rex Romanorum inde ad
aliquid novi, ſed ad quod ex utraque Pace aliàs jam fuit obliga-
tus, ſit adſtrictus. Si ergò hæc ita ſe habent, uti ſe habent, quid
mirum? Si *R*egem *R*omanorum dicamus obligatum, ut *E*ccle-
ſiam æquè *E*vangelicam ac *R*omano-Catholicam defendat,
*E*jusque Advocatus & *P*rotector æqualiter exiſtat. Unde etiam 29
(6.) ex *P*raxi Imperii obſervare licet; Quod, ſi Status Imperii
contra tenorem & ſecuritatem *P*acis *R*eligioſæ ullo modo tur-
bantur aut inquietantur, Cæſarea Majeſtas per Summa *I*mperii
Judicia, Senatum ſcilicet Cæſareo-Aulicum, vel Auguſtiſſimum
Cameræ Imperialis Judicium, Mandata Pœnalia de non offen-
dendo, turbando vel inquietando Sine Clauſulâ, vel ſaltem Pro-
ceſſus decernat; prout ejusmodi Mandata legere eſt apud *Gyl-*



Digitized by Google

*mannum Symphorem. Tom. 1. Part. 1. Tit. 3.* & alios rerum Ca-
meralium Scriptores.

30 §. 5. Opponitur quidem (1.) Advocatiam illam Eccle-
ſiis Lutheranorum & Reformatorum præſtitam, non tantum in
Eccleſiæ detrimentum tendere, ſed etiam Promiſſioni Cæſaris
juratæ eſſe contrariam; Cùm non poſſit Eccleſiæ Pontificique
Romano protectionem & defenſionem promittere & Principi-
bus ſimul Hæreticis, uti Lutheranos & Reformatos malè vocant,
in introducendâ & propagandâ Hæreſi auxilio adeſſe, vel Juris-
31 dictionem Eccleſiaſticam contra eos ſiſtere. Et quamvis (2.)
Imperator juxta Capitulationem Sedis & Eccleſiæ Romanæ ſit
Advocatus, non tamen idipſum ad alia extendi poſſe, cùm Leges
illæ Imperii ſint ſtrictæ interpretationis, ita ut ea in dubio ſic fa-
cienda, ut quàm minimum obligatio inducatur, inprimis cùm
Rex Romanorum in Capitulatione expreſsè ad Advocatiam Lu-
theranis & Reformatis præſtandam expreſsè ſe non adſtrinxerit.
32 Imò (3.) ſi vel maximè factum id eſſet, cùm tamen Sacri Roma-
ni Imperii Electores ferè omnes Religionem hodiè Romano-
Catholicorum ſint amplexi, Obligationi Imperatoriæ eam in
rem factæ gratiam rurſus facere, eamque omnino remittere cen-
ſeri poſſe.

33 §. 6. Sed Argumento (1.) quod jam olim Perſonatus
quidam *Erneſtus de Euſebiis* ipſi Paci Weſtphalicæ fruſtra oppo-
ſuit, jamdudum etiam à Romano-Catholicæ Religioni addictis
Viris, in Specie à *Caramuele in Sacr. Rom. Imperii Pace licitâ de-
monſtratâ* eſt ſatisfactum. Negatur enim defenſionem Eccle-
ſiæ & Scholarum Proteſtantium Promiſſioni Cæſaris juratæ de
protegendâ Eccleſiâ & Sede Romanâ eſſe contrariam, cùm Ad-
34 vocatia illa Romanæ Sedi debita, non ſit abſolutè & contra
quemcunque indefinitè promiſſa, ſed quatenus ea Legibus Im-
perii Fundamentalibus, inprimis verò Paci Religionis & ſubſe-
cuto Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ non repugnat. Unde et-
iam

iam eſt, quod in Capitulationibus poſterioribus expreſſis Verbis cumque obligatione Cæſareâ expreſsâ ſit cautum: *Ne dicta Advocatia in præjudicium Pacis Religioſæ & profanæ, nec in fraudem Inſtrumenti Pacis Osnabrugenſis & Monaſterienſis allegari vel uſurpari unquam queat.* Ut taceamus falſâ argumentum *Euſebiani* 35
illius perſonati niti hypotheſi; cùm tantum abſit, ut Auguſtanæ Confeſſioni addicti dici poſſint Hæretici, ut non tantum id pugnet contra Leges Imperii, ſed etiam contra Dei verbum & veritatem ipſam. Nunquam enim hactenus demonſtratus ipſis eſt *pertinax* aliquis *in Articulis Fidei error*, qui hæreſeos nomine venit, adeoque nec Hæreticorum nomine mactari poſſunt. Quod 36
verò (2) dicitur, non poſſe per quandam Interpretationem extenſivam, quod de Catholicis eſt cautum, ad Proteſtantes extendi, ex ſupra jam demonſtratis ultrò concidit, cùm non indigeamus Interpretatione extenſivâ, cùm expreſſa & directa Legis publicæ verba hic Nobis provideant. Quamvis nec argumen- 37
tum à pari deſumptum nobis ſit invidendum, quod utique validiſſimum eſt; cùm ubi eadem ratio, eademque lex eſt poſita, ibi quoque idem jus ſit ſtatuendum. Si enim Religio Romano-Catholica cum Religione Proteſtantium quoad omnia jura eſt exæquata, neceſſe etiam eſt, ut ipſi quoque circa Jus Advocatiæ ſit juſtum, quod Religioni Catholicæ eſt juſtum. *Inſt. Pac. Cæſ. Suec. art. 5. §. 1.* Quod denique ad (3.) attinet, Non eſt penes 38
ſtipulantes Electores obligationem Cæſaream in Capitulatione præſtitam remittere, cùm (a) illa non concludatur nomine Ele- 39
ctorum, ſed nomine totius Imperii. Id quod non ſolum exinde patet, quod nomine totius Imperii eligant Romanorum Regem, ſed etiam Verba Capitulationis expreſſa id innuant. Dicitur enim in Ipſius Principio: Haben wir Uns mit unſern lieben Neven / Oheimen und Chur-Fürſten vor Sich und ſämbtliche Fürſten und Stände des heiligen Röm. Reichs



Digitized by Google

vereiniget. Et *in fin.* Solches alles und jedes/ wie obſtehet / haben
wir denen gedachten Chur-Fürſten vor Sich und im Nah-
men des heiligen Römiſchen Reichs geredet/ verſprochen
40 und zugeſagt. Imò de Jure Advocatiæ (b) expreſsè cautum,
quoad omnes Auguſtanæ Confeſſiori Addictos, eſt his verbis:
Daß Ihren Ldd. Ldd. Electoribus ſcilicet Proteſtantibus, und
Ihren Religions-Verwandten gleicher Schutz gehalten
41 und geleiſtet werden ſolle. Uti verò (c) penes Mandatarium vel
Negotiorum geſtorem non eſt, ea, quæ nomine Mandantis vel
Ejus, cujus Nomine utiliter geſſit negotium, pro lubitu reſcinde-
re, & jus inde alteri quæſitum rurſus auferre; Ita nec Electores
obligationem, Statibus Imperii Evangelicis & Ipſorum ſubditis
partam, etiamſi ne unicus quidem Proteſtantium Religionem
amplius amplecteretur, quod tamen Deus avertere, & veræ Pie-
tatis Zelum in animis Imperii Magnatum plantare & conſervare
42 velit! Cæſari remittere valerent. Quamvis hic timor vanus
ſine dubio omninò ſit futurus, cùm tale quid ne quidem deſide-
raverit pientiſſimus Cæſar, ſed potius, uti nihil habuit hactenus
antiquius, quàm fidem Imperio ſemel datam ſervare ſanctè. Ita &
Inpoſterum habebit. Præ oculis enim ſemper habet illud Cæſaris
Germanici apud Tacitum *l. 1. Ann. c. 53. Moriturum ſe potius*, dicen-
tis, *quam fidem exuturum*; Et Caroli V. glorioſiſſimi Cæſaris Eccio,
Lutherum contra datam Salvi Conductûs fidem morti tradere
cupienti, reſpondentis: *Etiamſi Fides toto exularet Terrarum Or-
be, Cæſari tamen eam tenendam eſſe*, uti tradit de Ipſo
Juſt. Lipſius *in Monit. Polit. lib. 1.
cap. 13.*

CAP.

Digitized by Google

# CAPUT V.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA CONCILIA IMPERII.*

I. Regi Romanorum *competit Jus circa* Concilia Imperii. 1.

*Et fluit ex* Jure Advocatiæ, *qua verſatur circa conſervandam* Concordiam. 2.

Diſcordia res *Eccleſiæ dilabuntur,* Concordia *ſervantur.* 3.

*Etiam in Republicâ uniformis debet eſſe Cultus.* 4.

II. Unitas Religionis *non* vi *impetranda, ſed* veritate perſuaſionis. 5.

*Religio non poteſt cogi.* 6.

*Hinc in diſſidiis Religionis bonum Remedium eſt* Concilium *ſeu* Synodus. 7.

*Si per Concilium non obtinetur Concordia*, tolerandi *ſunt ſub ſpe Converſionis aliter Docentes.* 8.

*Maximè ſi* Pactis *ipſis fides ſit promiſſa.* 9.

*Omnium maximè, ſi* diverſitas Religionum Sanctione Pragmatica & Lege Imperii Fundamentali *ſtatuta.* 10.

III. *Concilia Imperii* indicendi jus *habet Imperator.* 11.

*Probatur* (1.) *Ex* Jure Advocatiæ. 12.

(2.) *Ex* poteſtate examinandi Doctrinam *& corrigendi* defectus Clericorum. 13.

(3.) *Ex* Poteſtate externâ *circâ Sacra.* 14.

(4.) *Ex* textu *Rec. Imp. de An.* 1532. 15.

IV. *Jus quoad* Cauſas *ad Concilium ſpectantes in Imperio, eſt Jus* Comitiorum; Jus indicendi *ſpectat ad Cæſarem.* 16.

*Requiritur tamen & hîc* Conſenſus Electorum. 17.

V. *Imperator eſt* Director, *&* Judex Concilii. 18.

*Judicat tamen ſecundum* Leges Imperii Fundamentales. 19.

*Inprimis verò ad normam* Pacis Religioſæ *&* Inſtrumenti *Pacis* Weſtphalicæ. 20.

VI. Jus Advocatiæ *Imperatoris eſt maximam partem* confirmativum. 21.

*Quoad tamen jus* Conciliorum Imperii *quadantenus eſt* limitatum. 22

§. I. *Ex*

§. I.

1 EX Advocatiâ Regis Romanorum, quam Eccleſiis Particula-
ribus in Imperio debet & præſtat, ſimili quoque ratione fluit
Jus & officium circa Concilia Imperii, quod Eidem non minus
2 competit & adſcribendum venit, quàm Advocatia ipſa. Cæſa-
ris enim eſt, ſeu Regis Romanorum, conſervare Pacem & Con-
cordiam in Eccleſiâ, quippe in quo præprimis conſiſtit Advoca-
3 tia Eccleſiaſtica, prout jam ſupra pluribus dictum; Uti enim in
unione, in uno Conſenſu, unoque ſpiritu totius Reipublicæ for-
ma, Ejusq; denique vires ſubſiſtunt; Et uti concordiâ res parvæ
creſcunt, Diſcordiâ verò maximæ dilabuntur, omneque Regnum
juxta Dictum Salvatoris apud *Matth. cap. 12. v. 25.* diſſenſione
collabitur; Ita quoq; Pax & Concordia Eccleſiæ eandem fovet,
4 conſervat, ſalutemque ejus promovet; Unde etiam ex naturali
ratione demonſtratur, Sum̃æ Poteſtati incumbere, ut in Civitate
ſua uniformis ſit Dei cultus. Non enim unanimiter Deus coli
poterit in Republicâ, ſiquidem diverſæ Religiones ibidem obti-
neant, ſed neutri credere Summa Poteſtas cenſetur, quæ variam
ſectatur. Prout hoc in *Inſtit. Jur. Nat. & Gent. in Part. Gen.
Sect. 3. cap. 3. Prop. 3.* demonſtramus. *Vid. &* Ziegler. *de Jur. Ma-
jeſt. lib. 1. c. 14. th. 2.*

5 §. 2. Uti verò illa Unitas Religionis non ferro & flam-
mis impetrari poteſt, cùm Religio ſit Judicii interni & Conſci-
6 entiæ, quæ non ſubjacet Imperio Civili, ſed potius unicuique ar-
bitrium ſuæ Conſcientiæ & Religionis eſt relictum; Cùm nemo
poſſit ex verâ Religione Deum colere niſi prius ſciat, quæ vera
ſit Religio, quod utique ſuæ cujusque conſcientiæ eſt, judicii &
arbitrii; Adeò ut Summa Poteſtas præter poteſtatem directivam
partes hîc habeat nullas, ſed coactiva Poteſtas omninò ceſſare de-
beat; Et optimè dicat *Gregorius in Can. Qui ſincera 3. Diſt. 45. Blan-
dimentis non aſperitatibus extraneos à Chriſtianâ religione ad fidem
rectam eſſe perducendos*; Et Auguſtinus in *Can. 33. Cauſ. 23. qu. 5.*
*Ad*

*Ad fidem nullum eſſe cogendum invitum.* Hinc ſi diſſidia, Schiſ- 7
mata & Hæreſes in Eccleſia oboriuntur, efficacius, & ad obtinen-
dam, conſervandam & recuperandam Eccleſiæ unionem &
Concordiam aptius remedium eſt nullum, quàm ſi convocetur
Concilium ſeu Synodus ex Piis, Theologicè doctis & prudenti-
bus Viris, Eccleſiæque Epiſcopis, qui ab omni pravo affectu
propriaq; gloriâ ſunt alieni, & non niſi veritatem, Deiq; gloriam
veræq; Eccleſiæ incrementum ob oculos habent, qui invocato
divino Numine cauſam diſſidiorum examinent, lites obortas
componant & decidant; *add.* quæ dicta *Supra Cap. III.* §. 3. Aut
igitur obtinetur Concordia Eccleſiæ, aut minus; *Illo* caſu res
bene ſe habet; *Hoc* verò in ſpem Converſionis, quamdiu quietè 8
Religioni ſuæ adhærent, nec ſeducendo alios, Reipublicæ incom-
modũ & periculum conciliant, ſunt tolerandi Heterodoxi. Quod
ſi verò Pactis ſecuritas vel Exercitiũ Religionis Ipſis eſt promiſſum 9
ſervanda utique ſunt illa Pacta, nec fides ipſis fallenda. *Si* enim,
uti *Bodinus ait de Republ. lib. 5. Fidem Hæretico frangere fas eſt,*
*dare certè nefas eſt.* Quod multò magis procedit, ſi diverſitas 10
Religionum talibus Pactis, quæ Sanctionum Pragmaticorum &
Legum Imperii Fundamentalium Naturam induunt, eſt muni-
ta; Quemadmodum de Pace Religioſâ & Inſtrumento Pacis
Weſtphalicæ in Imperio Rom. Germanico conſtat. Unde et-
iam Auguſtanæ Confeſſioni addicti Catholicos, & *Hi* Illos in ſuis
ditionibus tolerant, liberumque Ipſis Religionis Exercitium,
prout illud habuere aliquâ Anni milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi
quarti parte, juxta *Inſtrum. Pacis Art. 5. §. 12. vers. Hoc tamen*
*non obſtante*, permittunt.

§. 3. Talia autem Concilia Imperii indicendi & con- 11
vocandi jus & officium eſt Cæſaris ſeu Regis Romanorum; Id
quod probatur (1.) ex Jure Advocatiæ Eccleſiæ Univerſalis ſupra
*Cap. III.* §. 4. Eidem aſſertæ; Si enim propterea jus ipſi eſt con-
vocare Concilium Oecumenicum, multò magis ad ipſum ſpe-
ctabit

Digitized by Google

ctabit poteſtas cogendi Concilium Imperii, inprimis cùm etiam Jus Advocatiæ Eccleſiæ Particularis eidem competere clariſſimè
13 ſit evictum ſupra *Cap. IV.* Quia (2.) ex commemorato Jure ipſi competit poteſtas ſecundùm normam Verbi Divini, Legesque Imperii Fundamentales examinandi doctrinam pariter ac vitam Clericorum, quosque deprehendit defectus, corrigendi, emendandi & removendi; uti habetur in *Rec. Imper. de Anno 1541.* §. Aber Chur-Fürſten *19. ſupra allegato ibi:* Daß Er/(Imperator) als Advocat und Beſchirmer der Chriſtlichen Kirchen die Puncten der Colloquenten examiniren wolle / ob darinnen nichts wär/ daß denen heiligen Lehrern und dem löblichen Gebrauch gemeiner Chriſtlchen Kirchen zu entgegen ſeyn möchte; ſolches und was ſonſten vielleicht für Mißbräuche in der Kirchen erfunden werden
14 möchten / zu ändern zu beſſern und abzuſchaffen. Quia (3.) jus Concilii fluit ex Poteſtate circa Sacra externâ, adeoque uti cuivis Summæ poteſtati, ita etiam Imperatori ſeu Regi Romanorum
15 erit adſcribenda; Accedit (4.) expreſſus Textus in *Rec. Imper. de 1532.* §. Und ſo fern wir *5. ſub Tit. Concilium* betreffend; ubi Imperator promittit, Fürſehung zuthun / daß Jhm von Käyſerl. Gewalt gebühre/und Er zuthun ſchuldig ſey/ und ſonderlich in Sachen des gemeldten Concilii. Quæ ipſa verba etiam de Concilio Imperii benè poſſunt intelligi.

16 §. 4. Objicit quidem *Lampadius de Republicâ Rom. Germ. Part. 3. c. 12. in fin.* quod poſt Tranſactionem Paſſavienſem hoc jus non ſit amplius penes ſolum Cæſarem, cum ſpectet ad Jus Sacrorum, quod Jus Comitiorum ſit factum & cum Statibus Imperii communicatum; Accedit, (2.) quod Imperator nec ſolus indicat Comitia, ſed prævio Electorum Conſenſu per *Capitul. Caroli V. Art. 12.* & Leopoldi *Art. 17.* adeoque nec Concilia. Diſtinguendum tamen ad (1.) erit inter Negotia & cauſas ad Concilium ſpectantes, & inter jus indicendi & convocandi ipſum Concilium. Nam quamvis illæ ad Comitia & Ordines Imperii

ſimul

ſimul ſint referendæ, hoc tamen ſoli Cæſari adſcribendum venit.
De cœtero, quod ad (2) obſervatur, merito Electorum Conſen- 17
ſum hodiè hic requirimus, cùm non minor circa Concilia pu-
gnet ratio, quam circa Comitia; Quamvis haud abſurdè diſtin-
gui poſſit inter prædeliberationem, & ipſam indictionem ſeu
Convocationem, cùm utut ſalva maneat illa Electoribus, non
immeritò tamen hæc Imperatori ſit adſcribenda.

§. 4. Uti ergò Imperator ſeu Rex Romanorum Eccle- 18
ſiæ Advocatus & Protector eſt; Uti etiam Concilii Imperii, in
Controverſiis Eccleſiaſticis obortis, per antea dicta Judex eſt; Ita
etiam Studio Pacis & Concordiæ ita dare operam, Juſtitiamque
æqualiter adminiſtrare promittit, ut erga pauperes æquè ac divi-
tes absque reſpectu dignitatis & Religionis, etiamſi cauſa Ipſum
Regem, Sereniſſimamque Ejus Familiam concernat, exerceatur;
Et ne id fiat abſque norma, in Textu ad Conſtitutiones, Privile- 19
gia & Conſuetudines Imperii laudabiles fit provocatio *ibi:* De-
nenſelben Ordnungen/Freyheiten/und alten löblichen Herkommen
nach/verrichtet werden ſolle. In ſpecie verò Pax Religioſa, & Inſtru- 20
mentum Pacis Weſtphalicæ hodie hîc ſub intelligenda, in qui-
bus, quemadmodum circa Religionem Pax & Concordia in Im-
perio ſervari poſſit, ſolicite cavetur;

§. 6. Tandem non eſt prætereundum omninò, Jus hoc 21
Regis Romanorum Advocatiæ Majeſtaticum non eſſe Jus Re-
gium *Limitativum*, ſed potius maximam partem *Confirmativum*,
& majoris efficaciæ causâ Capitulationi inſertum. Non enim
pro Limitatione Juris Imperatorii eſt habendum, quod Jus illud
Majeſtaticum, quod ipſi jure ſuo competit, etiam pro poſſe ſe ex-
erciturũ promittat, ſed potius idipſum magis confirmat. Quod
verò Jus Conciliorum Imperii, quæ ex Jure Advocatiæ Particula- 22
ri fluunt, attinet, cum illud cum Electoribus & Statibus Imperii
quadantenus ſit communicatum, eatenus non immeritò
limitativum ſtatuitur.

P *CON-*

CONSPECTUS COMMENT. ARTIC. I. CAPIT. JOSEPHI
Breviter Hic eſt. Continet enim

Jus & Officium Regis Romanorum circa Advocatiam Eccleſiæ. *Ubi*

De Advocatiâ Armatâ
- *in* Genere, *Ejusque*
  - Definitione *tàm*
    - Reali, *quàm*
    - Nominali.
  - Diviſione variâ *CAP. I.*
- Eccleſiæ *tam*
  - Univerſalis, *cujus conſideratur*
    - Subjectum, *in quo reſideat.*
    - Fundamentum, *ſeu Prærogativa Dignitatis.*
    - Finis, *ſeu conſervatio Pacis Eccleſiæ*; *Cap. II.*
    - Modus *tam contra* Hoſtes
      - Externos, *Ubi Jus* Paſſagiorum; *Quàm*
      - Internos, *Ubi Jus* Concilii Oecumenici *C. III.*
  - Particularis, ſeu Imperii Romani; *ubi conſideratur*
    - Defenſio.
      - Romano Catholicæ Eccleſiæ *cum* Sede Romanâ & Pontifice, *cujus*
        - Limitatio *&*
        - Remiſſio *proponitur. Et*
      - Evangelicæ, *Cap. IV.*
    - Modus defendendi, *mediante* Concilio Imperii *Cap. V.*

# COMMENTATIO
AD
# CAPITULATIONEM
# JOSEPHI
## ROMANORUM REGIS
# AUGUSTI,
*ET QVIDEM AD EJUSDEM*
## ARTICUL. II.
DE
## *JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA LEGES IMPERII FUNDAMENTALES.*

## CAPUT I.
## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA LEGES IMPERII FUNDAMENTALES IN GENERE.*

I. Jus & officium regium circa Leges Imperii Fundamentales; *Quid ſint, & quomodo differant?* 1

*Eſt vel* normativum *ſeu* directivum. 2

*Vel* Architectonicum. 3

II. *Conſiſtit Jus directivum in* obſervantia & conſervatione Legum Fundamentalium.

*Tam quoad* Ipſum Regem, *quàm quoad* Alios. 5

III. *Obligatio hæc* robur Legibus Imperii *ſuppeditat.* 6

*Quare eâ adſtringatur Rex Romanorum?* 7.10.

Imperator *obligatur* Pactis Anteceſſorum *ſuorum* & quare? 8. 9.

Clauſula generalis effectum ſpecialitatis habens. 11

IV. Leges Fundamentales *in genere quid ſint?* 12

*Quid indicent?* 13

§. I.

1 Quid per Jus & officium intelligatur, jam alibi, & quidem ad *Proœmium* Capitulationis *Cap. 5. §. 2.* & ad *Art. 1. cap. 2. §. 1.* explicuimus; Scilicet, quatenus circa Leges Imperii fundamentales easque tam ſervandas, quàm defendendas & conſervandas, nec non circa easdem ordinandas ex obligatione occupatus eſt Imperator vel Rex Romanorum, eatenus Officii Regii venit nomine; Quatenus autem illud officium exercere, eique efficaciam Civilem & complementum addere poteſt, eatenus Juris vel poteſtatis
2 Regiæ nomine meritò inſignitur. In duplici verò ſenſu *Jus & officium* illud Imperatoris Regium circa Leges Imperii Fundamentales in Articulo noſtro II. occurrit; *Primo* quatenus circa Leges jam latas, earumque obſervantiam, conſervationem tuitionemque ſeu manutentionem occupatur, Quod jus & officium *normativum* ſeu *directivum* dicere placet;
3 *Altero* verò, quatenus circa poteſtatem Legislatoriam verſatur quod Jus & Officium Architectonicum vocamus, de *illo primo* agitur in Articulo, de *hoc* vero *poſtea* tractatio ſubjungitur.

4 §. 2. Conſiſtit verò Jus & Officium directivum ſeu normativum in eo, quod Rex Romanorum, Leges Imperii Fundamentales ſub obligationis Vinculo pro normâ & directione pactitiâ ſeu conventionali accipit & habet, ſeque easdem non tantum obſervaturum, ſed & conſervaturum, neque ullum contra eas gravaturum vel ut tale quid fiat, permiſſurum eſſe promittit, in verbis: Wir ſollen und wollen die Güldene Bull / Reichs-Frieden-Schluß ꝛc. ſtät / feſt und unverbrüchlich halten / handhaben / und darwider niemand beſchweren / auch
5 nicht zuſtatten daß daragegen gehandelt werde; Quæ ipſa verba generaliter *obſervantiam Legum Imperii Fundamentalium* in-

ten-

tendunt, ſive ſpectes *Ipſum Auguſtum Romanorum Regem*; quò ſcilicet Ipſe eas obſervet, nec quenquam contra Easdem gravet; Sive ſpectes *Alios*, ut ſcilicet Eas tueatur, nec contraventiones permittat; id quod tam affirmativis verbis *ibi:* Unverbrüchlich halten und handhaben/ quàm negativis *ibi:* Niemand beſchweren / noch daß dargegen gehandelt werde / geſtatten/ exprimitur.

§. 3. Quæ ipſa *obligatio* adeò *neceſſaria* reputatur, ut 6
non immerito Fundamentum totius Reip. Romano-Germanicæ dicatur, cum exinde Fundamentales Imperii Leges vim ac robur ſuum capiant. Uti enim Imperator non Jure An- 7
teceſſorum ſucceſſivo, ſed proprio & Jure electivo Imperii Sceptra conſequitur; Ita ne fortè ratio excipiendi ſubſit, quod Pactis Anteceſſorum non teneatur, adeoque nec Legibus Imperii Fundamentalibus, quæ quoad Imperatorem & Imperium per modum Pacti ſe habent, obligetur, hâc obligatione de ipſarum obſervatione & conſervatione cautum & proviſum eſt Imperio. Nam quamvis Imperatorem etiam citra hoc vin- 8
culum ab obligatione facti Prædeceſſorum ſuorum liberum dicere non poſſimus; maximè dum obligatio dignitatis eſt, & Reipubl. nomine inita cenſetur, quæ juxta Tiberium apud *Tacitum lib. 3. cap. 6. Annalium.* æterna, eademque ſemper manet, licet mutentur ii, qui Reipublicæ aut Principatui præſunt. Quæ enim ex ordine ad officii rationem & adminiſtrationis 9
dignitatem pertinent, uti loquitur Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. lib. 1. claſſ. 3. cap. 24. num. 48.* non in perſonam, ſed in rem concepta & contracta cenſentur, adeoque ſucceſſorem etiam jure proprio & electivo ſuccedentem obligant *cap. Abbate 3. verſ. Porro, ibi:* nomine Regni factæ *Extr. de ſent. & re jud. in 6.* Gylmann. *Deciſ. Cameral. lib. 2. Dec. 51. num. 27.* Vultej. *in Vol. 3. Conſil. Marpurg. 35. n. 116. ſeqq.* Petr. Gudelin. *de Pace cap. 12. fol. 63.* Myler. *in Nomolog. cap. 10. n. 4 ſeqq.*

Sed

10 Sed quia tamen Pactum, inter Imperatorem & Status Imperii initum, ſæpè etiam obligationem tantum perſonalem inferre, vel ſaltem anſam excipiendi præbere poteſt, majoris minimùm cautelæ ergò Rex Romanorum non malè ita obligatur, officiique ſui, quod ipſi eatenus incumbit, admonetur; & qui-
11 dem cum efficaci hac expreſſione, ut ſcilicet Leges Imperii Fundamentales ita ſibi habeat commendatas, ac ſi ad verbum Capitulationi inſertæ eſſent; **Gleich wäre es dieſer** Capitulation **von Worten zu Worten einverleibt**; quæ ipſa Clauſula etiam in Capitulationibus Ferdinandi IV. & Leopoldinâ invenitur; Qualisq; Clauſula generalis idē operatur, ac ſi ad ſingulas Leges Imperii fundamentales ſpecialiter ſe obligaverit. Zepper. *in Cynoſur. Legal. cap. 1. num. 143. ſeqq.*

12 §. 4. Sunt vero *Leges Fundamentales*, uti cujusque Reipublicæ; ita etiam Imperii Romano-Germanici; quibus tanquam fundamento firmo & immoto innititur Respublica Romano-Germanica; *vid.* Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. Cap. 1. Sect. 14. num. 18.* addatur Althuſ. *Polit. cap. 19. num. 49. ſeqq.* Knichen. *in Oper. Polit. Lib. 2. Part. 1. cap. 11. th. 6. n. 3.* Bœcler. *in Inſtit. Polit. lib. 2. cap. 3. p. 136.* vel prout ſupra in *Diſſ. prælim. cap. 4.* §. *6.* deſcripſimus; quod ſcilicet ſint *Norma & Funda-*
13 *mentum obligatorium tàm quoad Imperantes & Parentes.* Exinde enim conſtat, quid Imperantium, quidque parentium ſit officium, quò nempe Conſenſus & Harmonia in Republicâ inter Imperantes & ſubditos, ſalusque populi in majorem celebrationem Divini Numinis conſervetur, & gloria Ejus magis magisque adaugeatur.

# CAP. II.

## *DE LEGIBUS IMPERII FUNDAMENTALIBUS IN SPECIE.*

### ET QUIDEM

## I. DE AUREA BULLA.

I. Aurea Bulla *eſt Lex Imperii Fundamentalis*; Cujus definitio. 1

*Quare pro Lege Fundamentali habenda?* 2

II. *Conſcripta in authentica* Lingua Latina, *& unde hoc probatur?* 3

*In diſſonantiâ Editionis Latinæ à Germanicâ* ad Latinam recurrendum. 4

*Exemplum celebris diſſonantiæ* in causâ Bavaricâ & Palatinâ de Vicariatu. 5

Exemplar Thulemarianum *laudatum* 6

III. Extenſio A. B. *per Inſtr. P.* in Electoratu Octavo. 7

*Quia per A.B. Electorum numerus eſt Septenarius.* 8

*Quare extenſionis illius A. B. fiat mentio?* 9

*Quamdiu duret Electoratus Octavus?* 10

IV. *An Rex. Rom.* ad immutata A. B. Capita ſit obligatus? *Et quare non?* 11. 12.

*Recenſentur quædam A. B. Capita*, quæ immutata, vel in uſu non ſunt. 13

V. *Quæ* cauſa Efficiens *hujus Extenſionis*, *Num* Cæſar? *An* Imperium? 14

*Rationes* pro Imperio.

(1) *Textus Capitul. Art.* 2. 15

(2) *Deliberatio propterea ab* Imperio *inſtituta.* 16

(3) *Quia Imperator cum Imperio* in eo conſentit. 17

(4) Quia immutatio Legis *non fit* ſine Conſenſu Imperii. 18

(5) Etiam ad augmentum legū requiritur Conſenſus Imp. 19

VI. *Quæ fundamenta* Nonum Electoratum *impugnantium.* 20

*Rationes* pro Imperatore.

(1) *Quia* Collatio dignitatum *eſt* de Reſervatis. 21

(2) *Et Cæſar eſt* in poſſeſſione vel quaſi 22

(3) *Cæſari in A.B. adſcribitur* proviſio de Electoratu. 23

(4) *Quid ad caſum* vacantiæ *reſpondendum?* 24

(5) *Quomodo* vacantia quædam *obtinedt?* 25

(6) *Quod multa in A. B. immutata.* 26

(7) *Et multa capita conſtituta*

*ut*

*ut cum* Electoribus delibera-ta conſtituantur. 27
(8) *Hoc Jus in Capitulationibus* nullibi reſtrictum. 28
(9) *Electores in Electoratũ No-num conſenſerunt.* 29
(10) *Quorum Conſenſus* in Ca-pit. *unice requiritur.* 30
(11) *Eſt ſtatui Evangelicorum utilis.* 31
Deciſio ſuperioribus relinquen-da. 32

§. I.

Leges Imperii Romano-Germanici Fundamentales, in quas Rex Romanorũ nominatim & expreſsè obligatur, ſequentes
1 in Articulo Noſtro exprimuntur; Scil. Eſt I. *Aurea Bulla*, A. 1356. à Carolo IV Ordinum Imperii conſenſu ſancita, & quoad anteriorem partē Norimbergæ, quoad poſteriora verò capita in Curiâ Metenſi promulgata; Eſtque *Lex Imperii Fundamentalis, de Electione imprimis atque Coronatione Imperatoris, Juribus Ele-*
2 *ctorum, aliiſque Imperii Actis graviſſimis occupata.* Dum enim Lex eſt perpetua Imperii, ita ut nunc & perpetuis futuris temporibus in omni ſuo tenore & formâ indubiam tenere debeat roboris firmitatem, uti decretum *Tit. 1. pr.* ibi: *Edicto perpetuo valituro Tit. 3.* ibi: *Hac Edictali Lege perpetuo valiturâ Tit. 3.* ibi: *Hac Edictali Lege perpetuo valitura Tit. 7. in fin.* ibi: *perpetuis temporibus valitura.* add. *Tit. 9. in pr. &c.* Dumque conſenſu Electorum & Statuum Imperii, tanquam Lex perpetuò valitura, eſt promulgata, juxta *Proœm. A. B.* ita ut norma & fundamentum perpetuum ſit Imperatoris atque Statuum Imperii., meritò pro Lege Imperii Fundamentali habetur; prout hæc ipſa latius deduximus in *Notis ad Bœcl Notit. Imperii Lib. 12. cap. 2.* ad verba: *Qui inter Leges Fundamentales. add.* Carpzov. *ad Leg. Reg. Germ. cap. 3. Sect. 3. num. 2. ſeqq.* §. 2.
3 Lingua authentica, in quâ conſcripta eſt hæc conſtitutio Imperialis, Latina eſt, uti non tantum ex Avtographo quod Francofurti ad Mœnum in Curiâ, quæ der Römer appellatur, ſanctè aſſervatur, videre eſt, ſed etiam exinde conſtat, quod partim Meti ſit concepta, multique Populi Italiæ Linguæ Germanicæ

manicæ expertes ſubfuerint Imperio Romano, quorum intererat ſcire, quæ in ea eſſent conſtituta; Ut taceamus Verſionis Germanicæ Stylum ad oculum monſtrare, eſſe potius Verſionem, quam ſcriptum Autographum. Unde quando Editio 4
Germanica diſſonat à Latina, quod fieri interdum ſolet; (Uti diſſonantia celebris habetur illa, quæ legitur in *Tit. 5. de Vi-* 5
*cariatu Palatini & Saxonis*; Ubi in Editione Latinâ *ratione Principatûs ſeu Comitatus Palatini privilegio eſſe debet Proviſor Imperii*, In Germanicâ verò habetur: Von des Churfürſtenthums und Pfaltz-Graffſchafft Freyheit wegen; Ita ut ſecundum Editionem Germanicam Vicariatus videatur eſſe annexum *Electoratui*, quod vult Bavarus, ſecundum Editionem verò Latinam *Comitatui Palatino*, ſeu territorio, quod intendit Palatinus Elector *vid.* Chur-Pfältziſcher kurtzer und Summariſcher Bericht *apud* Londorp. *Tom. VIII. Cap. 41.* Item Chur-Bäyeriſcher Gegenbericht *ibid. Cap. 66.* Porro Chur-Pfältziſche Ableinung *Cap. 67.* Et à parte Bavari Fernere und wohlgegründete Anzeigung *Cap. 68.* Et denique Chur-Pfältziſche wohlgegründete Abfertigung *Cap. 189.*) Editio Latina & autographa Germanicæ, utpote Verſioni, in decidendis controverſiis merito præfertur. Copiam Autographi Francofurtenſis ac- 6
curatiſſimam edidit *JCtus Excellens Dn., Henricus Guntherus Thulemarius*; Et prodiit quoque Anno 1614. Copia accurata, inter Privilegia Civitatis Francofurtanæ ad Originale Francofurtenſe impreſſa.

§. 3. Notandum verò, quod Aurea Bulla Caroli IV. 7
de quâ dictum, cum Notabili in Inſtrumento Pacis Monaſterienſi & Osnabrugenſi circa Electoratum Octavum expreſsâ *Extenſione* in Articulo noſtro ſit confirmata, in verbis: Mit der zu Münſter und Oßnabrück auffgerichteten allgemeinen Reichs-Frieden-Schluß auff den achten Electoratum enthaltener Extenſion; Quod etiam in Capit. Ferdinandi IV. & Leo- 8
poldinâ habetur. Notum enim eſt in *A. B. in pr. & paſſim*: Nu-

merum Electorum eſſe Septenarium; Cùm verò Imperator cum Imperio publicæ tranquillitatis causâ conſenſerit,ut vigore Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ inſtitutus ſit Electoratus Octavus,quo Carolus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni,& poſt Ipſum & Ipſius Heredes extinctos,tota Linea Rudolphina Palatina fruantur; uti *Inſtr. Pacis Cæſareo Suecico Art. 4. §. Quod ad Domum Palatinam ſ & Cæſareo-Gallico §. 13.* cautum,

9 neceſſe erat Extenſionis hujus Aureæ Bullæ, eatenus per Inſtrumentum Pacis factæ,hîc mentionem facere, ne fortè Rex Romanorum in obſervationem A. B. generaliter adeoque & quoad numerum Electorum Septenarium,cenſeatur eſſe obli-

10 gatus; Ita tamen, ut Extenſio illa & conſequenter obligatio Regia non tendat in infinitum, ſed ſecundum Inſtrumentum Pacis, Nach Inhalt erſtberührten Frieden-Schluſſes ſit moderata, adeoque non duret ulterius, quam quousque ſuperſtes ſit Linea Comitum Palatinorum *Wilhelmina* ſeu modernorum Ducum Bavariæ Maſculina, quâ extinctâ dictus octavus Electoratus rurſus eſt expungendus per *d. Art. IV. Inſtr. Pac. Cæſ. Svec. §. Quod ſi verò 9. & Cæſ. Gall. §. 17.*

11 §. 4. Ex hiſce tamen neutiquam eſt inferendum, quod ſi de immutatione quâdam A. B. in aliis Capitibus factâ, in Capitulatione cautum non ſit, Imperator vel Rex Romanorum, mutatione non obſtante ad ea ſit obligatus, quamvis etiam vulgata Juris Regula habeat: Quod Exceptio Regulam con-

12 firmet in caſibus non exceptis. Nam quoniam obligatio Cæſaris ad A. B. non procedit amplius, quàm quatenus Eidem per alias Imperii Leges & Univerſalem Imperii Conſvetudinem derogatum non eſt, & dicta Juris Regula fallit, quando Caſus non excepti ſub Regulâ non comprehenduntur, vel etiam alibi excipiuntur, ſeu ſpecialiter reſtringuntur; Hinc etiam ea Aureæ Bullæ immutata Capita, quæ in Capitulatione nominatim excepta non ſunt, Regiæ obligationi non ſubjacent.

Digitized by Google

jacent. Unde licet in A. B. hoc habeatur, quod Coronatio 13 Regis Romanorum Aquisgrani fieri debeat *Tit. 28. §. Invenimus 5.* Docent verò Exempla, quod & ſæpè facta ſit alibi; Et quod Electores annuatim conveniant poſt feſtum Paſchatis intra ſpacium unius menſis proximi in Civitate Imperiali, ab Imperatore deſignatâ, ita ut Imperator eos convocet. *A. B. Tit. 12. §. Hinc eſt 2.* Hodiè verò eſt arbitrii ipſorum Electorum *Capp. Impp. Art. 6.* *Item,* Ut Electores ante Electionem Miſſam audiant *Tit. 2. in pr.* Proteſtantes tamen hodiè in proximum Conclave, ut placet, ſecedunt. *Item,* Ut Elector Colonienſis coronandi Imperatorem jus habeat *Tit. 4. §. Primo quidem 3.* Cùm tamen hodiè & alternativè Electori Moguntino juxta transactionē de A. 1657. die 16. Jun. de quo *infra ad art. 36.* competat. *Item,* ut Criminis læſæ Majeſtatis reorum bona Fiſco Imperatoris addicantur *Tit. 24. §. ſi quis 1.* cùm hodiè cedant illis, qui Jure Fiſci gaudent. *Capit. Joſeph. art. 26.* de quibus & ſimilibus *vid.* Limn. *Tom. IV. ad Lib. 4. cap. 7. n. 19. pag. 434.* & Carpzov. *ad Leg. Reg. Germ. cap. 3. Sect. 3. num. 8. ſeqq.* Quamvis de horum non obſervantiâ in Capitulatione nihil cautum eſſet, Rex tamen Romanorum ab ipſorum obligatione liber foret.

§. 5. Quæ verò notabilis hujus Extenſionis A. B. Cauſa Efficiens ſtatuenda? An ſoli Cæſari cùm Electoribus? An 14 verò toti Imperio accepta ferenda? non putamus conveniens, omninò intactum relinquere; Et ſanè cum (1) in textu noſtro eatenus provocetur ad commune concluſum Imperiale, 15 Monaſterii & Osnabrugæ propterea confectum, ibi: Mit der in dem allgemeinen Reichs-Frieden-Schluß auff den achten Electoratum enthaltenen Extenſion; Et Osnabrugæ & Monaſterii inſtituta fuerit (2) de octavo Electoratu in Imperii 16 Curiis, variantibus etiam Senatorum ſententiis, deliberatiò, ita ut & Equeſtris Ordinis Legati, Dn. Wolffgangus de Gem-



Digitized by Google

mingen & Dn. Joh. Giphenius ſententiam ſuam propterea di-
xerint, uti conſtat ex *Hiſt. Pac. Weſtphal.* Tobiæ Pfanneri *lib. 4.*
17. *§. 65.* Quin etiam (3) Imperator cum Imperio publicæ tranquil-
litatis causâ conſenſerit, ut vigore conventionis Oſnabrugen-
ſis & Monaſterienſis inſtitutus ſit octavus Electoratus; per verba
expreſſa *Inſtr. Pac.* Cæſ. Svec. *Art. 4. §. Quod ad Domum Pa-*
18. *latinam 5.* & Cæſ. Gall. §. *13.* Et quia (4) res circa mutatio-
nem A. B. utpote Legis Imperii Univerſalis, verſabatur, aliter
quam cum conſenſu Imperiali id fieri non potuiſſe omninò
ſtatuendum videatur, per *Art. 2. Capp. Imperat.* Et quamvis
19. (5) non omnis poteſtas Legislatoria Cæſareæ Majeſtati dubia
reddi queat, prout infra probabitur, imò nec omnis Aureæ B.
mutatio Imperatori videatur eſſe reſtricta, cùm ſecundum
Nonnullos Electorum numerum non quidem diminui, auge-
ri tamen permittere dicatur palam tamen ſit ex Articulo no-
ſtro, etiam ad augmentum Ejus Conſenſum Statuum Imperii
requiri; ibi: Mit Rath und Conſens Unſer/ und des Heiligen
Reichs Chur-Fürſten/ Fürſten/ und anderer Stände/ beſſern.
Ut taceamus *(6)* Exempla corũ, qui ſibi vel ſuis familiis novum
Electoratum petentes repulſam tulerunt. Hinc utique Ex-
tenſionis illius A. B. ad Electoratum octavum cauſa Efficiens
ſtatuenda videtur Imperator cum Imperio.

20. §. 6. Hæc ferè præcipua ſunt fundamenta, quæ move-
runt Illos, qui ſtatuunt, quod nec Electoratus Nonus aliter
quàm cum Conſenſu Statuum Imperii inſtitui potuerit;
Pro Imperatore tamen & Electoribus rationes quoque
21. pugnant non unæ; Cæſarei enim Juris (1) ſolius eſt creare Co-
mites, Principes, Reges, adeoque & Electores, quod enim Hi
excipiendi ſint, nulla ſolida Juris ratio videtur poſſe opponi,
22. cum illa, quæ ſpectant ad dignitatem, ſint de Reſervatis Cæſa-
ris, *Capit. Joſeph. infra Art. 43.* ibi: Bey Collation derer Digni-
täten dahin ſehen/ quod pluribus deductum in *Not. noſtris ad*

*Bach.*

*Bæcl. Not. Lib. 4. cap. 1. ad voc. Dignitaſque.* Quemadmodum (2) hactenus eſt in poſſeſſione vel quaſi conſtituendi de novo 22.
Electoris, uti exemplo Mauritii Saxonis, & Maximiliani Bavari eſt manifeſtum. Unde etiam (3) in *A B. cap. 7. §. 3.* expreſsè 23.
adſcribitur Imperatori Proviſio de Electoratu *ibi. de ipſo providere debebit & poterit.* Et quamvis (4) *A. B. d. l.* de caſu 24.
ſaltem vacantiæ loquatur, nullibi tamen id negatur Imperatori in caſibus reliquis. Inprimis (5) cùm vacantia aliqua in- 25.
telligi poſſit in eo, quod Evangelicorum Electorum numerus ſit imminutus ita, ut præter duos tum temporis non alius ex Evangelicis, hodiè verò tantum unicus ſuperſit, cùm tamen olim dimidium ferè numerum Evangelici conſtituerint illuſtris Electorum Collegii; Ut taceamus (6) Aureæ Bullæ multa 26
capita non tantum expreſsè ſed etiam tacitè eſſe immutata, quemadmodum & (7) plura ejus Capita, videlicet *Tit. 3. &* 27.
*4. de Seſſione Eccleſiaſticorum Electorum, & de Electoribus in communi. Tit. 12. De Congregatione Principum. Tit. 16. De Pfalburgeris.* ibi: *De Imperatoria Poteſtatis plenitudine omnium Principum Electorum, Eccleſiaſticorum & Secularium, ſano accedente Conſilio, ex certâ ſcientiâ ſtatuimus*; deliberatione tantum cum Electoribus habita, ſunt conſtituta; & *poſteriora Capita* in Curiâ Metenſi, aſſiſtentibus tantùm Electoribus, ſunt promulgata. Nec (8) in Capitulationibus jus hoc Imperatorium 28.
expreſsè inveniatur reſtrictum; Quod verò Imperatori reſtrictum non eſt, illud Eidem reſervatum cenſeatur, & liberæ Ejus diſpoſitioni relictum. Quod ipſum (9) hoc caſu eò magis ob- 29
tinet, cùm Electores omnes in Electoratum Nonum conſenſerint, nec Collegium Civitatum diſſentiat, ita ut Imperator eò facilius deciſionem ſibi ſumere poſſit. Inprimis (10) cùm 30.
in Capitulationibus Illius ſaltem Collegii Conſenſus, in quod recipi noviter creatus debet, requiri videatur; *vid. infra Artic. 43.* ibi; Dasjenige Collegium, darinnen ſie aufgenommen



Digitized by Google

31. werden ſollen. Accedit (11) quod Caſus hic utilitatem Imperii Romano-Germanici, maximè autem, quoad ſtatum Rei
32. Evangelicæ, vel maximè concernat; Hinc, quia hæc ita ſpecioſè ventilantur, noſtrum non eſt litem decidere, ſed Nobis ſatis eſt, utriusque Partis fundamenta ſummatim recenſuiſſe, deciſionem verò *Iis*, *Queis*

*De meliore luto finxit Præcordia Titan*, reliquiſſe.

# CAP. III.

## *DE JVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA LEGES FVNDAM. IN SPECIE*

## *II. CIRCA PACEM PVBLICAM TAM RELIGIOSAM, QVAM PROFANAM, EIVSQVE FIRMAMENTVM SEV MANVTENTIONEM.*

I. Pax Publica *tam* Religioſa *quàm* Profana *inter Leges Imperii Fundamentales refertur*. 1.

Et meritò; *quod probatur*

(1) Ex naturâ Legis Fundamentalis. 2.

(2) *Quia* Lex *eſt* perpetua *toties* confirmata. 3.

II. Pax Religioſa *eſt* Pax Publica Politica. 4.

Pax Publica *dividitur in* Religioſam & profanam. 5.

*Nec obſtat* nomen *ſive* Latinum *ſive* Germanicum. 6.

*Quid denotet vox?* Land-Frieden? 7.

III. Differentia *utriusque Pacis*

(1) objectiva. 8.

(2) *Ratione* temporis. 9.

Conſtitutio de Pace Publica veſtigia *monſtrat* in A. B. *& ante illa* tempora. 10.

*Quare* Pax profana *dicatur* Pax publica? 11.

IV. Definitio *Pacis Imperii Publicæ?* 12.

*Quibus modis* turbetur *Pax Publica Imperii?* remiſſivè. 13.

*Requiſita Criminis* fractæ Pacis. 14.

*Dum* (1) dolus (2) arma (3) coadunatio hominum *requiritur*. 14.



Digitized by Google

*An* unus *delictum fracta Pacis committere poſſit?* 15.
*Quid in* delicto omiſſionis *ſtatuendum?* 16.
*Cui? contra quem? ad quid? & coram quo detur hac actio?* 17.
Domus Burgundica *eſt privilegiata contra actionem fracta pacis.* 18.
V. Diviſio Pacis Publicæ *in Religioſam & Profanam eſt* Generis analogi. 19.
Pax Publica & profana *ſunt ferè Synonyma.* 20.
*Pax Publica profana* definitur. 21.
VI. *Quando cauſa* violatæ Pacis Religioſæ *exiſtit.* 22
Definitio *Pacis Religioſa.* 23.
*Quando lata hac lex Fundamentalis?* 24.
*Quâ occaſione?* 25.
*Primum* Caput *Tranſactionis Paſſavienſis & Pacis Religionis* de non lædendis intuitu Religionis *Aug. Conf. Addictis Statibus.* 26.
*Alterum* Caput de non lædendis intuitu Religionis *Statibus Catholicis* 27.
*Tertium* de non lædendo *quocunque* religionis receptæ intuitu. 28.
*Confirmatio* Pacis Religioſæ. 29.
VII. Effectus *Pacis Religionis*, 30.
Eſt (1) Libertas *circa Religionem.* 31.
(2) *Circa* Diſciplinam *Eccleſiaſticam & Jurisdictionem.* 32.
(3) *Circa Conſtitutionem Miniſtrorum Eccleſia.* 33
(4) *Quid circa adminiſtrationem Eccleſiaſticarum rerum?* 34.
VIII. Qui fruantur *Pace Religionis?* 35.
*Etiam* Reformatis *Pax illa debetur.* 36.
*Alia Secta* præter Catholicos, Lutheranos & Reformatos *ſunt excluſa.* 37.
IX. *Etiam* mediatus Imperii Civis *actionem fracta Pacis religioſa* in ſupremis Judiciis *inſtituere valet.* 38.
(1) *quia id poteſt in fractâ Pace Publicâ.* 39.
(2) *quia utraque Pax de pari judicanda.* 40.
(3) *quia aliàs malè conſultum eſſet laſis.* 41.
(4) *quia & in pœnam Banni agitur.* 42.
(5) *per text. expreſſ.* 43.
X. Cauſa Pacis Religioſæ *etiam coram* Senatu Cæſaris Aulico *tractari poteſt.* 44.
Eadem pœna *propter fractam Pacem Religioſam & Publicam* eſt ſancita. 45.
XI. *Status Imperii eorumque ſubdi-*



Digitized by Google

*ti* liberè *poſſunt* Religionem immutare & exercere. 46.
Status *Concionatores ſuæ Confeſſionis* ſecum habere poſſunt. 47.
Subditi *Privatim* Religioni ſuæ vacare valent, *ita ut & privatim ſuæ Religionis Præceptoribus liberos committere poſſint*. 48.
*Habent etiam* Beneficium emigrandi. 49.
*Quod* voluntatis *eſt, non* neceſſitatis. 50.
XII. *Quid obtineat*, ſi quis Clerici Ordinis Religionem immutet? *Ubi de Reſervato Eccleſiaſtico*. 51.
Cujus deciſio *primùm ex plenitudine Poteſtatis Cæſareæ facta*, poſtea eſt confirmata. 52.
*Quod Reſervatum etiam* Auguſtanæ Confeſſioni Addictis *prodeſt*. 53.
XIII. *Summæ Poteſtati* Jus reformandi *competit*. 54.
*Etiam Statibus Imperii*. 55.
*Pacta tamen* propterea inita *ſunt ſervanda*. 56.
XIV. *Suſpenſio Jurisdictionis Eccleſiaſticæ* etiam in cauſis Canonicalibus *obtinet*, Appellatione remotâ. 57.
(1) *quia* cauſæ Eccleſiaſticæ *non devolvuntur* ad Summa Imperii Judicia. 58.
*Dum Cæſar* illâ *Jurisdictione ſe abdicavit*. 59.
(2) Jurisdictio Pontificia *contra A. C. Status etiam Eccleſiaſticos* eſt ſuſpenſa. 60.
(3) Eccleſiaſtici Status *æque gaudent Jure Territoriali*. 61.
(4) *Papæ & Epiſcoporum poteſtas* in Status Evangelicos *eſt translata*. 62.
(5) *Status Imperii A. C. addicti* in cauſis Eccleſiaſticis *ſupremam habent poteſtatem*. 63.
(6) Jurisdictio Eccleſiaſtica *ſe continet intra* terminos territorii. 64.
(7) *Epiſcopi & Prælati Catholici* de pari judicantur *cum A. C. addictis*. 65.
(8) *Judicium Cæſareo-Aulicum* cauſam Canoniſſarum Quedlinburgenſium *ad Abbatiſſam remiſit*. 66.
XV. Suſpenſio Jurisdictionis Eccleſiaſticæ *limitatur certo modo* in matrimonialibus. 67.
*Cauſæ matrimoniales* in Camerâ *non recipiuntur*. 68.
Status Evangelici in Gravaminibus ſuis *cauſas matrimoniales inter Eccleſiaſticas ſuſpenſas* referunt. 69.
Sed ſecus id eſt ſi *per conſequentiam accedunt liti*. 70.
*Multa permittuntur* per conſequentiam, *quæ* principaliter *prohibentur*. 71.
Sententia *contra Catholicum Reum lata*, facit etiam jus

*in cauſa connexa* contra Evangelicum. 72.
XVI. Sententia legitimitatis *lata à Judicio Catholico contra Reum Catholicum & Conſortes Aug. Conf.* etiam hos obligat. 73.
(1) *quia* legitimitatis *cauſa eſt individua*. 74.
(2) *quia judicium contra reum Catholicum eſt fundatum*. 75.
(3) *quia* Judicium in Clericum *etiam Laicum ad ſe trahit*. 76.
(4) *Inprimis quando* Cauſa matrimonialis facta eſt. 77.
(5) *Allegantur* Reſponſa Juris idem confirmantia. 78.
XVII. *Conſtitutio de Firmamento Pacis Publicæ* à Maximiliano I. lata. 79.
*Quid contineat?* 80.
*Etiam Plures tales Conſtitutiones* de firmanda Pace *illâ ſunt ſecuta*. 81. 83.
*In textu mentio fit illius, quæ A. 1555. erecta*. 82.
Et Quare? 84.
XVIII. *Modi firmandi & ſtabiliendi Pacem Publicam*. 85.
*Eſt* (1) Conventio *inter Imp. & Status Imperii*. 86.
(2) Peculiaris *Statuum* Promisſio. 87.
(3) Promiſſio ſub fide Principali 88.
(4) *Adjectio* Clauſulæ doli. 89.
(5) Inſtrumentum Publicum, *ubi de Sigillo* 90.
(6) *Crebra* repetitio & renovatio. 91.
(7) Mandatum Cæſareum. 92.
(8) Statuta pœna *in Transgreſſores*. 93.
(9) Judicium Camerale & Senatus Cæſareo-Aulicus, *& Actio fractæ pacis*. 94.
(10) Executio, *quo ſpectat* Ordinatio Executionis. 95.
Ordinatio Executionis *Quid ſit?* 96.
In Com. Auguſtanis de Anno 1555. *erecta & in ſubſequentibus aucta*. 97.
Quid ſit Manutentio pacis Publicæ? 98.

§. I.

Porrò & II. inter Leges Imperii Fundamentales, quamobrem Rex Romanorum in Capitulatione ſe expreſsè obligat, 1. mentio fit in præſente Articulo *Pacis Publicæ, Religioſæ* ſcilicet & *profana*, Ejusque *Firmamenti* ſeu *Manutentionis* in Comitiis Imperii Auguſtanis Anno 1555. partim acceptæ & concluſæ, partim reviſæ atque auctæ, ibi: Den Frieden in Religion- und



Digitized by Google

und Profan-Sachen/ den Land-Frieden/ ſamt der Handhabung deſſelben/ wie auff dem zu Augſpurg im Jahr 1555. gehaltenen Reichstag auffgerichtet/ angenommen/ verabſchiedet und verbeſſert/ auch in denen darauff erfolgten Reichs-Abſchieden wiederholet und confirmiret worden; Dum enim
2. (1) mutuo Cæſaris & Statuum Conſenſu in *Pace Religionis* de libertate circa Religionem, & de vi religionis intuitu ſibi invicem non inferendâ; in *Profanâ* verò de vi publicâ non inferendâ ſed illatâ propellendâ, deque ſecuritate conſervandâ & promovendâ, convenrum; adeoque nihil magis quietem & tranquillitatem inter Imperantes & Parentes conſervat, tueturque; imò Normam ſuppeditat, Fundamentumque obligatorium de tuendâ Pace, tam circa Religionem, quam in pro-
3. fanis negotiis; Dumque (2) Lex eſt perpetua tot Sanctionibus renovata & reſtaurata, ita ut etiam in Ipſo Inſtrumento Pacis *Art. 5. & 17. §. 8 & 9.* expreſsè ſit confirmata *R. J. de Anno 1641. §.* Als auch 15. ibi: beſtändig bleiben/ ſtet/ feſt und unverbrüchlich gehalten 2c. Hinc meritò inter Leges Imperii Fundamentales, quæ pro Statu Publico ordinando & conſervando latæ ſunt, refertur, quapropter Rex Romanorum obligatur.

4. §. 2. Notanda verò eſt in Textu amica utriusque Pacis conjunctio, dum notanter dicitur *Pax* generaliter *de Religioſis & profanis rebus*, der Friede in Religion- und Profan-Sachen/ quæ poſtea rurſus per appoſitam vocem generalem, der Land-Frieden/ conjungitur. Quod ipſum etiam obſervat *Deckher.* in Tractatu ſuo *de Pace Civili Religioni datâ*, qui non ſolum in *Præfatione* Tractationi præmiſſa explicat, quod Pax illa Religionis nihil habeat de Articulis Fidei, ſed merè ſit Politica; Sed etiam in *Part. 1. num. 2.* Pacem Publicam in Profanam & Religioſam dividit, quod etiam ante ipſum fecit Roding.

*in*

Digitized by Google

*in Pand. Cam. Lib. 1. Tit. 6. §. 2.* Neque verò Conjunctioni illi reclamat Nomen ſive Latinum *Pacis Publicæ*, ſive Germanicum, den Land-Frieden conſideres, cùm utrobique pateat Pax Univerſalis Politica omnibus trium Religionum in Imperio receptarum Civibus & ſubditis, ſive eam circa res religionis, ſive circa res profanas attendas; & utraque ab omnibus Imperii Civibus ſanctè & æqualiter ſit ſervanda. Utraque etiam vox idem denotet, cum & vox Land-Frieden denotet einen allgemeinen Frieden ſeu Pacem Publicam, ſicuti ex ſimilibus vocibus Land-Straſſe / Land-Erben / Land-Schaden / ꝛc. quæ viam Publicam, heredes vulgares, damnum publicum, gemeine Straſſe / gemeine Erben / allgemeinen Schaden ſignificant, pateſcit. 6. 7.

§. 3. Manet tamen utriusque Pacis differentia objectiva, 8.
ut ſcilicet *altera* verſetur *circa Res Religionis*; *altera* verò *circa Res profanas*, non hoc ſenſu, quod profani aliquid tueatur, ſed quod circa talia verſetur, quæ religionem non concernunt, cùm aliàs utraque ſit ſancta & ſanctè quoque ſervanda; *Altera, Religioſa* ſcilicet, eſt recentior, cùm ante Tranſactionem 9.
Paſſavienſem Anno 1552. die 31. Julii Paſſavii initam, eamque Anno 1555. Auguſtæ Vindelicorum inſecutam ipſam Pacem, ſeu Legem de Pace Religionis Fundamentalem in Imperio non legatur. *Pax* verò *profana*, antiquior eſt, quippe quæ jam Maximiliano I. Imperante. (Unde & originem Ejus repetunt. *vid.* Roding. *in Pand. Cam. Lib. 1. Tit. 7. num 3.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 29. num. 1.* Gail. *de Pace Publ. Lib. 1. cap. 1. num. 2.*) Anno 1495. per Conſtitutionem von Königlichen Land-Frieden zu Worms; Quòd ſi verò conſtitutiones de Pace Publicâ extra Corpus Receſſuum Imperii, quemadmodum ad *Bæcler Notitiam Lib. 12. cap. 4.* demonſtravimus, conſideres, jam ante illa tempora obtinuit. Præter enim Veſtigia, quæ in 10.
*Tit. XVII. A. B. de Diffidationibus* habentur, occurrunt Conſtitutio-

tutiones *Friderici I. de Pace tenendâ*, & tam in primo quàm ſecundo Tomo *Goldaſti de Conſtitut. Imperii* variæ leguntur;

11. Ita ut tunc temporis & jam antea Pax publica & Germanicè der Land-Frieden ſit dicta; Unde ſine dubio traxit originem, quod illa Species Pacis publicæ, quæ circa res profanas verſatur, ſpeciali acceptione & ad diſtinctionem Pacis Religioſæ dicatur in genere analogo Pax Publica, & Germanicè der Land-Frieden; Ut fere in famosâ ſignificatione per Pacem Publicam κατ' ἐξοχὴν intelligatur profana.

12. §. 4. Definitur *Pax* Imperii *publica* generaliter accepta; Quod ſit *Lex Imperii Fundamentalis de tranquillitate & quiete publicâ ſive religionis ſive alterius cauſa intuitu non turbandâ.*

13. Quot modis autem tàm *omittendo* quam *committendo* turbetur illa tranquillitas & quies publica, id vide paſſim *in Conſtit.* vom Land-Frieden maximè *de Anno 1521. & 1548.* & apud Doctores Juris Publici & Cameralis. *Schutz. in Coll. J. P. Vol 2. Diſp. 4. th. 3. & 4.* Roding. *in Pand. Cam. Lib. 1. Tit. 7. num. 26. ſeqq.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 29. §. 9 ſeqq.* Dn. Schvveder. *in Introd. Jur. Publ. Part. Gen. Cap. 3. §. 12.* Et nos quoque in *Not. ad* Bœcler. Not. Imper. *Lib. 12. Cap. 4* ad verb. *Crimina*
14. *enumeres* prolixè enarravimus. Ubi ergò quis (1) *doloſè*, (2) *armis*, & (3) *coadunatis hominibus* contra Pacem Publicam delinquit, uti hæc requiſita regulariter adeſſe debent per *Conſt.* des Land-Friedens/ *de Anno 1548. in pr. §. 1. ibi:* Mit bewehrter Hand/ und gewaltiger That frevendlich *R. J. de Anno 1594. §.* Alſo iſt auch *67. ibi:* Die Beweiſung *violentia vel coadunationis*
15. *hominum.* Unde nec unus, licet vim faciat, crimen fractæ Pacis committere dicitur, niſi conſortes Criminis habeat *d. R. J.* §. Ebener maſſen *68.* nec pro violatore Pacis Publicæ habetur. Et quamvis in Caſibus Delicti omiſſionis & in nonnullis quoque commiſſionis poſteriora duo requiſita applicari non poſſint, adeoque nec locum habeant juxta *R. J. de Anno 1594. d. §. 67.*

Digitized by Google

§. 67. Roding *in Pand. Cam. lib 1. Tit. 7 §. 28.* Hi tamen non
minus quam illi incidunt in violationem Pacis Publicæ ſeu
Crimen fractæ Pacis, juxta ea quæ §. 4. *præc.* ſunt probata.
Unde vel (1) ad pœnam Banni (2) ad privationem privile- 17.
giorum (3) ad pœnam pecuniariam 2000. marcarum auri
quarum ſingulæ faciunt 72. aureos in auro, & (4) ad reſtitutio-
nem ablatorum, datique damni, coram Judicio Cæſareo Au-
lico vel coram Camera Imperiali, vel etiam certis caſibus co-
ram Ordinario Judice accuſatio à quovis, ſive mediato, ſive
immediato, modò mediatus non ſit Clericus, nec Criminali-
ter agat; contra quemcunque ſive mediatum, ſive immedia-
tum, modo & hîc mediatus non ſit Clericus; imò & privilegia-
tum & exemptum; exceptâ domo Burgundicâ ratione Duca- 18.
tus Brabantiæ, per *R. J. de Anno 1548.* §. Und nachdem 67. fieri
poſſit. *Ord. Cam. Part. 2. Tit. 9.* §. So iemands. Roding *in Pand.
Cam. Lib. 1. Tit. 7.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 29.* ubi hæc multis
deducuntur.

§. 5. Quia ergò hæc circa Conſtitutionem Pacis Publicæ 19.
obtinuere, etiam antequam Conſtitutio Pacis religioſæ fuit
conventa & publicata, ita ut idem circa Pacem profanam, quod
circa Pacem publicam ſit obſervatum, prout etiam *ſupra §. 3.*
dictum. Hinc diviſio Pacis Publicæ in Profanam & Religio-
ſam non eſt diviſio Generis Univoci, ſed Generis Analogi in
Species ſuas analogas, ubi à potiſſimo analogato fit denomi-
natio, prout Philoſophi loquuntur, ita ut Pax Publica & Pax 20.
Profana in effectu ſint Synonyma, nec aliter differant quam
quod Pax Profana eam turbationem, quæ intuitu Religionis
fit, non comprehendat, ſed in aliam Conſtitutionem Pacis
ſciſ. Religioſæ incidat, quæ tamen ſub generali Pacis Publicæ
conceptu comprehenditur. Unde etiam ita rectè definitur
Pax publica profana; Quod ſit *Lex Imperii Fundamentalis de* 21.
*Tran-*

Digitized by Google

*Tranquillitate & quiete publica, rei non religioſæ ſed profanæ intuitu, non turbandâ ſed conſervandâ & tuendâ.*

22. *§. 6.* Quod ſi verò turbatio Pacis Publicæ propter religionem ſive ratione perſonæ ſive bonorum & redituum ſive directè ſive indirectè contingit, tunc cauſa violatæ pacis religioſæ ſeu Crimen fractæ Pacis religioſæ exinde exiſtit. Gail. *lib. 1. Obſ. 1. num. 3. & Obſ. 2. num. 1.* Roding *Pand. Cam. lib. 1.*

23. *Tit. 6. §. 4. & 5.* Eſt enim Pax Religionis *Lex Imperii Fundamentalis de tranquillitate publicâ religionis intuitu non turbandâ*

24. *ſed religione liberè colenda.* Et lata eſt hæc Lex Auguſtæ Vindelicorum *Anno 1555. die 25. Septembris* à Ferdinando I. Imp. cum conſenſu omnium Imperii Statuum in Comitiis Augu-

25. ſtanis. Cùm enim in Imperio Romano-Germanico cuncta diſcordiis feſſa eſſent Civilibus, intercedente inprimis moderati ingenii Principe Ferdinando I. tùm temporis glorioſiſſimo & nunquam ſatis laudando Romanorum Rege; Tranſactio Paſſavienſis inter Carolum V. Imperatorem & Mauritium Electorem Saxoniæ Ipſiusque Confœderatos *Anno 1552. d. 16. Julii* eſt inita; Cujus ut & poſtmodum in Comitiis Auguſtanis inſecutæ Sanctionis Pragmaticæ ſeu Pacis Religioſæ præcipua

26. Capita fuere, *Primum:* Ne Imperator vel Rex Romanorum & Imperii Ordines aliquem Statuum Auguſtanæ Confeſſionis ob eam Profeſſionem vi vel armis invadant, detrimentove afficiant, à Religione, fide, Ceremoniis, Ordinatione Miniſteriorum, ritibusque in Eccleſiam introductis, introducendisve in ſuis ditionibus contra conſcientiã ne abſtrahant; Nec Mandatis aliusve modis graves moleſtive ſint, nec deſpiciant; Sed & religionem prædictam Ejusq; Exercitium liberum, & res atque

27. jura omnia intacta relinquant; *Alterum:* ut Ordines Auguſtanæ Confeſſionis erga Imperatorem, Ordinesque priſcæ Religionis, eorumque Collegia atque alios Eccleſiaſtici Ordinis homines idem omninò obſervent, atque æquo cum iis Jure

con-

contenti ſint, ita ut quod uni Parti juſtum, alteri quoque ſit juſtum; Cui & addi poteſt Generale *Tertium*: Ne quis alterum cujuscunque Statûs Dignitatis & Conditionis, intuitu Religionis receptæ lædat, gravis ei, moleſtusve ſit, *add*. ea quæ infra *§. 9. h.* proponuntur; 28.
Quæ omnia promittuntur ſub fide & cautione dignitatis Imperatoriæ, honoris Principum & pœnis Conſtitutionis de Pace publicâ; Alles bey Käyſerlichen und Königlichen Würden / Fürſtlichen Ehren / wahren Worten / und Pœn des Land-Friedens *R. J. de Anno 1555. §.* Und damit ſolcher Fried *15. ſeq. & §.* Setzen *14.* add. Roding. *in Pand. Cam. Lib. 1. Tit. 6. §. 6.* Inſtr. P. Osnabr. *art. V. §. 1. ſeqq.* 29.

*§. 7.* Unde Auguſtanæ Confeſſioni addicti æquè ac Catholici Imperii Status ex Pace Religionis habent liberum Religionis ſuæ exercitium, liberamque rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem; 30.
adeoque non tantum (1) *liberam doctrinæ profeſſionem, Ejusque aſſertionem, immutationem & introductionem. R. J. de Anno 1555. §.* Und damit *15.* ibi: Von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion und derſelben Lehr / Religion und Glaubens halben ꝛc. *§.* Und nachdem 18. ibi: von der alten Religion abtreten *vid.* tamen quæ infra *§. 11.* pro declaratione horum proponuntur. 31.
Sed etiam (2) *Diſciplinam Eccleſiaſticam & Jurisdictionem*, quæ juri Territoriali Statuum Evangelicorum quaſi poſtliminiò fuit reſtituta, & Pontificia indeque dependens Jurisdictio ſuſpenſa *R. J. de Anno 1555. §.* Damit auch *20.* Inſtr. P. *Art. 5. §. Quantùm 12. verſ. 29. & §. Jus diœceſanum 16 verſ. 17.* 32.
Et denique (3) *Conſtitutionem Miniſtrorum Eccleſiæ d. §.* Damit auch 20. ibi: Beſtellung der Miniſterien / Kirchengebräuche *vid.* Schutz. *in Coll. J. Publ. Vol. 2. Diſp. 4. th. 13.* 33.
Quod porrò (4) adminiſtrationem liberam Eccleſiaſticarum rerum concernit, de eâ proſpectum Statibus eſt in *R. J. de A. 1555. §.* Und damit *15. ſeq.* ibi: Haab / Güthern / Renten / Zinſen / Zehenden / *Inſtr. P. Osnabr. art. 5. §. 15. verſ. Illi verò 45.* 34.



Digitized by Google

35. §. 8. Et fruuntur Pace illâ Religioſâ ſaltem Catholici & Auguſtanæ Confeſſioni addicti, & qui inter hos Reformati vocantur. *R. J. de Anno 1555.* §. **Doch ſollen** *17. R. J. de A. 1566.*
36. §. **Auff daß aber** *5.* Inſtr. Pac. Oſnabrug. *art. 7.* Nam quamvis olim tam inter Theologos quàm JCtos diſputatum fuerit: Utrum Reformati ſub Auguſtanæ Confeſſioni addictis comprehenderentur? Liti tamen finem, quoad Pacem Religioſam, impoſuit Inſtrumentum Pacis *d. l.* Ita ut *quicquid Juris aut beneficii Pax Religionis & Inſtrumentum Pacis, comprehenſaque in eo Deciſio Gravaminum, Catholicis & Auguſtanæ Confeſſionis Statibus tribuunt, id etiam Iis,* qui inter Illos Reformati *vocantur, competere debeat.* vid. Cranius *de Pace Relig. Part. 1. Probl. 13.* Oldenburger. *in Limn. Enucl. lib. 1. cap. 11. num. 7.* Deckher.
37. *de Pace Relig. Part. 1. num. 12. pag 41. ſeqq.* Aliæ verò Sectæ, quæ ſunt in Imperio Romano, nec aliquam ex dictis tribus Religionibus amplectuntur, per expreſſa Religioſæ Pacis verba excluduntur, nec de fractâ vel turbatâ Pace poſſunt conqueri. *R. J. de Anno 1555.* §. **Doch ſollen** *17. R. I. de Anno 1566.* §. **Auff daß aber** *5.* Inſtr. Pac. Oſnabr. *Art. 7. §. 2. in fin.* Frider. Mind. *de Proceſſ. Lib. 1. Tit. 29. num. 4.* Roding. *in Pand. Cam. lib. 1, Tit. 6. §. 31.*
38. §. 9. De cætero nihil intereſt ad actionem fractæ Pacis religioſæ inſtituendam, ſive Actor vel Reus ſit immediatus ſive etiam mediatus, vel etiam Privilegio munitus, dum & hi ſecundum veriorem Doctorum ſententiam in ſupremis Judiciis
39. ſtatim agere vel conveniri poſſunt, cum (1) per ea quæ *ſupra* §. 5. ſunt dicta, idipſum obtineat in actione fractæ Pacis Publicæ, adeoque idem in ſpecie de Pace Religioſâ affirmandum;
40. Imò (2) ſi Pacem publicam profanam capias pro Termino comparationis, utraque Pax de pari judicanda. Cameræ enim Aſſeſſoribus injunctum, ut in Conſtitutione Pacis Religioſæ & Pacis Publicæ paribus paſſibus ambulent. *Memorial. de Anno 1579.*

Digitized by Google

1579. §. Und dann die Ladung. add. *R. J. de Anno 1566.* §. Und nach dem *6 circ. fin.* ibi: Wider ſolchen Religion- und gemeinen Frieden beſchwerte / ſich förderlich / und gleichmäſſig erweiſen. *vid.* Roding. *in Pand. Cam. Lib. 1. Tit. 6.* §. *24.* Et quomodo 41
(3) conſultum eſſet emigrare prohibito vel coacto, religionis causâ in carcere detento, vel alias contra Pacem Religionis afflicto, ſi nec in ſupremis Judiciis accuſare ipſi liceret? *R. J. de Anno 1555* §. Nachdem 27. ibi: Der Frey- und Reichs-Städte Bürger und andere Einwohner ꝛc. wie oben bey der Religion Reichs-Stände halben verordnet *&* §. Wir befehlen *32.* ibi: denen Partheyen / welcher der obgemeldten Religionen die ſeyen. *R. J. de Anno 1566.* §. Und nachdem *6. circa fin.* ibi: Ob iemand wer der wäre / beſchweret. Accedit (4) quod etiam contra 42
Transgreſſores Pacis Religioſæ in pœnam Banni agi poſſit. *R. J. de Anno 1555.* §. Und damit *15. ſeq. in fin.* ibi: bey Pön des Land-Friedens / adeoque coram Camerâ vel Cæſare. Imò *(5)* 43
expreſſi Juris textus hoc evincant, per *text. num 3. alleg.* quibus *add. R. J de Anno 1555.* §. In ſolcher *13. verſ.* wofern *ibi*: Stände und Unterthanen / & porrò: der Stände und Unterthanen Gemüther.

§. 10 Quemadmodum non tantum coràm Camerâ 44
Imperiali ſed etiam coram Judicio Cæſareo Aulico, ſecundum veriorem Publici Juris Doctorum ſententiam, Reum convenire licet, per *Ordin. Jud. Aul. Tit. 1.* §. Wir wollen auch ibi: So wohl geiſt- als weltlichen Sachen mit Zuziehung beyderſeits Aſſeſſorum in gleicher Anzahl. *Add.* Inſtr. Pac. Cæſ. Svec. *Art. 3.* §. *20. verſ. Ac proinde 53.* Ibi: *Idem etiam in Judicio Aulico &c.* ubi proſpectum eſt illi, quod dubiam reddere opinionem poſſit. Præterea quoque actio fractæ Pacis Religioſæ ad eandem 45
pœnam damnique reparationem datur, ad quam datur actio fractæ Pacis Publicæ *R. J. de Anno 1555.* §. Und damit *15. & ſeq. in fin.* ibi: Bey Pön des Land-Friedens; perque ea, quæ §. *præc. n. 1, 2. & 4.* ſunt dicta.



Digitized by Google

46 §. 11. Ad declarationem eorum, quæ *ſupra* §. 7. *de liberâ Religionis introductione, immutatione & reformatione* ſunt dicta, non eſt prætermittendum, quod Status Imperii, imò & quivis Imperii ſubditi Jus habeant Religionem immutandi, eamque exercendi, uti deciſum in *R. J. de Anno* 1555. §. Und damit *15 ſeq.* §. Und nachdem *18. junct.* §. Setzen demnach *14.*
47 Ita ut Statibus *Concionatores Aulicos ſua Confeſſionis, ſecum atque in Reſidentia ſua habere liceat.* Inſtr. Pac. Cæſ. Svec. *Art. 7. §. 1.* & quod ad Subditos *d. Rec. I.* §. Nachdem *27. & R. J. de Anno*
48 *1566.* §. Und nach dem *6. circa fin.* Inſtr. Pac. Cæſ. Svec. *Art. 7. §. 1.* ibi: *Cujusque loci Statibus & Subditis*, Item: *Salvâ cujusque conſcientiæ libertate*; Ut domi devotioni ſuæ ſine inquiſitione aut turbatione ſint relinquendi, quò privatim eidem vacare & in viciniâ Religionis Exercitio publico intereſſe poſſint. *Inſtr. Pac. Cæſ. Svec. Art. 5. §. 12. verſ. Placuit 33.* Imò etiam concedendum, ut liberos ſuos Exteris ſuæ Religionis ſcholis aut privatis domi Præceptoribus inſtruendos committere poſſint. *d. Art. 5. §. 12. verſ. Placuit*; Quemadmodum etiam *Benefici-*
49 *um emigrandi* ipſis eſt conceſſum, *Inſtr. Pacis Art. 5. §. 12. verſ. Quantum 29.* ſi magis è re ſuâ id fore cenſeant; cum idipſum
50 *non ſit neceſſitatis ſed voluntatis.* Inſtr. Pac. *d. art. 5. §. 13. verſ. Quod verò 38. in fin.* ibi: *ſuâ ſponte emigrârint. R. J. de Anno 1555.* §. Wo aber unſere *24.* ibi: an andere Orthe ziehen/und ſich nieder thun wolten. *R. I. de Anno 1530.* §. *Item* etliche Obrigkeit *26. juncto* §. Und aber *37.* Cran. *de Pace Relig. Part. 1. Probl. 2. & Part. 2. Probl. 2.*

51. §. 12. Quod ſi vero aliqui Eccleſiaſtici Ordinis Religionem immutent, In *Conſtit. Pacis Religioſæ* ex plenitudine poteſtatis Cæſareæ decidit Imperator, ut Beneficium Eccleſiaſticum reſervaretur Ordini, ipſe verò Religionem immutans eodem, ſalva tamen per omnia exiſtimatione ſuâ, exueretur. *R. I. de Anno 1555.* §. Und nachdem *18.* Quod ipſum Reſerva-

tum

tum Eccleſiaſticum, oder der Geiſtliche Vorbehalt/ eſt dictum.
Quæ verò deciſio, utpote non communi Statuum conſenſu 52.
facta, cùm plurimis diſputationibus dederit anſam, de quibus
*vid.* Lampad. *de Rep. Rom-German. Part. 3. Cap. 11. num. 14. ſeqq.*
& Limn. *Lib. 1. cap. 13. num. 37. ſeqq. de Iur. Publ.* Et plura in
*Notis noſtris ad* Bœcl. *Notit. Lib. 12. cap. 5. ad voc.* Geiſtli-
cher Vorbehalt. Poſtea per *Inſtr. Pacis Art. 5. §. 3. verſ. Si igi-
tur Catholicus 15.* eſt confirmata, hâc tamen cum moderatio- 53.
ne, ut idem obtinere debeat in Beneficiis, Auguſtanæ Con-
feſſionis Addictis competentibus, ſi qui eadem poſſidentes
Religionem immutârint.

§. 13. Quod ad Jus introducendi & reformandi Religio- 54.
nem attinet, illud quidem competit ſummæ poteſtati, in terris
ſuis, quippe cui incumbit, ut veram Religionem apud ſuos
promoveat, & de ſalute ſubditorum etiam ſemper duraturâ
proſpiciat; *Deut. 17. v. 18. Eſa. 49. v. 23. L. 3. pr. C. de Summ.
Trin. R. I. de Anno 1525.* §. Und nach dem 1. Unde etiam Status 55.
Imperii ex Jure territoriali non tantum Religionem introdu-
cere in ſuas terras, ſed & introductam reformare poſſunt. *Pac.
Relig. in R. I. de Anno 1555.* §. Und damit ſolcher Fried 15. Inſtr.
Pac. *Art. 5. §. 12. verſ. Quantum. 29 & §. 13. verſ. Quod verò 38.*
Pacta tamen propterea inita Deo & natura ita jubente *Prov. 6* 56.
*verſ. 1. ſeqq.* Grot. *de J. B. & P. 2. Cap. 11. §. 4.* ſunt ſervanda.
Unde etiam Status Imperii Religionem in ſuo territorio aliter
reformare vel Statum Eccleſiaſticum & Exercitium Religio-
nis publicum immutare non poſſunt, nec ſubditi illud aliâ ra-
tione prætendere valent, quàm ſicuti Anno 1624. quacunque
Anni parte idipſum habuerunt per *Inſtr. Pac. Art. 5. §. 12. verſ.
Hoc tamen non obſtante 30. & Art. 7. §. 1.*

§. 14. Pari modo, quod Jurisdictionem Eccleſiaſticam 57.
concernit, pro declaratione illorum quæ *ſupra* §. 7. ſunt dicta,
obſervanda I. Notabilis *Ampliatio*; Quod ſcilicet ſuſpenſio



Digitized by Google

illa Juriſdictionis Eccleſiaſticæ etiam in cauſis Canonicalibus & Præbendarum, aliisque Eccleſiaſticis cauſis inter Statuum Eccleſiaſticarum Subditos obtineat; ita ut nec propterea à Statibus Imperii Evangelicis, etiam Eccleſiaſticis, Provocatio vel Appellatio detur ad Cameram vel Judicium Cæſareo-Au-
58. licum (1) quia cauſæ Eccleſiaſticæ, quales ſunt Cauſæ Canonicales *Dn. Stryk. ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 2. cap. 10. §. 7.* neque ad Judicium Aulicum, neque ad Cameralе pertinent nec devolvuntur, ſed ſpectant ad judicium Eccleſiaſticum. *cap. Tua 25 & t. t. extr de Decim. cap. nimis 30. extr. de jurej. cap. ſi diligenti 12. extr. de foro Comp.* Viſitations-Abſchied *de Anno 1570.* §. Wann auch *7. ibi:* auch andere Sachen Gail. *lib. 1. obſerv. 38. num. 1. & 2.* & *de Pac. Publ. Lib. 1. cap. 1. num. 14.* Mynſing. *Cent. 1. Obſ. 100.* Uffenbach. *de Conſtit. Imper. Aulic. cap. 12. Sect. 1.*
59. *ſubſect. 5.* Quia dum iis ſe ſponte ſua abdicavit Cæſar, eamque cognitionem Eccleſiaſticæ conceſſit Juriſdictioni; Uffenbach. *de Jud. Imper. Aul. cap. 10. ſect. 2. ſubſect. 1. num. 1. in fin.* Rhet. *de Seculariſat. cap. 4. num. 58.* per Concord. Nationis German. *d. 1. April 1447.* inter Frideric. III. & Nicol. V. inita. Blum. *in Proc. Cam. Tit. 26. §. 43;* Epiſcopi & alii Eccleſiarum Prælati de iis cognoſcunt *cap. 2. & 3. extr. de Judic. cap. Cauſam 17. de Off. deleg.* Juriſdictio vero (2) Pontificia & Eccleſiaſtica
60. cum omnibus ſuis ſpeciebus contra Aug. C. Status, eorumque ſubditos, tam inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni addictos, quàm inter ipſos ſolos Auguſtanæ Confeſſionis Status omnimodè eſt ſuſpenſa *Pac. Rel. in R. J. de Anno 1555.* §. Damit auch obberührte *20.* Inſtr. Pac. Cæſ. Svec. *Art. 5. §. 16. verſ. Jus Diœceſanum 47.* adeoque & contra Status Evangelicorum Eccleſiaſticos, eorumq; ſubditos. *Inſtr. Pac Art. 8. §. 1.* ibi: Omnes & ſinguli *Principes & Status libero Juris Territorialis tam in Eccleſiaſticis quam Politicis exercitio Regalibus ſtabiliti, firmatique ſunto;* cum Hi deterioris eſſe reliquis conditionis non debe-

aut

ant, cum (3) æquè gaudeant ſublimi Territorii jure & Maje- 61.
ſtate illâ analogicâ ſeu Summæ Poteſtatis æmulâ, ac Status Im-
perii Evangelici Politici, cui Jus Sacrorum cum Jurisdictione
Eccleſiaſticâ adhæret, vel exinde, tanquam ex fonte ſuo fluit &
derivatur *R. J. de Anno 1555.* §. Damit auch *20.* Inſtr. Pac. *Art. 5.*
*§. 12. verſ. Quantum 29.* ibi: *Cum jure Territorii & ſuperiorita-*
*tis. §. 14. verſ. Territorii 43. Art. 8. §. 1.* ibi: *Libero Juris territo-*
*rialis in Eccleſiaſticis exercitio.* Quæque erat (4) ante Leges 62.
illas Fundamentales Epiſcoporum & Papæ Romani poteſtas
circa Sacra, & Jurisdictio Eccleſiaſtica in Territoriis Statuum
Imperii Evangelicorum, ea in Ipſos Status Imperii eſt translata,
vel poſtliminio ipſis reſtituta, Reink. *de Reg. Sec. & Eccl. claſſ.*
*1 cap. 7. num. 23* Rhet. *Inſt. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 16. num. 8. §.*
*Quoniam.* Ita ut (5) Status Imperii Aug C. addicti in ſuis Ter- 63.
ritoriis in cauſis Eccleſiaſticis ex ſpontaneâ abdicatione Cæſa-
reâ ſupremam & independentem habeant poteſtatem, *Rein-*
*king. de Reg. Sec. & Eccl. lib. 3. Claſſ. 1. cap. 10. n. 51.* Brunnem.
*de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 2. num. 9.* Burgold. *ad Inſtr. Pac. Part. 2.*
*Diſc. 20. num. 13.* Perinde, uti in ſeculari Jurisdictione habent
Illi, qui Privilegio de non-appellando illimitato ſunt ornati
per *Aur. Bull. cap. 11. §. 2. & ſeqq. add.* Sereniſſimorum Haſſiæ
Landgraviorum Privilegia de non-appellando illimitata Fer-
dinandi II. & III. de Anno 1631. & 1650. in der Fürſtlichen
Heſſiſchen Sambt-Hoff-Gerichts-Ordnung *in fin.* Debet 64
enim (6) intra Terminos Territorii cujusque Jus Diœceſanum
& Jurisdictio Eccleſiaſtica ſe continere. *Inſtr. Pac. Caſ. Svec.*
*Art. 5. §. 16. verſ. Jus Diœceſ. 47.* Adeoque cauſæ Eccleſiaſticæ
ſubditorum intra Territoria Statuum A. C. addictorum ſunt
dijudicandæ. Cumque (7) ab Epiſcopo Germaniæ Catho-
lico in cauſis Eccleſiaſticis ad ſumma Imperii Tribunalia non
detur Appellatio, nec dabitur ab Epiſcopis & Prælatis Aug.
Conf. Addictis, cùm de pari omninò judicentur *Inſtr. Pac. Art.*

*5. §.*

Digitized by Google

*5. §. 1. verſ. 1. in fin.* ibi: *Quod uni Parti juſtum eſt, alteri quoque*
*ſit juſtum*; & *§. 3. verſ. Si igitur 15.* ibi: *Catholicus Archi Epi-*
*ſcopus, Epiſcopus & Prælatus, aut Aug. Conf. addictus.* Unde et-
iam (8) Inclytum Judicium Cæſareo Aulicum cauſam & Gra-
66 vamina Canoniſſarum contra Abbatiſſam Quedlinburgen-
ſem Anno 1697. propoſita, quod Gravamina cauſæ fuerint
Eccleſiaſticæ cum Reſcripto Excitatorio de adminiſtrandâ Ju-
ſtitiâ ad Abbatiſſam remiſit, prout allegat *Dn. Thulemarius in*
*Erudito ſuo Reſponſ. Jur. ſuper Quaſt.* An in cauſis Eccleſiaſticis
appellare liceat? *in fin. addit. 5.*

67 §. 15. Econtrario & II. obſervanda Notabilis *Limitatio:*
Quod ſcilicet Jus quidem Diœceſanum & tota Jurisdictio
Pontificia, cum omnibus ſuis ſpeciebus, contra Auguſtanæ
Confeſſionis Electores, Principes, Status (comprehensâ liberâ
Imperii Nobilitate) eorumque Subditos ſit ſuſpenſa, per *Pac.*
*Relig. in R. J. de A. 1555.* §. Damit auch *20.* Inſtr. P. Oſnab. *art. 5.*
*§. 16. verſ. Jus Diœceſanum 47.* In cauſis tamen matrimonia-
68 libus certo modo id limitationem patitur; Nam licet cauſæ
matrimoniales referantur ad forum Eccleſiaſticum *cap. Cau-*
*ſam 7. extr. Qui filii ſint legit. cap. 3. extr. de Ord. Cognit.* Unde
etiam nec in Camerali Judicio recipiuntur juxta *Viſitations-*
Abſchied *de Anno 1570.* §. Wann auch der Käyſerl. Majeſtät *7.*
Per Pacem verò Religioſam & inſecutum Inſtrumentum Pacis
Weſtphalicæ Jurisdictio Pontificis & Cleri Catholici Eccleſia-
ſtica in Auguſtanæ Confeſſioni Addictos cum omnibus ſuis
ſpeciebus ſit ſuſpenſa *R. J. de Anno 1555.* §. Damit auch obbe-
rührte *20.* Inſtrum. Pac. Cæſ. Svec. *art 5. § 16. verſ. Jus Diœceſa-*
69 *num 47.* Ita ut etiam Status Evangelici inter Gravamina ſua
Cæſareis ad Pacem Weſtphalicam Ablegatis Anno 1645. ex-
hibita, & hoc quoque retulerint: Daß die Catholiſche Ertz- und
Biſchöffe und andere Geiſtliche der Evangeliſchen Stände Un-
terthanen Ehe-Sachen vor Ihr Geiſtlich Gericht zu ziehen ſich un-
ter-

terſtünden apud Londorp. *Tom. 5. Lib. 2. cap. 114 Gravam. 5.* id tamen intelligendum de caſu ubi A. C. addicti *principaliter & directò* trahuntur ad Conſiſtorium Catholicorum Eccleſiaſticum; Quando verò per conſequentiam & per indirectum
accedunt liti contra Catholicum ratione Jurisdictionis alias 70
fundatæ, tunc & contra ipſos, in eadem eaque individua & connexa causâ, fundatum eſt judicium, cùm multa per conſe-
quentiâ fieri permittantur, quæ principaliter fieri prohibentur 71.
*L. quæſitum 16. ff. de in jus voc.* Gœdd. *de Seqneſtr. poſſ. cap. 1. num. 33. & ſeqq.* Connexitas enim cauſæ non eſt dividenda *L. Nulli 10. C. de Judic. & l. 1. & 2. ff. de quib. reb. ad eund. Jud.* Et quia ſententia contra Catholicum Reum in Conſiſtorio Ca-
tholico lata jus facit, in causâ connexa & individuâ etiam con 72
tra Evangelicos jus faciet; Cùm Pax Religioſa Juris Regulas etiam in ſanâ ratione fundatas non tollat vel immutet.

§. 16. Hinc, quando in Judicio Metropolitano Moguntino die 15. Decembr. Anno 1622. in cauſa legitimitatis Dn. Jo- 73.
hannis Ottonis, Comitis ab E. contra Epiſcopum Herbipolenſem Catholicæ Religionis & Conſortes, Comites ab E. & K. A. C. addictos ſententia eſſet lata, in quâ dictus Johannes Otto Comes ab E. pro legitimo & naturali Filio Patris ſui Antonii Comitis ab E. declaratus eſt, ſine præjudicio Pacis Religioſæ talis ſententia eſt prolata, ita ut etiam A. C. addictos obliget; 74
*partim* (1) quod cauſa ſit legitimitatis & individua, adeoque contra quoscunque proſit & jus inter omnes faciat; *arg. l. 25. ff. de Stat. Hom.* Hillig. *in Donell. Encl. lib. 20. cap. 8. lit. F.*
*Partim* (2) quod Judicium indubiè contra Epiſcopum Her- 75
bipolenſem, tanquam Suffraganeũ Moguntini, uti docet Matth. Steph. *de Iurisdiction. lib. 3. Part. 1. cap. 7 num. 23.* Chriſtoph. Wintzler. *de Iurisd. Epiſc. Germ. Tit. 2. num. 2.* fuerit fundatum; Cùm Epiſcopus ſubſit ſuo Archi Epiſcopo tanquam Metropolitano & Archi Epiſcopus in Eccleſiaſticis ſit Judex Epi-
ſcopi

Digitized by Google

ſcopi Ordinarius *cap. Paſtoralis ibique* Abb. Panorm. *num. 1. Notab. extr. de Offic. Ordin.* cap. Scitote *cum ſeq. & ibi* Archi-Diacon. *cap. 6. qu. 3.* Matth. Stephan. *d. l. num. 12. & cap. 8. n. 6.*
76 *verſ. deinde Epiſcopus. Partim* (3) quod Judicium in Clericum fundatum propter continentiam cauſæ etiam Laicum ad ſe trahat. Gail. *de Pace Publ. lib. 1. cap. 6. num. 20. cum ibi alleg.* Bartol. *&* Jaſon. Aug. Barboſ. *ad Cap. Licet 10. num. 7. extr. de for. Comp.* Umm. *de Proc. Diſp 4. §. 4. num. 2.* Berlich. *Dec. 220. num. 24.* Carpzov. *Lib. 2. Reſp. 16. num. 19.* Brunnem. *de Proc. Civ. cap. 7. num. 7. in fin.* & *in Jur. Eccleſ. Lib. 3. cap. 1. §. 12.* Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. lib. 3. Cl. 1. cap. 10. num. 53.* Blum. *in Proc. Camer. Tit. 40. th. 8.* prout ferè communis Doctorum tam apud Evangelicos quàm Catholicos eſt ſententia. *Inpri-*
77 *mis* (4) quando de cauſa matrimoniali non tam quæſtio Juris; *an matrimonium eſſe potuerit?* Sed quæſtio facti: *An matrimonium fuerit vel non fuerit?* verſatur, ubi etiam à ſeculari Judice decidi poſſet, uti docet Sichard. *ad L. 3. num. 10. C. de Judic.* Carpzov. *in Conſiſtor. Lib. 2. Tit. 1. Def. 1. num. 20.* Brunnem.
78 *in Jur. Eccl. lib. 3. cap. 1. num. 17. in fin.* Ita ut tanto minus ſuſpenſa per Pacem Religioſam Juriſdictio, Legitimitatem per Sententiam declaratam dubiam reddere poſſit, & confirmarunt quoque hanc ſententiam egregiis ſuis Reſponſis Dnn. JureConſulti *Francofurtenſes ad Viadrum d. 11. Octobris* & *Tubingenſes die 23. Decembris Anno* 1687.

§. 17. Tandem etiam Manutentio, ſeu Firmamentum
79 Pacis Publicæ die Handhabung deſſelben/ uti in Textu Articuli *2. Capit.* dicitur, non eſt prætermittenda. Quando enim à Maximiliano I. Imperatore Anno 1495. die 7. Auguſti Wormatiæ Conſtitutio de Pace Publica wegen des Königlichen Lands-Friedens zu Worms eſt publicata, ſimul etiam Stabilimentum Ejus & Manutentio, pro conſervatione Ejus perpetua die Handhabung des Friedens/ Rechtens und der Ordnung eſt concluſa &

publi-

publicata, in quâ Imperator cum conſenſu Statuum Imperii ſancit: Quod Pax Imperii Publica ſolicitè & firmiter ſit con- 80 ſervanda & manutenenda, ſtatutâ in tranſgreſſores certâ pœnâ; Et profitentur Status Imperii; daß ſolche Ordnung zu Handhabung des Friedens mit ihrem Rath und Verwilligung fürgenommen/ auffgericht und gemacht worden; Sie auch um Förderung des gemeinen Nutzens die angenommen/ und mit ſeiner Königl. Gn. und Ihnen/ und auch ſich gegen einander verpflichtet haben/ den gemeldten Fried und Recht auffrichtiglich nachzukommen/ und getreulich und gehorſamlich helffen handzuhaben/ zu ſchützen und zu ſchirmen / *vid.* Handhabung *dicti anni 1495. in fin.* Quale firmamentum etiam ſubjectum eſt Conſtitutioni Pacis 81. Publicæ Caroli V. *Wormatiæ Anno 1521.* concluſæ, *Art. fin. 21.* Et Illi, quæ publicata eſt *Auguſtæ Vindelicorum Anno 1548. Art. fin. 29.* Quod etiam repetitum *Auguſtæ Anno 1551.* juxta Receſſum Imperii *dicti Anni* §. Als wir dann *14. ſeq.* Quæ ipſa 82. Stabilitio & Manutentio in dictis Receſſibus Imperii erecta, concluſa & publicata, inprimis verò illa, quæ *Anno 1548.* ab Imperatore Carolo V. promulgata eſt, inſigniter eſt aucta & emendata, uti aſſerit *R. J. de A. 1551.* §. Als wir *14.* Et quamvis in textu non omninò ſit neglecta tamen nominatim hîc Illa recenſetur, & cum Pace Publica à Rege Romanorum confirmatur, quæ Anno 1555. in Comitiis Auguſtanis eſt erecta, acceptata, concluſa & aucta. Dicitur enim in *R. J. dicti Anni:* Daß die Erfahrnüß mit ſich gebracht / daß der auff vorigen Reichs-Tägen auffgerichtete Land-Fried / und die darinnen verordnete Handhabung Unruhe und Empörung zu verhüten/ nicht genugſam ꝛc. Derowegen ſtattlich zu erwegen/und auff Mittel zu gedencken/dadurch zu gewiſſer und ſtandhafftiger Handhabung und Erhaltung des gemeinen Friedens zukommen / uti habetur *in R. J. Auguſt. de Anno 1555.* §. Wiewohl nun *12.* add. *Ord. Cam. dicti Anni Part. 2. Tit. 9.* Quod poſteà Firmamentum Pacis 83.



Digitized by Google

Publicæ *Anno 1557. Ratisbonæ*, & *Anno 1559. Auguſtæ*; *1564. VVormatiæ* & *Anno 1566.* iterum *Auguſtæ*. Porrò *Anno 1570. Spiræ* & *Anno 1576. Ratisbonæ Anno 1582. Auguſtæ* & *Anno 1594. Ratisbonæ.* & in ſubſequentibus Imperii Receſſibus, imò & in Inſtrumento Pacis Oſnabrugenſi *art. 17. §. 8. & 9. in R. J. de A. 1654. §.* Nachdem auch *178.* ab Imperatoribus & Imperio eſt
84 confirmatum & repetitum. Inprimis verò ad Pacem Publicam in *R. J. de Anno 1555.* illuſtre augmentum de vi alteri intuitu Religionis non inferendâ acceſſit, & propterea firmamentum ejus, ſtabilitas, Executio & conſervatio fuit neceſſaria; Quæ etiam ratio præprimis movit conſtituentes, cur Conſtitutionis de Pace Publicâ cum firmamento ſuo in dicto anno publicatæ in ſpecie in textu facta fuerit mentio.
85. *§. 18.* Firmatur verò & ſtabilitur Pax Imperii Publica tàm circa Religionem quàm etiam circa Profana (1) *Conven-*
86 *tione & Pacto* inter Imperatorem & Status Imperii de conſervandâ, tuendâ & manutenendâ Pace Publicâ inito. *vid.* Handhabung des Land-Friedens zu Worms *de Anno 1495. in pr.* ibi: Haben wir uns mit Ihnen verwilliget und vereiniget/ den gemeldten Frieden zu handhaben; Quæ in ſubſequentibus ſunt repetita. Pacta enim & conventiones ſunt vinculum, mediante quo colligatur & firmatur Reſpublica, easque ſervare & divinæ & humanæ leges jubent *Proverb. 6. v. 1. ſeqq. l. 1. l. 7. §. 7. ff. de Pact. pr. J. de obligat.* Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. cap. 11. § 4.* add. *Generoſ.* Dn. Waldneri de Freundſtein Amici Noſtri *Diſſ. Inaugur. de Firmam. Convent. Public. cap. 2. 3. & 4.* hîc locorum magno cum applauſu non ita pridem habita.
87 (2) *Peculiari Statuum Imperii inſuper addita Promiſſione &* obligatione, quod tam Ipſi Pacem Publicam ſervare & manutenere, quàm Præfectis & Subditis ſuis ſub obligatione Juramenti id demandare velint, in allegatâ Conſtitutione von
88 Handhabung des Land-Friedens. Stabilitur (3) *promiſſione ſub*

*ſub Fide Principali* factâ *dict. Conſtit. dict. Tit. in fin.* ibi: Bey unſern Fürſtlichen Glauben und Treuen/ allen und ieglichen vorgemeldten Puncten und Articuln folge zu thun. Quæ ipſa vim Juramenti habent, etiam in Principibus Imperii Gail. *2. obſ. 59.* Mynſing. *Cent. 1. obſ. 17.* Barſchamp. *de Clauſ. cap. 31. §. 2. n. 31. ſeqq.* Et hoc ex innato Germanorum candore à tempore antiquiſſimo invaluiſſe dicit Myler. *in Nomolog. cap. 6. num. 7.* Quod tamen vix probandum, cùm aliàs etiam Privati Germanorum illo Privilegio gauderent; Unde potius exinde derivandum, quod propter dignitatem & Libertatem maximam in multis cum Summis Terrarum Principibus Germaniæ Principes ſint comparandi, qui ſaltem naturali jure, ubi inter ſimplicem & juratam aſſertionem parum differentiæ eſt. Matth. *5. v. 37.* Jacob *5. v. 12.* Porrò & (4) ſtabilitur per additam *cautionem & Clauſulam doli*; per *dict. Conſtit. dict. Tit. in fin.* ibi: Ohne alle Gefehrde. Quæ Clauſula operatur, ut Promiſſio habeat effectum negotii bonæ fidei, in quo bona fides omninò exuberare debet; Barſchamp. *de Clauſ. cap. 9. §. 4.* (5) Firmatur Pax Publica *Inſtrumento Publico, Sigillo* ſcilicet Electoris Moguntini, tanquam Archi-Cancellarii Imperii, nomine omnium *munito*; *dict. Conſtit. dict. Tit.* Verpflichtung der Stände *in fin. ibi:* Verſprechen Krafft dieſes Brieffs. Item des zu Urkund haben wir obgenandter Berchtold zu Mayntz Unſer Inſiegel an dieſen Brieff gehangen. Sigillo enim ſtabilitur Scriptura & plus fidei ea meretur, quam ſi ſubſcripta eſſet. Weſenbec. *Vol. 1. Conſil. 14 num. 62.* Maſcard. *de Prob. Concl. 1309. n. 5. ſeqq.* Dum Sigillum facit indubitatam Scripturam, ejusque probationem; Gylmann. *Sympher Tom. IV. Part. 3. num. 80. ſeq.* add. *Generoſ.* Dn. Waldner de Freundſtein *Diſſ. de Firm. Convent. Publ. cap. 6. § 1. & 20. ſeqq.* (6) Firmatur Pax Publica in primis *per crebram* in omnibus ferè Receſſibus Imperii, atque etiam in Inſtr. Pacis, & noviſſimo Imperii

89

90

91



Digitized by Google

Receſſu factam *repetitionem, renovationem ſeu confirmationem* per ea quæ in §. *præc.* ſunt propoſita, vid. laudatus Dn. Waldner de Freundſtein *d. l. c. 12.* Repetitio enim & geminatio voluntatem magis adſtrictam indicat, cùm id quod iterum confirmatur, hoc deliberate & re penitus, beneque diſcuſſa factum præſumatur *Pariſ. Conſ. 10. num. 5. & 7. Conſ. 131. Vol. 1.* Weſenb. *Vol. 4. Conſil. 194. num. 15.* quia funiculus triplex difficilius rumpitur, *cap. 1. extr. de Treug. & Pac.* & duo vincula fortius ligant *Auth. itaque C. comm. de ſucc.* Hinc (7) reſultat
92. Firmamentum, *Cæſaris* nempè *Mandatum*; *Conſt. de Anno 1495.* Von Handhabung des Land-Friedens *Tit.* Wie der Land-Fried zu halten gebothen. *Conſt.* von Land-Frieden *de Anno 1521. art. 5.*
93. (8) Stabilitur Pax Publica *ſtatuta* in Transgreſſores *Pœnâ*, quæ vel eſt Pœna Banni, vel bina millia marcarum auri puri, quarum una 72. aureos Rhenanos, & ſumma 192000. Imperiales efficit. *vid. Conſtit.* Von Handhabung des Land-Friedens *de A. 1495. Tit.* Wie der Land-Friede zu halten gebothen und verpönt iſt. Carol. V. Ordnung des Land-Friedens *de Anno 1521. art. 2. & 3.*
94. Blum. *de Proc. Cam. Tit. 29. §. 103.* Porro firmatur (9) Pax Publica *conſtituto* propterea *Judicio tàm Camerali, quàm Cæſareo-Aulico* & certo modo etiam *Ordinario*; Ordnung des Land-Friedens *de Anno 1521. art. 2. & 3.* Ord. Cam. *Part. 2. Tit. 9. & Tit. 10. §.* Und ſoll auch *8 & ſeq.* Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 6. n. 8.* Oſtermann. *Diſp. Camerali. 9. §. 8.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 29. §. 124.* Eumque in finem Actio fractæ Pacis tàm Religioſæ quàm profanæ competit. Ord. Cam. *Part. 2. Tit. 9. & R. J. de Anno 1555. §.* Und damit *15. in fin.* Roding. *in Pand. Cam. Lib. 1. Tit. 6.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 28. § 63. ſeqq. & Tit. 29. §. 52. ſeqq.* Denique & (10) Pax Publica Imperii firmatur *Executio-*
95. *ne* in Transgreſſores ſtatuendâ, eumque in finem conventa & Decreta *Ordinatione*, ſeu Executions-Ordnung. Quæ imprimis in Comitiis Auguſtanis Anno 1555. eſt erecta & Receſſu

dictâ

Digitized by Google

dicti anni inſerta; nihilque eſt aliud, quàm *Firmamentum ſeu
Conſervatio Pacis Religioſæ & Profanæ ſecuritatisque Publicæ in* 96
*Imperio*; ſeu modus præſcriptus eum executivè conſervandi &
tuendi. Qui uti *in R. J. de Anno 1555.* præmiſsâ ipsâ ſanctione
Pacis Publicæ, Religioſæ æquè ac profanæ, benè eſt ordinatus 97
& præſcriptus §. Und damit jetztgeſetzten Friedſtand *33. ſeqq.* Ita
& poſtea *in Anno 1559. R. J. de Anno 1559.* §. Ferner haben wir *19.*
Item *Annis 1564. 1566. 1570. 1576. 1582. 1594.* reviſus & inſigni-
ter eſt auctus *R. J. de Anno 1654.* §. Nachdem auch *178.* Et ſic-
uti omnis ſententia & Ordinatio ſine executione eſt fruſtra-
nea, & uti JCti loquuntur, *Campana ſine piſtillo.* Coler. *de Proc.
Execut. in Præfat. num. 4.* Ita & idem dicendum de Conſti-
tutione de Pace Publicâ. *Conſtit. Maximiliani I.* von der Hand-
habung des Land-Friedens *de Anno 1495. in pr. verſ.* Wann aber
alle Ordnung rc. Blum. *de Proc. Tit. 29. §. 3.* Unde Manuten- 98
tio Pacis Publicæ nihil eſt aliud, quam *Conſervatio Efficax Pa-
cis Imperii Publicæ tam Religioſæ quam Profanæ ab Imperatore &
Statibus Imperii concluſa & ordinata.*

# CAP. IV.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANOR. CIRCA LEGES FUNDAM. IN SPECIE & III. CIRCA INSTRUM. PACIS WESTPHALICAE CUM ANNEXIS.*

1. Inſtrumentum Pacis Weſtphal. *eſt Lex Imperii Fundamentalis.* 1.
(1) *quia omnium Imperii Statuum* Conſenſu *concluſum.* 2.
(2) *quia ad verbum* Imperii Receſſui inſertum. 3.
(3) *Quia* Statum Religionis *æque ac* Politicum *ſecurum reddit.* 4.

*Varia*

*Varia ejus* Nomina & laudes. 5.
*Item* Definitio *Inſtr. P.* 6.
II. Occaſio *Ejus fuere* (1) Motus Bohemici. 7.
*Et* (2) Edictum Ferdinandeum 8.
*Contenta* hujus Edicti. 9.
(3) Bellum Civile & *cum* Exteris. 10.
III. *Oppugnavit Pacem Pontifex* Innocentius X. *Bulla ſua.* 11.
(1) *quod* Evangelicis *addicta* Bona Eccleſiæ. 12.
(3) *quod Iis permiſſum* Exercitium Religionis. 12.
(3) *quod cum Catholicis* ad Epiſcopatus *admittantur.* 14.
(4) *quod* Annatæ, Jura Pallii *Pontifici precludantur.* 15.
(5) *Quod Confirmationes Epiſcoporum* Poteſtati ſeculari *attribuantur.* 16.
(6) *Quod Epiſcopatus &c.* Seculo *addicantur.* 17.
(7) *Quod nulla* Jura *vel* Concordata *Paci Illi derogare poſſint.* 18.
(8) *Quod* Numerus Electorum *ſit auctus.* 19.
(9) *Hinc declarat* Pacem *pro nulla.* 20.
IV. *Oppugnavit Pacem* Erneſtus de Euſebiis, & *dictum* Vehiculum. 21.
*Proteſtatus eſt contra Eandem* Nuncius Apoſt. Fabius Chiſius. 22.
*Et Legatus Hiſpanicus.* 23.
V. *Bullæ Pontificiæ reſponderunt* Ludovicus de Monte Sperato 24.
Johannes Hornbeck & Conringius 25.
*Erneſto Euſebiano & Vehiculario reſponderunt* Joh. Georgius Dorſchæus, Caramuel, & Irenæus Eubulus *ſeu* Conringius. 26.
Contradictionibus & Proteſtationibus *omnibus eſt derogatum.*
(1) per *Inſtr. Pac. Art.* 17. §. 3. 27.
(2) per *Art.* 5. §. 1. *dict. Inſtr.* 28.
(3) per *Art.* 2. *Capitul.* 29.
VI. Limitatio obligationis *quoad Coronam Galliæ.* 30.
*An illa extendenda ad* totum Inſtrum. Pacis Cæſareo-Gallicum? 31.
*Quod negatur.*
(1) per reſtrictionem *textui inſertam.* 32.
Quod (2) ad alia *non extendendum.* 33.
(3) *Quæ pro Gallia ibi habentur, valent in vim* Pacti, *reliqua in vim* Legis Imperii. 34.
VII. *Annexus eſt* Receſſus Executionis Noribergenſis. 35.
*Quo ſpectat* (1) Receſſus Præliminaris. 36.
(2) Arctior modus exequendi. 37.
(3) Edictum Executionis Cæſareum. 38.

*An*

Digitized by Google

*An & hæc confirmentur?* 39.
VIII. *Receſſus Executionis continet Reſtitutionem ex* Capite Amneſtiæ & Gravaminum. 40.
*Quid* Arctior modus exequendi? 41.
*Quid* Edictum Executionis? 42.
Quis finis & effectus horum? 43.

## §. 1.

Porro & III. Inter Leges Imperii Fundamentales, ad quas Rex Romanorum in Capitulatione expreſsè ſe obligat, refertur *Inſtrumentum Pacis Monaſterienſe & Osnabrugenſe*, quod, Anno 1648. in Weſtphalia Monaſterii cum Gallis, & Osnabrugæ cum Svecis concluſum. Ut enim (1) hæc ipſa Pax communi Omnium Imperii Ordinum Conſenſu, eſt concluſa, & vel ſubſcripta, vel ratihabita ab omnibus Imperii Statibus, imò (2) ad verbum Imperii Receſſui *de Anno 1654.* §. So haben wir ſ. inſerta eſt, ita & non immerito pro Lege perpetuâ, & Imperii ſanctione pragmaticâ habenda dicatur in ipſo *Art. 17. §. 2. Inſtr. Pac. Cæſar. Svecic.* Et uti (3) in negotiis Religionis æque ac Politicis ſtabilire Statuum Securitatem, Pacemque perpetuam ſatagit, Omniumque Imperii Civium Harmoniam & Concordiam, Totiusque Imperii Concatenationem conciliat, adeò ut non immeritò Imperii Columna & baſis, cui tota Imperii Structura innititur, Imperii vinculum & Coagulum, murusque aheneus audiat, de quibus Nominibus *vid.* Myler. *de Princip. & Stat. cap. 82. §. fin. & cap. 87. §. fin.* Dn. Schvveder. *in Introduct. J. P. Part. Gen. cap. 3. §. 26.* Burgold. *Part. 1. Diſc. 2. Membr. 1. num. 14. ſeqq.* Et *infra in hoc artic. noſtro* vocatur Ein immerwehrendes Band zwiſchen Haupt und Gliedern; Ita & Auguſtus Romanorum Rex præprimis obligatur, ut eam ſibi ſanctam commendatamque habeat, per verba: Sonderlich aber obgemeldten Münſter- und Oßnabrückiſchen Friedens-Schluß etc. primâ vice *Capitulationi Ferdinandi IV. Anno 1653.* inſerta & in ſubſequentibus repetita. Hinc ita definire placet: Quod *ſit Solennis & Perpetua Conventio inter Imperatorem & Status Im-*

1. 2. 3. 4. 5. 6.

*Imperii tàm inter ſe quàm cum Reginâ & Regno Sveciæ, nec non Rege Galliæ, Horumque Confœderatis de faciendâ Pace, de ponendis Armis & tollendis Gravaminibus & Controverſiis circa Religionem, Bona Eccleſiaſtica, Adminiſtrationem Juſtitiæ aliaque negotia ſubortis ſopiendis Anno 1648. die 14. & 24. Octobris Osnabrugæ & Monaſterii unanimi conſenſu inita.* Uti fere deſcribit Fritſchius *ad Inſtr. P in pr. ad Rubric.*

*§. 2.* Occaſionem verò huic ipſi Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ dedere motus Bohemici, per Electionem Friderici, Electoris Palatini, in Regem Bohemiæ contra Ferdinan-
7. dum II. prætextu Literarum, ut vocantur, Majeſtaticarum non ſervatarum à Bohemis factam, excitati; Quo Rivali ad Weiſſenbergam fugato & penitus ejecto, inſecutum eſt *Anno*
8. *1629* ad inſtantias Confeſſionarii Laymermanni Edictum Ferdinandi, in favorem inprimis, uti Victor erat, Catholicorum
9. promulgatum; In quo mandabat Cæſar (1) ut reſtituerentur Bona Eccleſiaſtica Clericis à tempore Pacis Religioſæ detracta (2) ut obſervaretur Reſervatum, quod dicitur Eccleſiaſticum oder der Geiſtliche Vorbehalt; Et (3) Ne Subditi Statuum libertate Religionis gauderent, ſed potius, ut à Superioribus ſuis expellerentur *and.* Edictum apud Limnæum *Tom. IV. ad Lib. 1. pag. 145.* & Caraffam *in Germ. Sacr. Reſtaur. in Adjunct. pag. 3.* Id quod anſam dedit Statuum Imperii Evangelicorum Proteſtationibus, contradictionibus & tandem etiam Bello illi,
10. Germaniæ ferè funeſto, dum illi ſe aſſociabant Sveci pariter atque Galli, Hiſpanique, donec tandem per Dei gratiam *Pax Osnabrugæ & Monaſterii Anno 1648.* reſtaurata, & tàm in Eccleſiaſticis quam Politicis controverſiæ obortæ maximam partem ſint deciſæ & finitæ.

11. *§. 3* Oppugnata quidem vehementer hæc Pax eſt ab Adverſariis; Edita enim eſt *Bulla Romæ Anno 1648. die 26. Novembris* & ibi ſolenniter publicata *die 3. Januarii Anno 1651.* ab

Digitized by Google

ab Innocentio X. Pontifice Romano; In quâ conqueritur (1)
Quod bona Eccleſiaſtica, aliaque ab Hæreticis occupata Illis in 12.
perpetuum addicantur; (2) Quod Hæreticis Auguſtanæ Confeſ-
ſionis (*Ita enim immeritò vocat Evangelicos*) liberum ſuæ Hæ- 13.
reſeos Exercitium in plerisque locis permittatur; (3) Quod Ipſi
cum Catholicis ad publica officia, imò & ad Epiſcopatus & alia 14.
beneficia Eccleſiaſtica admittantur, (4) Quod Annatæ, jura
Pallii, Confirmationes, Menſes Papales & alia jura in Bonis Ec 15.
cleſiaſticis dictæ Aug. Confeſſionis, Pontificiis præcludantur (5)
Quod Confirmationes Electionum prætenſorum Archi Epi- 16.
ſcoporum, Epiſcoporum, Prælatorum, Poteſtati Seculari attri-
buant, (6) Quod Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, Monaſteria, 17.
Præpoſituræ, Balliviæ, Commendæ, Canonicatus & alia Bene-
ficia & bona Eccleſiaſtica, Principibus Hæreticis, eorumque
Heredibus in feudum perpetuum ſub dignitatis ſecularis ti-
tulo concedantur (7) Quod nulla Jura Canonica, vel Civilia, 18.
Conciliorum Decreta, Religioſorum Regulæ, Juramenta vel
Concordata cum Romanis Pontificibus, inita, contra dictam
Pacem debeant admitti (8) Quod Numerus Electorum Septe 19.
narius, Pontifice inaudito, & ſine ipſius conſenſu ſit immuta-
tus & Octavus Electoratus Hæretico ſit conceſſus, Unde (9)
quamvis Proteſtatio Nuncii Apoſtolici Fabii Chiſii jam ſit con- 20.
tra iſtam Pacem interpoſita, tamen & ipſe Pontifex in dictâ Bul-
lâ Pacem illam pro nullâ (ſatis audacter, ſed per Dei gratiam
irrito conatu!) declaraverit. Exhibet illam Bullam Limn. *ad
Cap. Ferd. IV. Art. 2. pag. 805.* & Contingius *in Lib. de Pace per-
petuâ Proteſtantibus dandâ pag. 107. ſeqq.*

§. 4. Prodiit & ante Concluſionem Pacis Anno 1648. 21.
*Judicium Theologicum* ſub perſonato *Erneſti de Euſebiis* Civis
Romani nomine, Eique ſucceſſit *Judicii* illius *Theologici Ve-
hiculum & Inſtrumenti Pacis Ponderatio*, quæ Scripta, maximè
verò Libellus Euſebianus turbas non parvas in animis quorun-

U dam

dam Paciſcentium, Pacis aliàs cupidorum, movit. Proteſtatus
22 quoque eſt contra allegatam Pacem binâ vice Nuncius Apoſtolicus, *Fabius Chiſius*, Monaſterii *Anno 1648. die 14. & 26. Octobris*, quas Proteſtationes videre eſt apud *Conring. de Pace*
23 *perpetuâ pag. 115. ſeqq.* Ut & Legatus Hiſpanicus *Petrus à VVeyms* Monaſterii *die 15. Octobris Ejusdem Anni.* Quam Proteſtationem habet Limn. *ad Capit. Leopold. Art.* 2. Eamque extraxit ex *Chifletii Alſatia vindicata cap. 12.*
24 §. 5. Sed uti Bullæ Pontificiæ ſe graviter oppoſuerunt *Ludovicus de Monteſperato* in *Vindiciis Pacificationis Osnabrugenſis & Monaſterienſis à declaratione Nullitatis Articulorum at-*
25 *tentatâ ab Innocentio X.* Item *Johannes Hornbeckius* in *Examine dictæ Bullæ Papalis.* Edidit & *Conringius Animadverſionem in dictam Bullam*, in quâ demonſtrat, Declarationem illam Pontificis non fuiſſe neceſſariam, ſed inutilem, ipſis Catholicis noxiam, & in ſe maximè iniquam, quæ habetur in
26 *Ipſius Tractatu de Pac. Perpetua pag. 121. ſeqq.* Et Erneſto Euſebiano Ejusque Vehiculario ſe oppoſuere *Joh. Georgius Dorſchaus* & ex Catholicis *Joh. Caramuel à Lobkovviz*, Abbas Dusenbergenſis *in Pace licitâ*, quæ *Anno 1648.* Francofurti prodiere. Oppoſuit ſe quoque utrique *Conringius in dicto Tractatu egregio* de *Pace Perpetuâ*, qui publicatus eodem anno ſub
27 ficto nomine *Irenæi Eubuli, Theologi Auſtriaci.* Imò omnibus Contradictionibus & Proteſtationibus eſt derogatum (1) per *Art. 17. Inſtr. Pac. Caſ. Svec. §. 3.* ubi dicitur: *Quod contra hanc Transactionem, ullumque Ejus Articulum aut Clauſulam, nulla Jura Canonica &c. nullæ Religioſorum Ordinum Regulæ, nullæ Proteſtationes, Contradictiones, multò minus Edictum Anni 1629. &c. Concordata cum Pontificibus, contra ipſam Pacem de-*
28 *beant allegari, audiri aut admitti*; (2) Per *Art. 5. §. 1. d. Inſtrum.* Quod *non attendi debeat Cujusvis, ſeu Eccleſiaſtici ſeu Politicè intra vel extra Imperium, quocunque tempore interpoſita con-*

*tra-*

*tradictio vel Proteſtatio, contra ea quæ Pacificatione ſunt ſtatuta, ſed omnes inanes aut nihili declarantur.* (3) Per hunc *Artic.* 29.
*in fin. Capit Joſephi* ibi: Auch alle wider den Frieden-Schluß eingewendete Proteſtationes & Contradictiones, ſie haben Nahmen wie ſie wollen/ und rühren/ woher ſie wollen/ nach beſage erſtgenannten Frieden-Schluſſes/ verwerffen und vernichten; quæ etiam in *Capitul. Leopoldi Art. 2. in fin.* habentur.

§. 6. Notabilis verò huic Articulo, quoad Inſtrumen- 30.
tum Pacis Weſtphalicæ, limitatio eſt adjecta; Quod ſcilicet illud, quatenus in Utilitatem Regni Galliæ tendat, propter fractam tum temporis cum Imperio Pacem, Imperatorem & Imperium amplius non obliget. Nam licet per Dei gratiam Pax Imperio cum Coronâ Gallicanâ ſit reſtituta, nec hactenus denuò ſit rupta, quamvis fortè nova ruptura, niſi Deus clementer id avertat, ſit metuenda; non tamen vanè quæritur: *An* 31.
*illa limitatio eò ſit extendenda, ac ſi totum Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Gallicum*, als nunmehr zerfallen und ferner nicht mehr verbündlich/ ſeu *non amplius obligatorium, ſit habendum?* Quod meritò negandum (1) quia illa obligationis remiſſio expreſsè 32.
in textu eò reſtringitur, Als viel zu Vortheil der Cron Franckreich darinnen enthalten; Ita ut Articuli: *de Amicitiâ cum Ipſâ colendâ; nec inferendâ Ipſi injuriâ; de non juvandis Ipſius hoſtibus; de causâ Lotharingicâ; de ceſſione irrevocabili Jurium, Terrarum, Oppidorum & Caſtrorum in Germaniâ æque ac in Italiâ &c.* qui ad Coronæ Galliæ commodum faciunt, non quidem amplius attendendi veniant; Quæ verò (2) alia ibi ha- 33.
bentur quam plurima, vel Inſtrumento Pacis Cæſareo-Svecico expreſſa, vel etiam in dicto Inſtrumento non, ſed in ſolo Inſtrumento Cæſareo-Gallico comprehenſa, commodum tamen Gallicum immediatè non tangunt; illa propterea infirmata non ſunt, ſed robur legis perpetuæ & Sanctionis Pragmaticæ adhuc retinent. Quæ enim (3) in dictâ Pacificatione ad- 34.

Coronam Galliæ ſpectant, illa tantum vim & vigorem Pacti habent, adeoque quod dicta Corona non ſervavit Pactum, nec Imperator cum Imperio ſervare tenetur. Quæ verò Imperatorem & Status Imperii ibidem concernunt, illa per modum Sanctionis Pragmaticæ, Receſsûs Imperii alicujus, & Legis Imperii Fundamentalis obligant, nec Coronam Galliæ aliter ac mediatione & aſſiſtentiâ ſuâ reſpiciunt; Unde per factum Mediatoris & Aſſiſtentis, tanquam alicujus Tertii, non immutatur obligatio Imperatoris & Statuum Imperii ſibi invicem debita, nec Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Gallicum, multò minus Cæſareo-Svecicum propterea deſinit eſſe Sanctio Imperii Pragmatica & Lex perpetuò valitura.

35. §. 7. Tandem etiam *de Annexis* videndum; Adjungi-
tur verò Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ in Articulo præſente
der Nürnbergiſche Executions-Receß / ſeu uti in *R. J. de Anno*
*1654.* inſcriptio habet: Der Friedens-Executions-Haupt-
Receß/*qui Anno 1650. die 16 Junii* inter Coronam Sveciæ & De-
putatos Ordinum Imperii Noribergæ eſt concluſus; Huic et-
36. iam (1) inſertus eſt *Receſſus Praliminaris die 11. ſeu 21. Septem-*
*bris Anni 1649.* inter Legatos Cæſareos & Svecicos etiam No-
ribergæ concluſus, & in dicto Receſſu Executionis, pauca ſi
37. excipias, confirmatus; Præterea (2) eidem annexus eſt *Arctior Modus Exequendi* dictus, Anno 1649. die 2. Martii, & (3)
38. *Edictum Executionis Cæſareum* die 7. Novembris Anno 1648.
emanatum; Quæ annexa omnia inſerta ſunt *§. 5. Rec. Imp. de*
39. *Anno 1654.* Et licet Arctioris Modi Exequendi, Edictique Cæ-
ſarei in Articulo præſente nulla ſit facta mentio, ſit tamen ea
in ipſo Receſſu Executionis Noribergenſis, ut & infra in *Artic.*
*hujus Capit. 8. & 11. ſubſeq.* Ita ut, dum *hoc in Artic.* fit men-
tio tantum Receſsûs Executionis, tanquam Principalioris, cen-
ſeantur & annexa reliqua incluſa.

§. 8. Con-

§. 8. Continetur verò in illo *Receſſu Executionis* materia de Reſtitutione ex Capite *Amneſtiæ* quoad lædentes & 40
*Gravaminum* quoad læſos, *de Satisfactione* ſcilicet *Svecicâ*, *Evacuatione*, *Permutatione*, *Reſtitutione & Traditione Locorum Occupatorum*, *Manutentione & Gvarantiâ Pacis Generali*, *Mediisque Executionis*. Arctior verò modus Exequendi ſunt *Litera* 41.
*Executoriales ſub pœnâ fractæ Pacis ad Directores Circulorum ab Imperatore Ferdinando III. datæ*. Edictum denique Executio- 42.
nis eſt *Mandatum de Parendo conventæ in* Inſtr. Pac. *reſtitutioni*, *& de Exequendo Sine Cl. contra Moroſos ad Duces & Directores Circulorum emanatum*. Quæ omnia eum in finem conven- 43
ta ſunt, ut Concluſa Weſtphalica in executionem deducerentur, adeoque, uti Receſſui Imperii *de Anno 1654*. ſunt inſerta; Ita etiam Legibus Imperii accenſenda, & eodem loco habenda, quo habetur ipſum Inſtrumentum Pacis. Ex quo ulterius & hoc ſequitur, quod non minus Lege Imperii ſit cautus aliquis de eo, quod Ipſi per Executionem Pacis eſt traditum, quàm quod ipſâ Pace Weſtphalicâ eſt concluſum, & non tantum deciſio ipſa, ſed etiam Modus Exequendi pro Lege Imperii Publicâ habendus.

# CAP. V.

## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANOR. CIRCA LEGES FUNDAM. IN SPECIE & IV. CIRCA RECESSUS IMPERII.

I. Obligatio Regis Romanorum ad *Concluſa Imperialia*. 1. *Quare in Articulo mentio facta ſaltem* Receſsûs noviſſimi & futurorum? 2. 3.

II. *An obligatio Regis Roman. ad* Reces-

Receſſum noviſſimum & futurorum *excludat obligationem ad praecedentes?* 4.
*Quando unius expreſſio non eſt alterius excluſio.* 5.
*Vox* Inſonderheit / virtualiter *reliquas ſpecies includit*. 6.
III. *De* Nomine *Receſſus &* Reichs-Abſchied. 8.
Definitio *Receſſus Imp.* 9.
*Quid* Sanctio Pragmatica? 10.
*Receſſus Imp. ſunt* Leges Univerſales. 11.
(1) *quia* concurrunt *Imp. & Status.* 12.
(2) *quia* normam Univ. *praeſcribunt.* 13.
(3) *quia* Jus ſingulare *eſt* Univerſale. 14.
IV. *Rec. Imp. concluditur per Modum* Conventionis 15.
*Inde deliberationes dividuntur in* duos Semiſſes. 16.
*Inter Imperatorem & Status conjunctim ſumptos intercedit* obligatio pacti. 17.
*Reſpectu tamen* ſingulorum & ſubditorum *ſunt* Leges. 18.
*Qui ſpeciali nomine* Aur. Bullæ, Reformationis, Ordinationis &c. *gaudent, ſunt nihilominus* Receſſus Imperii. 19.

## §. 1.

1. Tandem & IV. inter Leges Fundamentales Rex Romanorum nominatim in Capitulatione ad ea omnia, quæ in Comitiis Ratisbonenſibus *Anno 1653. & ſeq.* ut & quæ in præſentibus & futuris Comitiis ſunt, eruntque Concluſa, adeoque ad ſervandos Imperii Receſſus, utpote Leges Imperii Univerſales & nominatim ad noviſſimum Imperii Receſſum *de Anno 1654.* & qui condentur impoſterum, ſe obligat. Quæ enim
2. in dicto Imperii Receſſu Statuta & concluſa, ea ferè ſunt, quæ in ipsâ Pace Weſtphalicâ determinare non licuit; Unde etiam in *Inſtrumento Pacis Cæſareo Suecico Art. 8. §. Habeantur* ſancitum; Ut intra ſex menſes à Dato, ſeu tempore ratificatæ Pacis Comitia habeantur. Nec præſentia & futura Comitia
3. aliter habenda, quàm ut in illis concluſa dictæ Pacificationi, tanquam Imperii Baſi & muro aheneo innitantur, adeoque non immerito expreſſæ Regis Romanorum obligationi ſubjaceant.

§. 2.

§. 2. Hoc verò dubium hîc prætermittendum non
eſt: Quid nempè, cùm hic tantum fiat mentio Receſsûs Impe- 4.
rii Noviſſimi, & qui eundem ſequuntur; *De præcedentibus Im-
perii Receſſibus* ſit habendum? Et *an Rex Romanorum etiam
ad illos ſervandos ſit obligatus?* Uti verò aliàs expreſſa unius
mentio non ſtatim eſt alterius excluſio, quando unum ex- 5.
primitur ex ſingulari reſpectu, vel quando expreſſio Unius
ſit per verba ampliativa *Maximè, Præprimis & ſimilia* uti no-
tant JCti *vid. Cardin.* Tuſchus. *in Concl. Pract. 71. num. 79.*
Ita nec hoc in caſu reliqui Receſſus Imperii pro excluſis haben- 6.
di, cùm in textu notanter ſit adjecta Particula Inſonderheit/
quæ eo ipſo aliorum incluſionem involvit. Inprimis cùm
in Capitulationibus prioribus Particula Sonderlich omnibus
Imperii Legibus Fundamentalibus expreſſis ſit præmiſſa, his
verbis: Wir ſollen und wollen auch ſonderlich die Güldene Bull
ſtett und feſt halten / ubi eo ipſo, quod Aur. Bullæ & ſimilium
expreſſa fit mentio, reliquæ Imperii Leges non cenſentur ex-
cluſæ, ſed virtualiter incluſæ. Et quanquam poſtea vox illa in 7.
Capitulatione Ferdinandi IV. abſque dubio repetitionis evi-
tandæ causâ, eſt omiſſa, & tantum Formulæ Inſtrumenti Pacis
Weſtphalicæ ut & Receſsûs Imperii noviſſimi præpoſita, tamen
ex prioribus Capitulationibus explicationem commodam
admittit.

§. 3. Dicitur verò Concluſum Imperiale, dum publi- 8.
cam Legis formam acquiſivit, Receſſus Imperii; quia, quando
poſt conſultationes & deliberationes finitas recedendum eſt,
receſſus componitur, eoque compoſito, re-vel diſceditur; cum
quâ derivatione benè concordat vox Germanica Reichs-Ab-
ſchied / quemadmodum & idem ſentit Dn. Mauritius *in Diſſert.
de Receſſ. Imp. th. 6.* Et eſt Receſſus nihil aliud, quam *Lex* 9.
*Univerſalis* ſeu *Sanctio Imperii Pragmatica* in Comitiis Impe-
rii Romano-Germanici *de Imperii negotio communi Impera-*

*toris*

*toris & Statuum conſenſu ſancita & promulgata*; Ita enim vo-
10. cantur *Rec. Imp. in Inſtr. Pac. Art. 17. §. 2.* ibi: *Sit perpetua lex*
*& Sanctio pragmatica Receſſui Imperii inſerenda*, Pragmati-
cæque Sanctionis forma in eo conſiſtit, ut fiat ex Concilii ſen-
tentia *l. ult. C. de div. Reſcr.* Strauch *Diſſert. Juſtin. 1 th. 7. in*
*fin.* Et quamvis non omnes Receſſus omnes Imperii Sub-
11. ditos concernant, cùm & ibi habeantur, quæ in certum per-
ſonarum genus *v. gr. Milites, Notarios &c.* ſint concepta. Cùm
12. tamen (1) ad ipſorum conſtitutionem concurrant Impera-
13. tor & omnes Imperii Status. Et (2) Normam omnibus in
eodem ordine viventibus *v. gr. Militibus* univerſalem præſcri-
14. bant. Et (3) aliud ſit jus ſingulare, & aliud particulare vel
perſonale, cùm illud nihilominus ſit Jus univerſale tàm ratio-
ne Legislatoris, quam etiam Ejus, cui fertur, quia ſaltem ra-
tione ipſius juris ſingulare eſt, de cætero verò omnes, quibus
applicabile eſt, obligat, uti huc facit *l. 16. ff. de Legib. l. 162. ff.*
*de R. J.* non immeritò pro Legibus Univerſalibus ſunt habendi.
§. 4. Concluditur Receſſus Imperii per modum con-
ventionis inter Cæſarem & Status; In Comitialibus enim de-
liberationibus tamdiu invicem re- & correferunt, donec invi-
cem conſentiant, & habeatur concluſum Comitiale. Ex
quo etiam eſt, quod Imperator unum cenſeatur habere ſemiſ-
16. ſem, Status Imperii verò alterum. Et communis illa for-
mula Gedings- und Pacts- oder Contracts weiſe. Erklärung
des Land-Friedens *de Anno 1500. in fin. pr.* Item: Haben wir
Uns mit Ihnen/ und Sie ſich hinwiederum mit Uns verglichen;
*vid. R. J. de Anno 1555. §.* In ſolcher *13. in fin. & paſſim.* Unde
17. etiam Concluſa Imperii inter Imperatorem & Status Imperii
ſimul ſumptos per modum Pacti obligant. Quamvis etiam
18. reſpectu ſingulorum Statuum & horum Subditorum pro Le-
gibus à ſuperiore latis habenda; Uti enim Legis univerſalis
ferendæ poteſtas eſt penes Imperatorem & Ordines; Ita etiam
con-

conveniunt invicem de Receſſu Imperii, quod Lex eſſe debeat, & pro Lege ſeu Sanctione Pragmaticâ Imperii habenda. De 19.
cætero, utut ſæpe quidam ſpeciali nomine gaudeant, ut vel *Aureæ Bullæ*, vel *Reformationis*, *Ordinationis* vel alio nomine veniant, ſub generali tamen conceptu omnes pro Receſſibus Imperii ſunt habendi, de quibus omnibus late *Mauritius de Receſſ. Imperii.* Et nos quoque illam Materiam tractavimus ad *Bæclert Not. Imp. Lib. 12. cap. 7.*

# CAP. VI.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA LEGES IMPERII FUNDAMENTALES DIRECTIVO.*

I. *Quare hic* de Capitulatione, *ceu quoque* Lege Fundamentali *non actum?* 1.
*In quo* jus directivum circa Leges Fundamentales *conſiſtat?* & circa quos *verſetur?* 2.
II. Obligatio & officium *quoad Ipſum* Regem *quale?* 3.
III. *Quoad* Alios *officium illud conſiderandum* (1) in genere. 4.
(2) In Specie *Ne contraveniatur:*
(a) *Sancitis in Inſtr. Pacis.* 5.
(b) *Ordinationi Executionis.* 6.
(c) *Paci Religioſæ & Profanæ.* 7.
(d) *Quomodocunque.* 8.
(e) *Ne admittantur* Contradictiones & Proteſtationes *quæcunque.* 9.
(f) *Nec perverſa* Interpretatio. 10.
*Quia multa exinde mala tendunt in Remp.* 11.
*Quare* pœna *in Transgreſſores eſt ſtatuta.* 12.
IV. Cautela *proponitur de talibus ſcriptis.*
(1) *quoad* Judicium Cæſareo-Aulicum. 13.
(2) *quoad* Commiſſarium Librorum Francof. 14.

§. 1.

1. Diximus de Legibus Imperii Romano-Germanici Fundamentalibus tâm in genere quàm etiam in Specie omninò omnibus, niſi quod de Capitulatione, quæ etiam Lex Imperii Fundamentalis eſt, hîc agere ſuperſederimus, cum hoc in *Diſſertatione Præliminari de Capitulatione in Genere* jam ſit factum, & tota hæc Tractatio eò pertineat; inprimis autem operis Concluſio de Regiâ circa iſtam Legem Fundamentalem obligatione occaſionem plura dicendi ſit ſuppeditatura; Hinc *ad*
2. *Jus & Officium* Regis Romanorum *directivum*, quod circa Leges Imperii Fundamentales verſatur, acceſſum facimus. Uti verò jam *ſupra cap. 1. §. 2.* obſervavimus: Quod illud ipſum generaliter *Legum Imperii Fundamentalium obſervantiam* intendat, & quidem vel quoad *Ipſum Regem Romanorum*, vel quoad *Alios*; Ita & ſecundum *hæc duo Capita* Jus & officium Regium eſt conſiderandum.

3. §. 2. Quod *primum* concernit, Rex Romanorum promittit: Se *Auream Bullam*, cum Extenſione Electoratûs Octavi *ſupra cap. 2. §. 3.* declaratâ: Se *Pacem Publicam*, *Religioſam & Profanam* cum Ejus *Firmamento*: Se *Inſtrumentum Pacis Monaſterienſis & Oſnabrugenſis cum annexis*: Se *Receſſus Imperii* tam in Comitiis præſentibus & futuris, quàm præteritis concluſos, perinde ac ſi ad verbum Capitulationi eſſent inſerta, adeoque Leges Imperii fundamentales omnes, perpetuò, firmiter & inviolabiliter obſervaturum, **ſtett/ feſt und unverbrüchlich halten /** nec quenquam contra eas gravaturum eſſe; De quo etiam, dum promiſſum id eſt à ſummo, probo & Chriſtiano Principe, nec aliter ſperare licet.

4. §. 3. Quod verò ad alterum Caput, Quoad *Alios*, attinet, Rex Romanorum promittit: (1) *in genere:* Quod Leges Imperii Fundamentales contra aliorum Contraventiones velit defendere, **dieſelbe handhaben**; nec permittere, quod iis

con-

contraveniatur, auch nicht geſtatten / daß dargegen directè vel
indirectè gehandelt werde / (2) *in Specie* (a) Ne contravenia- 5.
tur iis, quæ in Inſtrumento Pacis,ſive in Eccleſiaſticis ſive Po-
liticis,ſunt ſancita,ſub quocunque prætextu. Hoc enim ſub
pœnâ fractæ Pacis eſt prohibitum in *Inſtrum. Pac. Cæſareo-*
*Suecico. Art. 17. §. Qui verò 4.* ibi: *Pœnam fractæ Pacis ipſo*
*Jure & facto incurrat, contraque Eum juxta Conſtitutiones Im-*
*perii reſtitutio & præſtatio cum pleno effectu decernatur & de-*
*mandetur.* (b) Ne contraveniatur *Ordinationi Executionis* Re- 6.
ceſſui Imperii Anni 1655. inſertæ; ſed potius contraventioni
remediis eò facientibus occurratur; *vid.* quæ *ſupra* de hâc Or-
dinatione Executionis ſunt prolata. Quod etiam (c) ad 7.
ipſam Pacem Religioſam, imò & Profanam extendendum,
cùm hoc (1) innuant *verba Articuli noſtri* pariter, ibi: Und
darinnen beſtätigten Religions-Frieden / ac (2) textus Inſtrumen-
ti Pacis *Art. 17. §. 4* ibi: *Qui huic Transactioni vel Paci pu-*
*blicæ conſilio vel ope contravenerit, pœnam fractæ Pacis ipſo jure*
*& facto incurrat.* Quemadmodum & (3) argumentum ex
eo petitum, quod Ordinationi Executionis de Anno 1555.
non ſit contraveniendum, eò facit, cùm Ordinatio illa Exe-
cutionis intuitu Pacis Publicæ & Religioſæ in dicto Receſſu
ſit ſancita. Quoad modum (d) eſt promiſſum: Ne contra- 8.
ventio fiat ſub *quocunque prætextu*, ſive *directè* ſive *indirectè*.
Ne ſcilicet (e) admittantur Proteſtationes & Contradictiones 9.
qualeſcunque, Sie haben Nahmen wie ſie wollen / und rühren /
woher ſie wollen / quippe quas Rex Romanorum nullo ha-
bito reſpectu, unde provenerint, nullas declarabit & rejicere
promittit, convenienter omninò Inſtrumento Pacis *Artic. 5.*
§. 1. & inprimis *Artic. 17. §. 3.* Nec contraveniatur (f) Ei- 10.
dem perverſâ interpretatione ſive docendo ſive ſcribendo;
quod itidem eſt prohibitum in *Articulo noſtro*, & in *Inſtrum.*



Digitized by Google

*Pacis Artic 5. § 17. verſ. Utriusque 49.* Dum utriusque Religionis Magiſtratibus injungitur, ut ſeverè & rigorosè prohibeant: *Ne quisquam publicè privatimque concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo, Transactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam vel Pacem VVeſtphalicam uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur.* Quantum enim malorum talia excitare queant in
11. Republ. paſſim Scriptores loquuntur. *vid.* Knipſchild *de Civitatibus Imperii Lib. 2. cap. 3. num. 242. ſeq.* Nordermann. *de Jure Princip. Concl. 30.* Burgoldenſ. *ad Inſtrum. Pac. Part. 2. Diſc. 18.* Et incommoda in ipſo noſtro textu his verbis exprimuntur: Dadurch nur Auffruhr / Zwietracht und Zanck im Reich angerichtet wird. Unde etiam in InſtrumentoPacis non
12. tantum, ſed etiam in hâc Capitulatione in *Artic. præſente* caſſationis & alia pœna arbitraria in Autores pariter ac Complices eſt ſtatuta.

13. §. 4. Cautela tamen quoad jam ultimo loco traditam Contraventionem, & illa valdè notabilis in *Articulo præſente* eſt adjecta: *Ut ſcilicet tunc juſtè & absque ullo habito reſpectu ad favorem Partis, uni vel alteri Religioni addicta, procedatur;* Ita ut etiam *Judicio Cæſaris Aulico* injungatur: Ne ad implorationem Procuratoris Fiſci vel Alterius cujusdam Actoris Proceſſus ex favore magis vel minus decernat; *Commiſſario*
14. verò *Librorum,* qui Francofurti ad Mœnum eſt: *Ne in cenſurâ vel Confiſcatione Librorum uni Parti magis quàm alteri faveat.* Quæ additio nova eſt, cui fortè anſam dedit, quod in decernendis Proceſſibus, Cenſuris & Confiſcationibus Librorum favor magis Parti Catholicæ quàm Proteſtantium adhibitus fuiſſe ſit creditum.

CAP.

Digitized by Google

# CAP. VII.

## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA LEGES IMPERII FUNDAMENTALES ARCHITECTONICO.

I. *In quo conſiſtat* Jus Legiſlatoris Architectonicum. 1.

*An* Species Poteſtatis Legiſlatoriæ *non expreſſe contineantur in Articulo?* Et quæ ratio? 2.

II. Jus *Legum* Architectonicum *eſt ex parte* Jus Comitiorum. 3.

(1) per *text. Articuli* ubi conſenſus requiritur. 4.

(2) *Ex Praxi* Imperii. 5.

(3) *Ex formulâ* Receſſuum. 6.

(4) *Ex Inſtrumento Pacis.* 7.

III. *Quatenus jus legiſlatorium* eſt ſolius Imperatoris. 8.

Probatur *quoad publicationem, confirmationem & renovationem.* 9.

*Capitulatio,* Species poteſtatis Legiſlatoriæ *quoad cauſam efficientem ſolicitè diſtinguit.* 10.

IV. *Quid* de diſpenſatione *ſentiendum; an jus Comitiorum ſit?* 11.

*Diſtinguitur.* 12.

*Imperator concedit* Privilegia & dignitates. 13.

*Legitimat* Spurios, *famâ reſtituit,* & veniam ætatis *concedit.* 14.

*Illi actus deſcendunt* ex poteſtate Legiſlatoria. 15.

*Diſpenſandi poteſtas* ibi ſpectat ad Cæſarem. 16.

*Niſi tendat ad derogationem Legis Univerſalis.* 17.

V. Jus *Legum* Architectonicum *eſt partim* reſtrictivum, *partim* reſervativum. 18.

Jus directivum *quoad Ipſum Imperantem* eſt reſtrictivum, *non verò quoad* Alios. 19.

§. 1.

Reſtat, ut paucis etiam de Jure & Officio Regis Romanorum Architectonico agamus, quatenus illud circa Leges Imperii Fundamentales verſatur. Conſiſtit verò illud in *Poteſtate* 1.

Ejus

Ejus *Legiſlatoriâ* ſeu *Jure Legis Imperii condendæ, publicandæ, ſupplendæ, interpretandæ, abrogandæ, diſpenſandæ, renovandæ & confirmandæ.* Unde etiam Architectonicum dicitur, dum ſumma poteſtas circa Leges Reipublicæ condendas, ſupplendas, immutandas, renovandas, inſtar Architecti, verſatur Et exprimitur his verbis: Deßgleichen ſollen und wollen wir auch andere des Heiligen Römiſchen Reichs Ordnungen und Geſetze confirmiren / erneuern / und dieſelbe / wie das des Reichs Gelegenheit zu jederzeit erfordern wird / beſſern. Nam
2. quamvis non omnes Legislatoriæ Poteſtatis Species exprimantur, ſed quarundam ſaltem in Articulo fiat mentio, Poteſtatis ſcilicet Legis confirmandæ & renovandæ, nec non ejusdem pro ratione Statûs Imperii augendæ vel ſupplendæ ſeu immutandæ, reliquæ tamen ſpecies non excluduntur, inprimis cùm ab unâ ad alteram argumentum benè procedat, & poteſtas augendæ, ſupplendæ ſeu immutandæ Legis, poteſtatem ejusdē condendæ ſupponat, Augere enim & ſupplere Legē eſt novas additiones, nova ſupplementa addere. Quæ ipſa, uti in ſe Leges non ſunt; Ita ut Leges fiant, opus eſt ſummâ poteſtate, quæ Legis condendæ facultatem habet. Quod idem etiam in poteſtate interpretandæ legis obtinet; cum Interpretatio Legis, ſententiam ejus & quæ vere ejus mens ſit, ob oculos ponat, Legis verò vis ac poteſtas in mente & ſententiâ conſiſtat, uti eò facit *L. 17. ff. de LL.* ubi JCtus Celſus *Scire* inquit, *Leges, non hoc eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem.* Idem etiam de reliquis ſpeciebus Legislatoriæ poteſtatis intelligendum.

3. §. 2. Eſt verò hoc Jus quatenus id ipſum circa Leges Imperii *noviter condendas*, vel latas *ſupplendas*, *interpretandas*

*tandas & abrogandas* verſatur, *Jus Comitiorum*, adeoque non
ſolum ad Imperatorem vel Romanorum Regem ſpectat; ſed
etiam Statibus Imperii, cum quibus hiſce caſibus communi- 4.
cat Imperator, adſcribendum venit. Ita enim habent (1)
verba Articuli præſentis expreſſa: Mit Raht und Conſens
Unſer und des Heiligen Reichs Chur-Fürſten/ Fürſten und an-
derer Stände beſſern ꝛc. adeò ut Status Imperii non tantum
deſuper ſint conſulendi, ſed etiam conſenſus Ipſorum re-
quiratur. Quod ipſum licet primùm in Capitulatione Leo-
poldinâ ſit expreſſum, cùm in anterioribus deprehendatur
formula ſaltem ita concepta: Mit Raht Unſer und des Hei- 5.
ligen Reichs Chur-Fürſten und anderer Stände/ Ex Praxi ta-
men (2) Imperii & Comitiali conſtat: Imperatorem hîc 6.
Status in Conſortium Imperii jam ante illa tempora aſciviſ-
ſe; Unde etiam (3) Formula Receſſuum Imperii ſolennis:
Haben Wir Uns mit Ihnen/ und ſie ſich hinwiederum mit Uns
verglichen; *vid. R. J. de Anno 1555.* §. In ſolcher *13. in fin. &
paſſim.* Ut conſequenter in Capitulationibus prioribus non
nudum Conſilium, ſed cum Conſenſu conjunctum ſit intel-
ligendum. Quemadmodum etiam (4) in Inſtrumento Pa- 7.
cis Osnabrugenſi *Artic. 8. §. Gaudeant 2.* Ipſis jus ſuffragii at-
tribuitur, ubi Leges ferendæ vel interpretandæ; Et *Artic. 5.
§. 17. verſ. Utriusque 49.* habetur: Quod ſi quid dubii inci-
dat, de eo in Comitiis vel aliis Imperii Conventibus tranſiga-
tur. Addatur *R. J. de Anno 1559.* §. Damit dann *38.* & *de
Anno 1570.* §. Weiters nach dem auch *42.*

§. 3. Quatenus autem hoc jus circa Legum latarum 8.
*publicationem, confirmationem*, vel earundem *renovationem* ver-
ſatur; ſeu ubi Conſtitutiones Imperii eo, quo debet, modo cum
Statuũ Imperii Conſenſu deliberatæ & concluſæ ſunt publicãdæ,
vel

vel communi rurſus conſenſu non abrogatæ ſunt confirmandæ,
vel etiã, ne antiquitate ſuâ memoriâ excidant, & penitus fortè
oblitterentur, ſunt renovandæ, tunc ſoli Regi Romanorum id
9. relinquitur. De *publicatione* enim atteſtatur *Arum. de Comitiis cap. 8. num. 101. ſeqq. & Comitiologi communiter*; De
*confirmatione* verò & *renovatione* manifeſtum præbet argumentum textus noſter, dum has Species ab illis, quæ in §. *præc.*
ſunt propoſitæ, notanter diſtinguit, dum ibi dicitur : Deß-
10. gleichen ſollen und wollen Wir des Heiligen Römiſchen Reichs-
Ordnungen und Geſetze *confirmiren*/ erneuern/ adeoque id ſimpliciter Regi Romanorum reſervatur; cum hâc tamen limitatione, quatenus iisdem communi Statuum Conſenſu derogatum non eſt, quod uti in Speciem Poteſtatis condendæ vel
immutandæ legis incidit; Ita merito id prioribus Speciebus
annumerandum; ibi: So viel die dem Reichs-Abſchied von
Jahr 1555. und mehrerwehnten Frieden-Schluß/ in quibus quippe communi Statuum Imperii conſenſu Conſtitutiones priores ſunt immutatæ, nicht zu wider; Cùm contra in prioribus
*in præc.* §. propoſitis ſpeciebus ita ſonent verba: Und dieſelbe
mit Raht und Conſens der Stände beſſern.

§. 4. De *Diſpenſatione* adhuc videndum; *An & illa*
11. *ſoli Imperatori accepta ferenda? An verò ad iſtam Statuum Imperii conſenſus requiratur?* Et videtur cum Boeclero *in Notit. Imp Lib. 4. cap. 6. §. IV. num 8.* diſtinguendum eſſe: utrum illa
12. reſpiciat poteſtatem univerſalem Imperii, an verò minus. Hoc
caſu ſoli Imperatori ſeu Regi Romanorum competit, non
verò illo. Unde cum Privilegia, Immunitates, dignitatesque
13. concedere regulariter ſolus poſſit Imperator. Lampad *Part. 3. cap. 14.* Stephan *de Jurisd lib. 1. cap. 7.* Paurmeiſter. *de Juris-*
14. *dict. lib. 1. cap. 4. num. 6.* Cumque legitimare liberos naturales,

rales, ſpurios & inceſtuoſos, reſtituere famæ, & veniam ætatis dare, ſolius quoque ſint Imperatoris, *vid.* Beſold. *de Regalib. cap. 2.* Talia autem ſpectent ad Jus legislatorium, ſeu poteſtatem diſpenſandi de Effectibus Legis latæ; prout hæc demonſtravimus in *Elementis Juriſprudentiæ Univerſalis* ſeu *Inſtit. Jur. Natur. & Gent. Part. Gen. Sect. 3. cap. 3. prop. 3. 4. 5.* 15.
per ſe omninò patet: Quod diſpenſandi Poteſtas eatenus ad ſolum Imperatorem ſpectet. Quod ſi verò diſpenſatio tendit ad derogationem Legis Imperii univerſalis, vel potius Jus ſingulare quam Privilegium eſſe ſtatuitur, tunc meritò ad claſſem illarum ſpecierum quæ *in §. 2. ſupra* ſunt propoſitæ, refertur. 16. 17.

§. 5. Uti ergò ex hiſce patet, Jus circa Leges Imperii Univerſales Architectonicum *eſſe Majeſtaticum*, nec *reſtrictivum ubique Cæſareæ poteſtatis*, ſed ſaltem in iis quæ Poteſtatem condendæ, ſupplendæ, interpretandæ, immutandæ legis reſpiciunt; In cœteris verò eſſe potius *reſervativum & confirmativum poteſtatis Regiæ*; Ita etiam *Jus* quod *directivum* ſupra diximus, ubi ea, quæ jam olim Imperatores pacto promiſere, & pro Salute Imperii conſtituere; *Ipſi quoque Regi* ſervanda ſtatuuntur, *reſtrictivum* quidem eſt; quatenus verò idipſum *circa Alios* in ordine retinendos verſatur, & Rex Romanorum eatenus officii ſui regii admonetur, id potius majoris efficaciæ cauſâ Capitulationi inſertum & confirmativum poteſtatis Regiæ eſſe cenſendum eſt, quam ut poteſtas Cæſarea inde reſtricta eſſe, ſit dicenda. 18. 19.

CONSPECTUS COMMENT. ARTIC. II. CAPIT. JOSEPHI

Breviter Hic eſt. Continet enim

Jus & Officium Regis Romanorum circa Leges Imperii Fundamentales. *Ubi de eo*

- *in* Genere, *Legumque Fundamentalium*
  - Obſervatione.
  - Definitione. CAP. I.
- *in* Specie, *quoad*
  - Leges Imperii Fundamentales *ipſas*; Scilicet
    - Auream Bullam, *ubi de Hujus*
      - Extenſione *ad Electoratum Octavum.*
      - Causâ Efficiente. CAP. II.
    - Pacem Publicam *tàm*
      - Profanam, *quàm*
      - Religioſam, *Cujus obſerves inprimis*
        - Capita *tria &*
        - Effectus *varios.* *Ut &*
      - Manutentionem *Utriusque.* CAP. III.
    - Inſtrumentum *Pacis Weſtphalicæ*
      - Cæſareo-Svecicum *Osnabrugenſe,*
      - Cæſareo-Gallicum *Monaſterienſe.* CAP. IV.
    - Receſſus imperii. CAP. V.
  - Jus & Officium Regium *tàm*
    - Directivum. CAP. VI. *quàm*
    - Architectonicum. CAP. VII.

# COMMENTATIO
AD
# CAPITULATIONEM
# JOSEPHI
# ROMANORUM REGIS
# AUGUSTI,
*ET QVIDEM AD EJVSDEM*
## ARTICUL. III.
DE
## *JVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA JVRA ET PRIVILEGIA IMPERII MEMBRORVMQVE EIVS.*

## CAP. I.
## *DE JVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA JVRA ET PRIVILEGIA IMPERII ET STATVVM IN GENERE.*

I. J*us & officium Regium refertur vel* ad Ipſum Regem. 1. *vel* ad Alios. 2.
*Quod ad Regem, eſt vel* Negativum, *vel* Affirmativum. 3.
*Scilicet* I. Ne Ipſe turbet aliorum Jura. 4.
*Nec* per Se fiat, quo minus unusquisque jure ſuo utatur. 5.
II. *Ut* jura Membrorum Imperii confirmet. 6.
III. *Ut ea* contra alios defendat. 7.
II. Per Jura *intelligitur*

 (1) Fa-

(1) Facultas moralis. 8.
(2) Leges *ſeu norma actuum.* 9.
*Quo & ſpectat* Conſvetudo. 10.
(3) Status *ſeu Conditio* Hominis 11.
*Quod probatur.* 12.

III. Privilegia *quid ſint?* 13.
*Diſtinguuntur* in Perſonalia & realia. 14.
*Quomodo differant* à Conſtitutionibus Perſonalibus? 15.
*Jura non conſtituuntur* in Perſonas ſingulas. 16.
*Conveniunt tamen*
(1) *quia* Privilegium *eſt* priva Lex. 17.
(2) *quia* Privilegium *eſt* juſſum de ſingulis. 18.
(3) *quia* in Cod. Theod. *dicuntur* Reſcripta Perſonalia. 19.
(4) *quia* l. 8. de LL. *intelligenda* de Lege Romanâ. 20.
*Non omne Privilegium eſt* Conſtitutio Perſonalis. 21.

IV. Privilegium *differt* à Jure ſingulari. 22.
Jus ſingulare *dicitur reſpectu* Juris; Privilegia *vero etiam in* ſingulas Perſonas *ſunt conſtituta*. 23.

V. *Conveniunt tamen*
(1) *quia* in ſingulos Cives & cauſas Privilegia *dantur*. 24.
(2) *quia lis circa vocem*. 25.
(3) *quia per* Privilegia *diſceditur* à Regulis Juris communis. 26.

VI. Privilegia *deſcendunt ex Jure* Nomothetico. 27.
(1) *quia ſunt* privæ Leges. 28.
(2) *quia* Summa poteſtas *diſpenſat circa* Jus commune. 29.

VII. *An* Jus concedendi Privilegia *ſit de* Reſervatis Imperatoris? 30.
*Quod affirmatur* regulariter.
(1) *quia nullibi* in Capit. reſtrictum. 31.
(2) *quia ibi* contrarium ſancitum. 32.
(3) *per* R. J. de Anno 1654. §. 115. 33.
(4) *per* Inſtrumentum Pacis 34.
(5) *quia* Imperator *concedit* Nundinas, Privilegia Acad. & ſimilia. 35.
(6) *per Regulam* Doctorum Juris Publici. 36.
(7) *per* Autoritatem Doctorum. 37.
(8) *quia* Imperatori *non ſunt omnes* Species Juris Legislatorii *reſtricta*. 38.
*Limitatur (1) quoad* Privilegia, quibus Jus tertii læditur. 39.
*Limitatur (2) Si* Privilegia univerſum Imperii Statum tangant. 40.

1. *Jus*

Digitized by Google

§. 1.

*Jus & Officium Regis Romanorum,* quod in præſenti Articulo *circa Jura & Privilegia Imperii & Statuum* exprimitur, breviter & *generaliter* eò redit: Ut referri poſſit vel *ad Regem* 1.
*Romanorum* vel *ad Alios*; Quod ad Ipſum Regem attinet, 2.
partim *negativum*, partim *affirmativum* eſt, quod ibidem comprehenditur; ita ut commodè ad hæc *tria membra*, ibidem 3.
contenta, nimirum ad *Non-turbationem*, *Confirmationem* & *Defenſionem* referatur. I. Scilicet: *Ne Ipſe Imperii Romani* 4.
*vel cujusquam in Eodem quaſitis Juribus deroget, ſed unumquemque jure ſuo uti Ipſe ſinat*; *Artic. 3.* ibi: Die Teutſche Nation, das Heilige Römiſche Reich/ und die Chur-Fürſten/ wie auch andere Fürſten/ Prælaten/ Grafen/ Herren und Stände/ ſambt der ohnmittelbaren Freyen Reichs-Ritterſchafft/ bey Ihren Hoheiten und Gerechtigkeiten/ auch ſonſten Jeden bey ſeinem Stand und Weſen verbleiben laſſen; ohne Unſern Eintrag und Verhinderung; quod negativum dicere lubet, non quidem ſimpliciter, ſed ita, ut poſitivum quoddam involvat, dum Rex Romanorum: *Per Se non fieri debere, quò minus unusquisque jure ſuo utatur*; adeoque patientiam quoad Se promittit; Ita enim Patientiam caveri, imo uſum & quaſi-poſſeſſionem Juris acquiri & confirmari, accuratè ſtatuunt JCti, Javolenus *in l. ult. ff. de Servit.* & Pomponius *in l Ratio. 3. §. 2. ff. de Act. Empt.* II. *Ut Jura & Privilegia Statuum & Nobili* 5.
*tatis Immediatæ Imperii confirmet*; ibi: Darzu denen Ständen/ ſambt erſtgedachten Reichs-Ritterſchafft Ihre Regalia und Gerechtigkeiten in guter beſtändiger Form confirmiren und beſtätigen. Et III. denique: *Ut Jura Statuum & Nobilitatis Im* 6.
*perii immediatæ contra Aliorum inſultus, turbationesve defendat*, ibi: Sie auch darbey als erwehlter Römiſcher König handhaben/ ſchützen und ſchirmen; Quæ jura affirmativa dicimus.

§. 2. Per Jura Imperii & Statuum non tantum intel-
8. ligitur (1) *Qualitas & Facultas moralis Ipſis competens ad aliquid*
*juſtè habendum vel agendum*, prout deſcribit Grotius *de Jur. B.*
*& P. Lib. 1. cap. 1. §. 4.* uti eò ſpectant verba *Capitul. præſent.*
*art. 3. noſtr.* ibi: Bey Ihren Hoheiten / Geiſt- und Weltlichen
Würden/ ꝛc. Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ ꝛc. verbleiben
laſſen. *Et porrò:* Ihre Regalia und Obrigkeiten / Freyheiten/
Privilegien/ Pfandſchafften und Gerechtigkeiten ꝛc. confirmiren
und beſtätigen. Sed etiam (2) quatenus per Jura intelligun-
9. tur *Leges* ſeu *Norma & Regula actuum moralium obligans ad id*
*quod rectum eſt*, quemadmodum iterum definit Grotius *de*
*Jur. B. & Pac. lib. 1. cap. 1. th. 9.* ſeu uti ad Civitatem applican-
tur: Quatenus ſunt *Norma actuum moralium obligans ad id,*
*quod Civitas conſtituit*, vel uti Imperator Juſtinianus definit:
*Quod quisque Populus ſibi Ipſi Jus conſtituit* juxta §. *1. J. de Jur.*
*N. G. & C. l. 9. ff. de Juſt. & Jur.* Sive ſint Leges ſcriptæ ſive
10. non-ſcriptæ, ſeu Conſvetudines ritè & ex Conſenſu Legisla-
toris tacito introductæ, quippe quæ ejusdem cum Jure ex-
preſſo ſunt effectûs. *§. 9. J. de J. N. G. & C. L. 33. ff. de Legib.*
Et faciunt eò verba textus noſtri, ibi: Bey Ihren Würden/
Rechten/ Gerechtigkeiten / ꝛc. *Et porrò:* Ihre Regalia und
Obrigkeiten/ auch Gebrauch und gute Gewohnheiten/
ſo ſie bißher gehabt haben/ oder in Ubung geweſen ſeyn zu Waſ-
ſer und zu Lande/ *addat.* R. J. Spir. *de Anno 1542. §.* Damit
auch *69.* ibi: Bey Ihren Rechten und alten Gewohnheiten. *R. J.*
*Ratisbon. de Anno 1557. §.* So ſoll es *49. R. J. de Anno 1566. §.*
11. Dieweil nun *41.* Imò etiam (3) per Metonymiam cauſæ
pro effectu intelligimus Jura, quatenus per ea denotatur *Sta-*
*tus ſeu conditio hominis, in quâ quis eſt conſtitutus, & Jura inde*
*ſua exercet*; uti eò ſpectant verba textus *Artic. 3.* ibi: Auch
12. ſonſten jeden bey ſeinem Stand und Weſen verbleiben laſ-
ſen.

Digitized by Google

ſtin. Prout enim Status Hominum eorumque Conditio eſt diverſa; Ita etiam diverſa exinde oriuntur Jura. Sic etiam vox *Juris* pro Statu capitur in *Tit. J. de Jure Perſon.* Uti non tantum (1) ex eo patet, quod in dicto Titulo de Statu potius Perſonarum, quam facultate aliquid habendi vel agendi, vel de normâ actuum moralium agatur; ſed etiam (2) Quod Titulus ille in Digeſtis inſcribitur: *De Statu Hominum.* Unde etiam Vinnius *in Not. ad rubr. Tit. de Jure Perſon.* obſervat: Quod *Status rationem cauſæ, Jus effecti habeat;* Et Quod *Status ſit ipſa Perſonæ conditio;* *Jus* verò *quod hanc conditionem ſequitur.*

§. 3. *Privilegia* ſunt *Jura & Conſtitutiones ſingulares,*
*quæ propter certas cauſas & Perſonas contra vel præter jus com-* 13
*mune aliquid diſponunt.* Uti benè definit Struv. *in Synt. Jur. Civil. Exerc. 2. th. 26.* Et ſunt vel *Perſonalia*, quæ Perſonæ, 14
vel certo Perſonarum Ordini, ut Principum, Comitum, Nobilium, Pupillorum, Clericorum, Studioſorum, vel certæ familiæ ſunt conceſſa, vel *Privilegia Realia*, quæ ex ratione ſingulari cauſæ vel rei tribuuntur, ut propter ipſam cauſam vel rem perſona ad quam pertinet, ſingulari jure fruatur; per *L. 68. & l. 196 ff. de R. Jur.* Et differunt quidem Privilegia 15
perſonalia propriè à Conſtitutionibus Perſonalibus, ubi Perſonæ ſingulari vel ob meritum indulgetur, vel qua pœna ſcil. *gravior* irrogatur, vel ſine exemplo ſubvenitur, quæ ipſa perſonam non egrediuntur; *§. 9. J. de J. N. G. & C. L. 1. §. 2. ff. de Conſtit. Princ.* uti obſervat Strauch. *de Statut. à Summo Princ. th. 30. & in Differt. Juſtin. 1. th. 8.* Cùm Jura non conſtitu- 16
antur in Perſonas ſingulas, ſed generaliter *L. Jura 8 ff. de Legib.* Et *juſſa populi plebisve de Imperio Cnei Pompeji, de reditu M. Ciceronis, de Cæde P. Clodii quæſtio, non poſſint vocari Leges. Non ſunt* enim *generalia juſſa ſed de ſingulis concepta.* Uti inquit *Gellius 10. Noct. Att. 20.* Et apud Ciceronem *injuſtæ*

di;

Digitized by Google

dicuntur *Privilegia*, *cum Legis vis ſit, ſcitum eſſe & juſſum in omnes.* in Orat. ad Pontif. Et in LL. XII. Tabb. *Privilegia ne*
17. *irroganto*: Sed quia (1) Privilegium dicitur idem, quod *priva Lex*, ſeu Jus *privis* ſive ſingulis hominibus datum; *quæ enim veteres priva dixerunt, nos ſingula dicimus*, inquit *Gell. d. l.*
18. Qui æquè ac Cicero *d. l.* Privilegium dicit juſſum *de ſingulis*
19. conceptum; Sic (3) in *Cod. Theod. Tit. de Itinere muniendo*, quæ in *l. 5.* dicuntur *Reſcripta Perſonalia*, illa dicuntur in *l. 4.*
20. *prac. Privata Privilegia.* Et quod (4) *Leg. 8. ff. de Legib.* concernit, vel illa ad mores Statûs popularis reſpicit, cui propter æqualitatem Civium Leges privæ repugnant; vel ad Legem in Rep. Romanâ propriè dictam, ſcilicet; *Quam populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante, conſtituit*; §. 4. *I. de I. N. G. & C* Quam cùm non ferret Imperator, ſed quod
21. faciebat jus, Conſtitutionis nomine veniebat; Hinc etiam Conſtitutio perſonalis Privilegium, quamquã non omne Privilegium, quod *ſcil* cauſæ datum eſt, Conſtitutio vel Reſcriptum perſonale dici poterit.

§. 4. Differunt etiam *privilegia propriè à Iure ſingula-*
22. *ri*, uti obſervat Cujac. *lib. 15. Obſerv. cap. 8. in fin.* quod hoc non dicatur intuitu perſonæ cui competit, uti Privilegia, quemadmodum *in §. 3.* vidimus, ſed intuitu rationis juris, ubi quid contra rationem juris, ſeu contra tenorem rationis, propter utilitatem & neceſſitatem publicam eſt conſtitutum *l. 14. l. 16. ff. de Legib. l. 162. ff. de Reg. Iur.* Sic Regula eſt Juris communis: Neminem plus Juris transferre poſſe, quàm ipſe habet. *L. nemo plus 54. l. nemo. 120. de R. I. L. Traditio 20. ff. de Adq. rer. Dom.* Paulus tamen JCtus ex Libro de Jure ſingulari dicit in *l. Quod noſtrum 63 ff de uſufr.* Quod is, qui fundũ habet, uſumfructum cedere poſſit, quod à Regula Juris deflectit; Sic Regula eſt: Quod debitor ſolvere creditori teneatur; Sed Paulus ex libro de Jure ſingulari, dicit, *in L. Maritus 54. ff. Sol. ma-*

*tr.*

*trim.* Quod maritus, ſocius, Patronus, Parens, non teneatur,
niſi facere id poſſit, donator verò teneatur; quod jus ſingula- 23.
re eſt: Ita ut hoc dicatur, quod paulum diſcedat à Regulis Ju-
ris; Privilegia etiam in ſingulas autem perſonas ſint conſtituta;
uti obſervat *Cujac. d. l.* Ut taceamus Privilegium ſe habere
ut proprium, & eſſe jus certæ perſonæ vel cauſæ proprium, &
certis earundem qualitatibus & conditioni accommodatum,
prout definit Strauch. *de Stat. à Summo Princ. th 29.* Jus verò
ſingulare derogare Juri Civili generali, & opponi rationi Juris
communis; Ita ut breviter *Jus ſingulare ſeorſim agat à Juris com-
munis ratione, & rationem Status pro ratione habeat,* per *l. 16. ff.
de LL. & L. 162. ff. de R. J.* Privilegium verò *communi Juris ra-
tioni ſubſit, illamque applicet ſubjectis propriis & adæquatis, in
quantum illa illud recipiendo ſunt.* vid Strauch. *d. th. 29. add.*
Jacob. Gothofred *ad Reg. Jur. 162.*

§. 5. Sed quamvis hæc ita ſint; quoniam tamen pro 24.
ſingulari Jure haberi etiam poteſt, quod non in omnes Cives,
ſed in ſingulos *v gr.* Nobiles, Clericos, Studioſos, eſt conce-
ptum, uti traditum *ſupra* §. 3. quemadmodum etiam, quod
*v. gr.* cauſæ dotis, cauſæ piæ eſt ſancitum; perinde ferè, uti ſin-
gularia quædam ſunt recepta circa uſucapionem, circa pecuni-
am creditam &c. juxta *l. Singularia 15. ff. de Reb Cred.* Jus
autem ſingulare circa perſonas vel cauſas privilegium dicitur.
*l. 68. & l. 196. ff. de Reg. Jur. vid.* quæ *ſupra ad* §. 3. ſunt dicta.
Hinc non immeritò cum communi Doctorum Scholâ Privi-
legia *Conſtitutiones ſingulares* diximus, inprimis (2) cùm in
verbis ſimus faciles, ſi de re ipsâ conſtet, *arg. L 17 ff. de Legib.* 25.
Nec in verbis ſit ſubtiliter dialecticandum, uti loquitur *Car-
din. Mantica de Conject. ult. vol lib. 1. Tit. 1. num. 4.* Ut ta-
ceam, (3) etiam per Privilegia diſcedi quadantenus à Regulis 26.
Juris communis, ut quando Regula eſt: Quod omnes Cives
teneantur ſolvere Collectas; Per Privilegium immunes ab iis
excuſentur.



Digitized by Google

§. 6. Deſcendit autem Jus dandi Privilegia ex Jure
26. Nomothetico, ſeu Legislatorio, *ſive* quod Privilegia ſint *Privæ leges* ſeu in Perſonas & cauſas ſingulas conceptæ, uti *ſuprà*
28. *§. 3.* obſervatum; *Sive* etiam, quod Summa Poteſtas de Jure
29. communi diſpenſat. Quando enim Princeps vel ob meritum aliquid indulget, vel ex ratione particulari de Legibus generalibus & Univerſalibus, ſeu aliquid ſingulare præter diſpoſitionem concedit & conſtituit, tunc id eſt diſpenſare ſeu relaxare à Lege generali, hoc eſt, dare Privilegia, uti huc faciunt §. *6. 7. de J. N. G. & C. l. 1. ff. de Conſtit. Princ.* Unde & Bœcler. *in Notit. Imp. lib. 4. cap. 1. num. 4. §. 8.* & *lib. 12. cap. 1. circ. princip.* benè poteſtatem dandi Privilegia ad Jus Nomotheticum refert.

30. §. 7. Ex quibus facilè fieri judicium poteſt: Quis in Imperio Romano-Germanico poteſtatem habeat Privilegia & immunitates concedendi? *An Reſervatis Imperatoris, an verò Communicatis Juribus jus illud accenſendum?* Et meritò pro
31. Cæſare *regulariter* id affirmandum venit (1) *propterea*, quod nullibi in Capitulationibus idipſum inveniatur reſtrictum, vel cum Statibus communicatum, adeoque Cæſari reſervatum.
32. Imò potius (2) contrarium in iis ſancitum, per *text. Articul. præf. 3.* ibi: Und niemand einig Privilegium darwider ertheilen; Privatio verò & reſtrictio ſecundum Canonem Philoſophicum ſupponit habitum. *Add. art. 44. infra.* ibi: Käyſerliche Con-
33. ceſſiones der Privilegien. Quod etiam (3) in R. J. de Anno 1654. §. Und ſiehet 115. legitur *ibi*: Privilegia de non appellando, deren fernere Erhöhung bey Uns als Römiſchen Käyſer/ von denne dieſe und andere dergleichen Begnadigungen herrühren/ in ſo weit gebührend anzuhalten/ und nach Geſtalt der Sachen Umſtände Unſerer Reſolution und Verordnung
34. darüber zuerwarten. (4) Per *Inſtrum. Pacis Cæſar. Suecicum Art.*

*Art, 8. §. Gaudeant*, ubi jura Imperatori cum Statibus Imperii communia ſolicitè quidem recenſentur, de Jure verò Privilegiorum & immunitatum nihil ibi habetur. Unde etiam (5) Imperator jus dandi nundinas privilegiatas, Privilegia Academica concedendi & ſimilia ſolus habet. Quemadmodum & (6) Regula apud Doctores Juris Publici hæc ſolennis eſt: *Hoc Jus ſpectat ad Privilegia; Ergò eſt de Reſervatis Imperatoris.* Et præterea (7) autoritas Doctorum Juris Publici tantum non omnium id confirmat. *vid.* Paurmeiſterus *de Jurisdict. lib. 1. cap. 4. num. 6.* Gail. *lib. 1. Obſerv. 1. num. 7.* Stephani *de Jurisdict. lib. 1. cap. 7.* Lampad. *Part. 3. cap. 14.* Carpzov. *de Leg. Reg. cap. 12. num. 8.* Limn. *lib. 2. cap. 9. num. 19.* Bœcler. *in Not. Imper. lib. 4. cap. 1. th. 4. num. 8. &c.* Et quamvis *ad præc. §.* diximus: Hoc jus ſpectare ad Jus Nomotheticum, poteſtas verò Legislatoria in Imperio Romano non ſpectat ad ſolum Cæſarem, ſed Jus Comitiorum eſt per *Capit. Joſephi Art. 2.* ibi: Mit Raht und Conſens Unſer und des Heiligen Reichs Chur-Fürſten/ Fürſten und anderer Stände/ beſſern. *& Inſtrum. Pacis Artic. 8 §. Gaudeant* vid. *Diſſert. ad Artic. 2. Capitul. Joſephi cap. 7. §. 2.* Probavimus tamen *dictâ Diſſert. d. l. §. 3. & 4*: Non omne jus Legislatorium Imperatori eſſe reſtrictum, nec Poteſtatem diſpenſandi circa Leges Romanorum Regi eſſe limitatam, quatenus illa ad Privilegia Immunitatis, & dignitates refertur. *Limitatur* tamen hoc Jus Regium circa Privilegia (1) ut illud exerceri non poſſit, quatenus Jus Tertii exinde læditur, uti huc faciunt verba *noſtri Articuli 3.* ibi: Und niemand einig Privilegium darwider (h. e. contra Jura Statuum) ertheilen / Quippe quod etiam Juri communi repugnat. *Quid enim alicui pro pietate conceditur, ad aliorum injuriam non debet redundare.* Cap. *Cum dicat. 2. extr. de Eccleſ. ædific. cap. quia 2. in fin. extr. de Relig. domib.* Et Privilegium militum ad alienam injuriam porrigi non oportet. *L. Impu-*

35. 36. 37. 38. 39.

*beri 40. ff. de Admin Tut. L. 8 pr. ff de Prator. Stipul.* Quemadmodum & (2) *Limitatur:* ſi Privilegia univerſum Imperii Statum concernant, qualia ſunt jus concedendi, augendi vel prorogandi Vectigalia, Jus concedendi Regale Monetæ, Jus recipiendi aliquem inter Status Imperii; & quæ ſunt ſimilia, ubi Regia poteſtas etiam circa Privilegia eſt limitata *vid.* in Capit. Joſeph. *infra Art. 20. 33. & 43.*

## CAP. II.

# DE JURE ET OFFICIO REGIS
### ROMANORUM CIRCA
# IURA NAT TEUTONICÆ ET IMP.

I. Jus & officium Regis conſideratur
(1) *Materialiter.* 1.
(2) *Formaliter.* 2.
Quoad *Regem ipſum* vel quoad *Alios.* 3.
II. Jura *Nationis Germanicæ* in genere. 4.
*Quæ ſit ratio cur* dicta Clauſula Capitulationi ſit inſerta? 5.
*Quare* hodie retineatur *in Capitulationibus?* 6.
III. Jura *Nationis Germanicæ* in Specie. 7.
*Scilicet* I. Libertas;
Cujus *Gens Germanica* tenaciſſima. 8.
*Non tantum* ante *ſed & ſub* *Imperio Francorum.* 9.
Franci *fuere populi Germaniæ.* 10.
Carolus M. *prima Fundamina jecit* Dignitatis Principum Germaniæ. 11.
*Quæ* Carolingis rejectis, *poſteà aucta.* 12.
IV. Alterum jus *Nationis Germanicæ eſt* II. Majeſtas Imperatoria. 13.
Carolus M. *tranſtulit Majeſtatem Imperatoriam* ad Germanos; *probatur*
1. quia *Germanus.* 14.
2. quia *ipſi in diviſione acceſſit Germania.* 15.
3. quia *à Cæſaribus Romano-Germanicis vocatur:* Un-

ſer

Digitized by Google

ſer Vorfahr am Reich. 16.
Carolus M *acquiſivit Imperium Romanum*
(1) *jure belli.* 17.
(2) *Transactione.* 18.
(3) *Acclamatione* Pop. Roman. 19.
V. *An alius quam Germanus* in Imperatorem *poſſit eligi?* 20.
Lex *propterea* Ottonis III. 21.
Inprimis *hic* Capitulatio *pro Lege eſt.* 22.
VI. *Jura* Sacri Romani Imperii *non turbanda.* 23.
Imperium *dicitur* Romanum
(1) quia *decus gloriæ Imperii* ab Auguſto ad Succeſſores *tranſiit.* 24.
(2) Propter *Prophetiam Danieliticam.* 25.
(3) quia *nomen in parte rei* ſubſiſtit. 26.
*Germania pars fuit* provincia Imperii Romani. 27.
(4) quia *Carolo M. & Ottoni M.* Imperium acquiſitum *in urbem Romam.* 28.
(5) quia *Impp. Romano-Germanici* ſunt in quaſi-poſſesſione hujus Elogii. 29.
*Sacrum* dicitur *Imperium non Oratorio* Stylo ſed *Curiali* 30.
*Unde hoc* probatur? 31.
VII. Natio Germanica, & Imperium Romanum *in textu* ut diverſa *tractantur.* 32.
*Interdum* conjunguntur; *Unde* das Römiſche Reich Teutſcher Nation. 33.
*Quid denotet illa Clauſula?* 34.
VIII. *Jura Imperii* ſunt *Communia,* uti ſunt
(1) *Jura Finium Imperii* 35.
de quibus *remisſive* 36.
IX. (2) *Jus* X. Circulorum *Imperii.* 37.
*Quid de diviſione* (1) in Quaterniones *habendum?* 38.
(2) *in* Caput & Membra. 39.
(3) *Diviſio* in X. Circulos *obſervanda.* 40.
X. *Autor Diviſionis* in Circulos Maximilianus I. 41.
*Utilitas ipſius tam*
*in* Genere. 42.
*quam* in ſpecie. 43.
XI. Pro regimine Circulorum *ſunt conſtituti*
(1) *Directores.* 44.
(2) Duces. 45.
(3) *Adjuncti.* 46.
(4) *Receptores Circulares.* 47.
*A quibus differunt*
Receptores Statuum. 48.
(5) *Zygoſtatæ.* 49.
XII. De Mutationibus, Reformatione & Redintegratione Circulorum *remiſſive.* 49.
XIII. *Ad Jura Imperii communia* (3) *refertur* Matricula. 50.
*Quæ noviſſima?* 51.
*An hæc* perfecta? 52.
*Renovatio & emendatio* matriculæ. 53.

*Ubi* matricula *invenitur?* 54.
*Et ubi* Repartitio Noribergenſis? 55.
Sebaſtiani **Ammers** *de Matriculâ Meditationes.* 56.
XIV. *Ad Iura Imperii communia ſpectat* 4) Jus Archivi.
*Definitio & Synonyma* Archivi & Archeotæ. 57.
*Archivum diſtinguitur in* Imperatoris & Imperii Archivum. 58.
Hoc *continet*
*vel* Acta publica
*vel* Acta Judiciorum Publicorum. 59.
*Ubi aſſerventur* Acta Italica? 60.
*De Effectu* Archivi *remiſſivè.* 61.
XV. *Spectat ad Iura communia Imperii* (5) Jus Comitiorum. 62.
(6) *Ius circa* Judicium Camerale. 63.
(7) *Ius circa* Bellum & Pacem *de quibus remiſſivè.* 64.

§. 1.

1. Jus & officium Regis Romanorum, ſe exerit I. *Materialiter & objectivè* (1) in Juribus *Nationis Teutonicæ* (2) in Juribus *Imperii* (3) in Juribus *Statuum Imperii* (4) in Juribus *Nobilitatis immediatæ* & (5) in Juribus *Cuicunque quæſitis.* II. *For-*
2. *maliter* ratione modi & quatenus id vel Regem Romanorum ipſum concernit, quod in *non-turbando* & *confirmando*, vel
3. quoad alios in *defendendo* conſiſtit; de quibus infra ſigillatim erit agendum; in hoc vero Capite de Primo & ſecundo dicetur.

§. 2. Juribus I. Nationis Germanicæ his verbis in
4. textu cavetur; **Sollen und wollen Wir in alle Wege die Teutſche** Nation **bey Ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt bleiben laſſen.** Quæ verba jam in Capitulatione Caroli V. ſunt expreſſa; Ita ut exinde judicium ferri queat, propterea illam formulam Capitulationi eſſe inſertam, ne forte tanquam Rex Hiſpaniæ tum temporis potentiſſimus vel *Libertati Teutonicæ* gravis eſſet, vel etiam ipſam *digni-*

Digitized by Google

*dignitate Imperatoriâ*, in dictam Nationem ritè translatâ, privaret. De hoc enim inter alia quoque cavere voluiſſe Electores, nullum planê ſubeſt dubium, cùm Jus Romanorum Regem & Imperatorem eligendi ſane maximum, hactenus, & à tempore Conradi I. ſpectaſſet ad Nationem Germanicam, adeoque metueretur, ne forte occaſione Imperii Carolini impoſterum ad Nationem Hiſpanicam devolveretur; Idque eò magis, quò potentior tum temporis erat Monarchia Hiſpanica adeò, ut etiam, teſtante Hiſtoriâ illorum temporum, ad Monarchiam Univerſalem aſpiraverit. Et quamvis hodiè ſi- 6.
milis cauſa metuendi amplius non ſubſit, cùm ab illo tempore Reges Romanorum non ſint electi, quorum potentiam externam æquè revereri neceſſe habeat Germania; Clauſula tamen illa, tam quod abundans cautela non nocet, quam propter alia Nationi Teutonicæ competentia Jura & prærogativa, ex occaſione temporariâ perpetua eſt facta.

§. 7. Duo ergò ſunt de quibus Nationi Teutonicæ in 7.
*hoc Articulo* cavetur: *Alterum* eſt *Libertas*; *Alterum verò dignitas*; Libertatis Gens ſemper fuit tenaciſſima, uti teſtatur Ta- 8.
citus *lib. 2. Annal. cap. 44. ſeqq.* & *de Morib. German. cap. 7. 11. & paſſim*; ita ut regno Arſacis acriorem dicat Germanorum libertatem, in *cap. 37. de Morib. German.* omniumque ſeculorum Hiſtoriæ loquuntur; Quæ Libertas in Gente in eo conſiſtit, ut Libertas temperetur Principatu, & Principatus libertate, quemadmodum *res ferè diſſociabiles, Principatum ſcilicet ac libertatem*, miſcuiſſe olim dicitur Nerva Cæſar, apud Tacit. in *Vitâ Agric. cap. 3.* Et quamvis ſub Imperium Francorum, ma- 9.
ximè Caroli M. temporibus, partim armis, partim coadunatione, juxta *Eginhardum in Vita Caroli Magni*, Germania ſit redacta! Ipſos tamen Francos ex liberis Germaniæ populis fuiſſe, 10.
Marquardus Freher. *lib. 2. Orig. Pal. cap. 3.* monſtrat; Neque etiam Francorum Reges deſpoticè imperâſſe tàm Comitia ſæ-

pè

pè habita teſtantur, quàm etiam hoc, quod ipſe Carolus M.
11. prima quaſi Fundamina Dignitatis & Poteſtatis plerorumque Principum, Ducum, Comitum, Baronum, Imperiique Statuum poſuerit. Uti eò facit blandum ad Nobiles ſuos Francos & Germanos in Comitiis Padtabrunnenſibus Anno 777. celebratis habitum alloquium: *Ite Milites mei, Vos Heroës vocabimini, Socii Regum, Judices Criminum, vivite poſthac laboris expertes, conſulite Regibus publico nomine, favete Orphanis, juvate pupillos, Conſilio circumdate Principes.* Quod refert Goldaſt. *in Tom 3. Conſtit. Imper. Lat. fol. 120.* Quod ipſum poſtea,
12. Carolingis Sceptro Imperiali exutis, magis magiſque vires cepit, ita ut temporis ſucceſſu Imperii Status etiam in conſortium Imperii ſint aſciti; Unde etiam innatus ille nationi Germanicæ character, in hunc usque diem perdurat, ita ut genuinum Imperii Romano-Germanici Intereſſe hodienum conſiſtat in Conſervatione Libertatis Germanicæ, juxta Conſtitutiones Imperii moderatæ, prout loquitur Myler. *de Princip. & Stat. Imp. cap. 14. §. 7. ex* Fridberg. *ad Burgold part. 1. Diſſert. 10. n. 17. add* Dan Heider. *in Fundam. Diſcurſus* von dem Reichs-Vogtheyen *lit.* W W W W.

§. 4. *Alterum* de quo Nationi Teutonicæ in hoc Ar-
13. ticulo cavetur: eſt *Majeſtas Imperatoria*, in jam dictam Nationem per Carolum M. tranſlata. Uti enim (1) *Carolus Magnus*
14. & Nativitate, & proſapiâ, & moribus, & Linguâ fuit *Germanus*; Uti etiam (2) in diviſione terrarum paternarum ipſi acceſſit
15. Germania, Corolomanno verò Gallia; *vid.* Schaten *in Hiſtor. VVeſtfal. Lib. 6. in fin.* ita etiam dum acquiſivit Imperium Romanum, Germaniæ idipſum, non verò
16. Galliæ adunivit; Unde etiam (3) à Friderico III. Imperatore in Seiner *Reformation de Anno 1442 Tit.* von dem heimlichen Gericht vocatur Unſer Vorfahr am Reich. petinde uti Carolus IV. eodem Titulo in *d. Reformat. Tit.* daß niemand den an-

dern

dern beſchädige; inſignitur. Acquiſivit verò eandem Majeſta-
tem Carolus M. (1) *jure belli* quo ipſam extorſit Longobardis, 17.
horum Rege Deſiderio fugato & capto; (2) *Tranſactione*, 18.
*primò* cum Irene Imperatrice, & Nicephoro, & *poſtea* cum Leo-
ne Imperatoribus Orientis hujus tenoris initâ, ut alter eſſet
Orientis, alter verò Occidentis Imperator. Unde *Gotfridus*
*Viterbienſis in Chron. Part. 17.* de illa tranſactione ita canit:

> *Græcia tranſegit, placuit tranſactio Regi,*
> *Conſenſu* Græci, Carolus *ſibi culmen adegit;*
> *Legibus obtinuit, quod quaſi præda fuit.*
> *More ſuo Fratres ſunt tali fœdere facti,*
> *Ut* ſimul Imperium *teneant, ac pace coacti*
> Roma Vetus *Noſtris, ſed* Nova *ceſſit* Eis.

(3) Acceſſit *acclamatio Populi Rom.* à quo Advocatus S. Petri, Patricius & Imperator Romanus eſt ſalutatus. *vid.* Flacius Illyricus von Ankunfft des Röm. Reichs an die Teutſchen. Arum. *in Diſc. 3. Vol. 1. Jur. Publ.* Limn. *de Jur. Publ. lib. 4. cap. 5. num. 2.*

§. 5. Ex quo etiam haud obſcurè argumentum du- 20.
cere licebit: *Quare non alius quàm Germanus in Imperatorem*
*ſeu Regem Romanorum poſſit eligi?* Aliter enim ſi fieret, facilè
Natio Germanica dignitate Imperatoriâ exueretur, cùm ta-
men Jura dictæ Nationis inconcuſſa ſe ſervaturum *in Capitul.*
Rex Romanorum promittat. Dum enim Nationem Ger-
manicam in Jure ſuo, adeoque in dignitate Imperatoriâ non
turbare, ſed eam ſartam tectamque conſervare, imò & con-
tra turbatores defendere promittit; eo ipſo etiam vult: *Ne*
*alius, quàm Germanus, eligatur.* Unde quicquid ſit de Lege 21.
illâ Ottonis III. quam Huldericus Mutius *in lib. 14. de Germa-*
*niâ* Ottonem tuliſſe refert: *Ut ſoli ſcilicet Germani eligant, &*
*non eligant, alium, quam Germanis Parentibus natum.* De quâ &

teſtatur Franciſcus Irenicus *in Exegeſi Germaniæ lib. 3. cap. 33.* & Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap. 154.* de quo pluribus dictum *ſupra ad Proœm. Capitul. cap. 4. §. 3. & 4.* Quam nonnulli, utut invità fere Hiſtoria, in dubium vocare amant; in
22 textu tamen noſtro Legem habemus, ubi de iſto puncto, ſi non explicitè tamen implicitè eſt cautum.

§. 6. Porrò & II. præcavetur turbatio Jurium *Sacri*
23 *Romani Imperii* in Articulo noſtro, ibi: Sollen und wollen Wir das Heilige Römiſche Reich bey Seinen Hoheiten/ Geiſt- und Weltlichen Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt verbleiben laſſen ꝛc. Per Sacrum Romanum Imperium intelligitur *Reſpublica Romano-Germanica*, quæ Roma-
24 num Imperium dicitur, propterea (1) quod decus gloriæ Regni ſeu Imperii ab Auguſto Cæſare partum, ad Succeſſores transmittatur; Unde ſi Romanum Imperium antiquum illam habuit Gloriam & Nomen, transmiſſum id meritò eſt ad poſteros, cùm moderni Imperatores ſint ſucceſſores antiquorum; Ut non immerito Juſtinianus & Carolus M. Imperatores à Maximiliano I. & Friderico III. vocentur *Anteceſſores Ipſorum*, Ihre Vorfahren am Reich/ *in Conſtit. Maxim. I. de Anno 1495.* Von den Gottesläſtern *in pr. Verſ.* Demnach zu mehrer. *& in Reform.* Friderici III. *de Anno 1442. §. 9. Tit.* Von heimlichen Gericht. (2) quod Romanum ſeu quartum
25 Imperium ſit duraturum ad finem usque ſeculi *Daniel. 2. v. 34. ſeqq.* Unde juxta Analogiam Hiſtoricam aliud eſſe nequit, quàm Imperium Romano Germanicum. Si enim apud Germanos non eſt, nullibi erit, inquit Beſold. *in Th. Pr. ad voc.* Römiſch Käyſerthum/ quemadmodum & Statuam Danielis per ſingulas corporis partes egregiè & lepidè applicat Elias Reusnerus *in Iſagoge Hiſtor. pag. 178. & ex eo* Otto *de Jur. Publ. cap. 1.* Quod ſi ergò (3) Imperium Romanum in aliquâ
26 Ejus parte, quæ olim Romano Imperio ſubfuit, quemadmodum

dum

eum de Germaniâ Cis Rhenanâ, aliisque Ejusdem Provinciis conſtat, adhuc ſubſiſtit, nec nomen amiſiſſe, ſed potius ibi eſſe cenſendum eſt, ubi titulus & dignitas remanſit, ſicuti, nec fluvius, qui rivus fit, exemplo Rheni, nomen amittit. *l. 1. §. 2. ff de Flumin.* Fuit enim Germaniæ pars, inſignis provincia 27. Imperii Romani, & Germani fuere Cives Imperii Romani. Accedit (4) quod Imperatoribus etiam Germanicis v. gr. 28. *Carolo & Ottoni M.* Ipſorumque Succeſſoribus in urbem Romam ſit quæſitum Imperium ſaltem directum, quo licet etiam poſteà excidiſſent, vel etiam extincta eſſet ipſa Roma, non tamen deſinerent eſſe Imperatores Romani, cum ubi Imperator, ibi Roma, unde & Conſtantinopolis dicta fuit nova Roma. *l. 5. C. de Oper. Publ. l. 6. C. de Sacroſ. Eccl. l. ult. C. In quib. C. pign.* 29. Et (5) quod Imperium Romano-Germanicum poſſeſſione vel quaſi hujus elogi gaudeant, ita ut etiam Reges Chriſtianiſſimi Imperatores Noſtros appellatione Romanorum Imperatorum honeſtarint, & adhuc honeſtent, nec diffitente *Davide Blondello* Gallo, acerrimo quamvis hujus Elogii Impugnatore, in *Præfat. Apolog. Aſſert. Geneal. Franc. Tritern. XXXI. 3. & ſeqq. vid.* Conr ng. *de German. Imp. Rom. & de Finib. Imperii cap. 9 & 10.* *Sacrum* verò dicitur Imperium Romanum 30. non *Stylo Oratorio*, uti quævis Regna & Imperia ex Charactere Divinæ Majeſtatis aliquid, inprimis verò ſummam poteſtatem trahunt, & propterea ſunt Sacroſancta; Sed *Curiali*, prout vel proprium eſt Imperio & Imperatori, ita ut *Imperiale* & 31. *Sacrum* ferè ſint Synonyma; Unde legimus paſſim in Jure Civili Romano, *Sacrum Palatium, Sacra Veſtigia, Sacras largitiones, Sacra ſcrinia, Sacrum Stabulum, Sacras Domus, Sacratiſſimas Leges, Numen Imperatorum, Numen Regale &c.* Vel quia hoc Imperium *Sanctum Sanctorum*, uti loquitur Bœcler. in *Diſſert. Sacrum Rom. Imperium*; Id eſt, Chriſtum naſcentem complexu ſuo fovit, vel quia Imperator per *Aur. B. Tit. 2.* totius populi Chriſtiani temporale Caput, Defenſorque &

Advocatus Eccleſiæ Univerſalis æquè ac Particularis eligitur *Artic. 1. Capitul.* adeoque *Jure Paſſagiorum* gaudet, prout ad *Artic. 1. Cap. 3.* probavimus; Vel denique, quia vindicare ſibi voluit Imperium ſolennitate Elogii ſanctitatem illam, quam Deus à ſe ſecundùm eidem conſecravit, *vid.* Boëcler. *in Diſſert. de Sacr. Rom. Imper. per tot.*

§. 7. Hoc etiam ad explicationem textûs noſtri præ-
32 termittendum non eſt, quod ſicuti ex hactenus dictis patet, diverſa ſint, Natio Germanica, & Sacrum Romanum Imperium, quemadmodum & ut diverſa in textu ponuntur his verbis: Wir ſollen und wollen die Teutſche Nation, das Heilige Römiſche Reich / und die Chur-Fürſten / ꝛc. Quamvis alibi con-
33 jungantur, & frequenter occurrat, das Heilige Römiſche Reich Teutſcher Nation: Quo ipſo intelligitur Imperium Romanum,
34 quatenus reſidet in Natione Teutonicâ, non tantum ipſius Imperii reſpectu, quod apud Germanos, tàm ratione Perſonæ Imperantis, quàm etiam maximam partem ratione adminiſtrationis ſubſiſtit; Sed etiam ratione terrarum Germanicarum, ita ut excludantur Terræ Italicæ, uti ita capitur *infra Art. 16. Capitul. Joſephi.* ubi cavetur: *Ne Rex Romanorum Comitia indicat extra Imperium Nationis Teutonicæ*; Quemadmodum olim Imperium Romanum diviſum fuit à Germanis in duo Regna, in Germanicum nempe & Italicum, uti obſervat Speidel. in *Notabil. ſub voce* Reich; Et Germanicum ſubdiviſum in Teutonicum, Gallicum & Slavicum, in das Teutſche / Walliſche und Windiſche oder Sclaviſche Reich / prout notat *Goldaſt.* in der Vorrede über die Reichs-Satzungen.

§. 8. Ad *Jura Imperii communia* quæ huc pertinent,
35 (*Particularia* enim ſuis quæque locis, quemadmodum & quædam communia hinc inde tanguntur, infra tractabimus) referri poſſunt I. *Jura Finium Imperii*; Quo ſpectat (1) Jus Fi-

nium

ſiùm *amiſſorum* aut *mutatorum*; (2) Jus Finium *recuperando-rum*, (3) Jus Finium *conſervandorum*, & denique (4) Jus Finium *dilatandorum*. Ubi ampliſſimus quidem diſcurrendi
campus de *Terris Imperii avulſis*, deque variis ab Earundem 36
Detentatoribus prætenſis Titulis, *acquiſitione* ſcilicet *bellicâ*, *derelictarum occupatione*, *præſcriptione*, *venditione*, *alienatione per transactionem*, *donatione &c.* De *Conſultationibus* ſuper illo negotio inſtitutis inſtituendisve, *de mediis*, *de eventu*, *de impedimentis*, *horumque cauſis*, ſeſe offerret; Sed quia prolixè in Annotatis Noſtris ad Bœcler. *Notitiam Imper. Lib. 2. cap. 2. 3. & 4.* hâc de re diximus, & *infra ad Artic. 12. hujus Capitul.* de eâ dicendi ſpecialiter datur occaſio, quippe quò hæc materia de Finibus Imperii Romani propriè ſpectat, cùm hoc in loco non niſi generaliter & implicitè de eâ agatur; Hinc ulteriorem hujus materiæ tractationem ad illum Articulum differimus; Interea B. L. ad Conringii Tractatum *de Finibus Imperii*: Bœcler. *Notitiam Imper. Lib. 2. cap. 2. 3. & 4.* & *Noſtras* in Eum *Notas*, remittentes.

*§. 9.* Porro & II. ad Jura Imperii communia referen-
dum *Jus X. Circulorum Imperii*; Variè dividitur quidem Im- 37
perium Romanum; Sic vulgaris eſt diviſio (1) *in Quaterniones*; Quæ licet non omninò cum quibuſdam pro otioſi ho-
minis figmento habenda, ita ut nulla omninò αὐθεντία eidem 38
adſcribenda, cùm Comites Imperii Schvvarzburgici hodienũ Inſcriptione der IV. Grafen des Reichs/ utantur; adeò ut etiam Guntherus, Comes Schvvarzburgicus ab ipſo Imperatore & Statibus Imperii in *R. J. Erffordienſi de Anno 1567.* §. Darauff Wir *1.* ita ſit ſalutatus; ut taceam variis in Imperii Receſſibus Eos illo Titulo in ſubſcriptionibus eſſe uſos, quemadmodùm ex *R. J. de Anno 1570. 1576. 1582. 1594. 1598. 1603. 1641.* videre licet; Sic Elector Saxoniæ glorioſiſſimus Johannes Fridericus apud Hortleder. *de cauſis Belli German. cap. 9. n. 108.* aſſe-

aſſerit: Daß der Burg-Graf zu Magdeburg der IV. Burg-Grafen des Reichs einer ſey. Et Epiſcopus Monaſterienſis in Comitiis Ratisbonenſibus *Anno 1653.* celebratis, Imperatori Ferdinando III. Memoriale exhibuit, in quo Burggravios Stromburgenſes inter IV. Imperii Burggravios primos fuiſſe commemorat. *vid* Dn. Eyben *piæ memoria in Tract. de Titulo Nobilis. num. 32. ſeqq. pag. 47. ſeqq.* Add. Dn. Fritſchius *Tom. 1. Exercit. Jur. Publ. 14.* Schema tamen Goldaſti maximam partem fabuloſum eſt; vel etiam tota diviſio nullam præbet utilitatem, niſi quod fortè diſtinctio quædam familiarum Imperii ita magis indigitetur. Porrò neque hîc prolixâ conſidera-
39 tione opus habet, quando Imperium Romanum dicitur Corpus in *R. J. de Anno 1512. in fin. pr.* ibi: Als ein Chriſtlich *Corpus* und Verſamlung; quod (2) dividitur in *Caput atque Membra, per Art. 2. Capit. Joſ.* ibi: Ein immerwehrendes Band zwiſchen Haupt und Gliedern / *addatur Aur. Bull. Tit. 2. §. 2.* ibi: *temporale Caput populo Chriſtiano, id eſt, Regem Romanorum. R. J. de Anno 1541. in pr.* ibi: Chur-Fürſten / Fürſten und gemeiner Stände / als Unſere eingeleibte Glieder; cùm hæc diviſio ſit potius *Oratoria* quam realis; Ita ut inprimis (3) conſide-
40 randa veniat Diviſio Imperii in decem Circulos.

§. 10. Inſtituit verò Circulos occaſione *Regimenti*
41 *Imperii*, quod erat *Conſilium 20. perſonarum, quibus totius Imperii Cura & gubernatio* injuncta, quodque totum Imperium repræſentare debebat, laudatiſſimus Imperator Maximilianus I. uti probatur *per Ord. Reg de Anno 1500. Tit.* Wie 20. Perſonen in das Regiment genommen §. *fin.* Et per *Ord. Cam Conſtantienſem de Anno 1507 fol. 70. Tit.* Wenn das Cammer Gericht angehen ſoll. Et quidem *primò Anno 1500.* Auguſtæ *ſex* ſcilicet (1) *Franconicum*, (2) *Bavaricum*, (3) *Svevicum*, (4) *Rhenanum*, (5) *VVeſtphalicum*, (6) *Saxonicum*, vid. Ordnung des Regiments zu

Aug-

Augſpurg *de Anno 1500.* §. Wie ſechs Räth aus der Ritterſchafft.
Quibus *poſtea*, eodem Imperatore Autore, acceſſere *quatuor*,
nimirum (7) *Auſtriacus*, (8) *Burgundicus*, (9) *Quatuor Electo-*
*rum*, & (10) *Saxonicus Superior* juxta *Rec. Imp. de Anno 1512.* §.
Darauff haben Wir *11. ſeqq.* Et utiliſſimo quidem
inſtituto, dum magnitudo tanti corporis poſtulabat parti- 42
tionem, uti rectè obſervat Bœclerus *in Notit. Imp. Libr. 3. cap.*
*1. num. 2.* Quod licet in theſi diſpliceat Dn. Schvveder. in
*Part. Gen. cap. 5. th. 1.* veriſſimum tamen eſt, cum omnium ſe-
culorum Gentiumque mos ejusmodi partitionem approbet,
& utilitas ejusdem in militiâ & exercitibus benè dirigendis ma-
nifeſta omninò ſit. Diſtinguendum enim inter diviſionem
corporis omnimodam, & ubi partes diviſæ compage & vin- 43
culo continentur. Hæc tantum abeſt, ut ſit noxia, ut ſine ipsâ
vaſtum Corpus planè ſubſiſtere non poſſit, ſed loco Ordinis in
Republicâ oriatur confuſio; Hinc Ordo & Pacis & Belli tem-
pore pro adminiſtrandâ juſtitiâ, ejusque faciendâ Executione
pro colligendis Imperii collectis, pro cogendis copiis, coërcen-
doque apparatu bellico neceſſarius ejusmodi partitionem re-
quirebat.

§. 11. Pro Circulorum illorum bono Regimine, de- 44
fenſione & conſervatione conſtituta Legibus Imperii, certa
ſunt *Officia*; Scilicet *Directores* (1) *Circuli*; Qui in Receſſibus
Imperii vocantur Craiß Ausſchreibende Fürſten. *R. I. de Anno*
*1566.* §. Demnach *131.* & §. Und ſollen *165.* quorum olim tan-
tum *unus* in quolibet Circulo erat conſtitutus, quemadmodum
ex *Rec. Imper. Spir. de Anno 1544.* & *Auguſtano de Anno 1551.*
conſtat; Poſtea verò *duo* in plerisque Circulis, Princeps ſcili-
cet Eccleſiaſticus & ſecularis ſunt conſtituti. *vid.* Ferdin. I.
Müntz-Ordnung zu Augſpurg *de Anno 1559.* §. Wir wollen *150.*
(2) *Dux Circuli* Ein Craiß-Oberſter; Qui à Directore Circuli
differt. Ille enim à Statibus Circuli eligitur; Hic verò eſt per-
per-

petuus; Ille ſingulari juramento eſt obligatus Circulo, non verò Hic; Illius officium vel cum perſonâ vel etiam aliam ob cauſam extinguitur; Hujus verò in Succeſſorem transmittitur.
46 *vid.* Speidel. *in Notab. voce* Kraiß. (3) Sunt *Adjuncti*, quorum unus dicitur der Nachgeordnete/ Cujus partes ſunt: Ut ſi Dux Officium negligat, vel etiam impediatur, ille Ejusdem vicibus fungatur, & quaſi ſit Vicarius Ducis; Reliqui verò dicuntur Zugeordnete. Poſſunt vero eſſe Adjuncti quilibet Status Circuli, ſive ſint Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones ſeu Civitates, hoc tamen cum diſcrimine, ut Electores & Principes nullum habeant Salarium; reliqui verò ex Suorum Contributionibus id accipiant. *vid. R. I. de Anno* 1555. §. Und auff dem Fall. Et numerantur in quovis Circulo 8. 7. 6. vel 5. vel etiam 4. numero, non vero infra hos regulariter inveniuntur. *vid.* Limn. *Tom. 1. Addit. ad Libr. 1. c. 7. pag. 54.* (4)
47 Etiam mentio facienda *Receptorum Circularium*, ſeu Præfectorum Ærarii Circulorum, der Craiß-Einnehmer / quorum in ſingulis *Sex* ſunt ordinati, *Primus* pro Electoribus & Principibus Eccleſiaſticis; *Secundus* Pro Electoribus & Principibus Secularibus; *Tertius* pro Prælatis; *Quartus* pro Comitibus & Baronibus; *Quintus* pro Nobilitate immediatâ; Et *Sextus* pro Civitatibus Imperii; Qui à Receptoribus Singulorum Principum & Statuum Circularium Collectas in commune Circuli ærarium In die gemeine Craiß-Truhen recipiunt, cuſtodiunt, & ad auxilia Circularia, vel alias impenſas neceſſarias juxta Concluſa Imperii, formulamque Juramenti, quo Circulo ſunt obligati, expendunt, prout hæc & alia plura prolixè ſunt ordinata & præſcripta *in R. J. Spir. de Anno 1542.* §. Wo aber 95.
48 *ſeqq.* A quibus diſtinguuntur (1) *Receptores Principum & Statuum Circularium majores.* Die Gemeine und Ober-Einnehmer / qui Collectas Receptoribus Circularibus tradunt, de quibus in *dict. Rec. Imp. Spir. de Anno 1542.* §. Damit nun 74. *ſeqq.*

Digitized by Google

*ſeqq.* Et (2) *Receptores minores* die Unter-Einnehmer / qui Collectas dictas majoribus ſolvunt, de quibus in *d. Rec. Spirenſ. de Anno 1542.* §. Und nach dem *77. ſeqq.* (5) Nec *Zygoſtatæ*, uti vocantur in *L. 2. C. de Ponderator.* ſeu, uti dicuntur, *Guardini* Circulorum, Crayß-Müntz-Guardin, cum iis, qui ad rem monetariam, eamque in rectitudine ſuâ conſervandam ex Circulis deputari ſolent, prætermittendi, de quibus *infra ad Art. 32.*

§. 12. De Mutationibus, augmento atque decremento, de Exemptionibus variis, Reformatione item & Redinte- 49
gratione Circulorum plura quoque hîc dici poſſent; Sed quia *infra in Art. 12.* alibique, materiæ illæ ſpecialiter tanguntur & tractantur, hîc de illis agere ſuperſedemus, eas ſuis quasque locis reſervantes, hîc ſummo digito eas indicaſſe contenti. *vid.* interim Limnæus *in Tom. 1. Addit. ad Lib. 1. cap. 7. num. 26. pag. 41. ſeqq.* & inprimis Boecl. *in Notit. Imper. Lib. 3. cap. 2 & 3. cum Annot. ibid. Noſtris.*

§. 13. Ulterius & III. ad Jura communia Imperii refe- 50.
rimus *Matriculam Imperii*, ſeu *Catalogum Civium immediatorum Imperii, in quo, quid cuique, cum res & Lex Imperii poſtulat, & ad quem Circulum pendendum ſit, eſt deſignatum.* Variæ quidem recenſentur, ſed illa eſt noviſſima, quæ *Anno 1521.* communi Statuum Imperii conſenſu eſt confecta, quæ hacte- 51.
nus in deciſionibus, ſalvâ tamen moderatione attendenda, per *R. J. de Anno 1526.* §. Wann auch zu Franckfurt *99 ibi*: Die Matricul im Jahr der mindern Zahl Zwantzig ein für unſer und des Heiligen Reichs gerechte und gewiſſe Matricul zuhalten &c. *& porro*: Daß derſelben Matricul im Vorigen und Erkennen zu folgen &c. Quod repetitur in *R. J. de Anno 1582.* §. Wann auch *64.* & *R. J. de Anno 1594.* §. Wann auch bey voriger *120.* Neque 52.
tamen illa omninò eſt perfecta, ſuisque numeris abſoluta, uti ex ipſis textibus allegatis apparet, ubi Imperator cum Statibus emendationem & rectificationem ulteriorem ſibi reſervat *in verbis*: Bey denſelben Anſchlägen zu laſſen / was und ſo viel

Bb daran /

daran/ durch die vorige im Jahr 45.57.67.71 und 77. geweſene
Moderation (doch den interponirten Appellationibus ohne
Nachtheil/) oder durch nechſtkünfftige Moderatoren oder De-
putirte nicht geändert würde/ darnach dann dieſelbe erſte Matricul
ergäntzet und richtig gemacht werden ſoll. *R. J. de Anno 1594.* §.
Wann auch bey voriger. *120.* Quemadmodum & in eâ obſer-
vati defectus ſunt non uni, & exinde propterea natæ Statuum
quereiæ, prout obſervat *Illuſtris quondam Cameræ Imperialis*
*Aſſeſſor* Mauritius *in Diſſert. de Matric. Imperii th. 38. cum ibi*
53 *alleg.* Unde etiam renovatio & Emendatio Matriculæ eſt ferè
perpetuum Comitiale argumentum, de quo & *infr. art. 12. & 16.*
ulterius dicendi dabitur occaſio. Præter alios exhibet matri-
54 culam *de Anno 1521.* & prout *Anno 1545. 51. 57. & 67. VVor-*
*matiæ;* Annò verò *1571. & 77. Francofurti* moderata eſt, Illuſtris
Dn. ab Andler *in Corpore Conſtit. Imperial. fol. 825. ſeqq.* Quem-
admodum & illam, cujus in Conventu Oſnabrugenſi & Mo-
naſterienſi, ut & poſteà Noribergæ & in Comitiis *Anno 1653.*
habita fuit ratio, edidit Gaſtelius *de Statu Europæ cap. 7. n. 67.*
55 *pag. 352. ſeq.* Ipſam verò Repartitionem Noribergenſem tam
ratione Satisfactionis Svecicæ quàm Auſtriacæ & Bavaricæ, ex-
hibet laudatus Dn. ab Andler *d. l. pag. 877.* Memorat etiam a-
liquam Kippingius, quæ Anno 1654. Ratisbonæ conſcripta,
in *Methodo Novæ Juris Publ.* quæ verò omnes auctoritatem
Legalem nondum ſunt nactæ; ita ut hodienum illa, quæ An-
no 1521. prodiit, pro norma ſit habenda, ex quâ ſequentium
emendatio ſit fundanda, & qui eam pro ſe habet, præſumtio-
nem pro ſe habere dicitur, onusque probandi in adverſarium
57 rejicit. Verbo adhuc illud notandum; quod occaſione ma-
triculæ Autor aliquis, *Sebaſtian* Allmers *dictus, Anno 1697.*
ediderit Tractatum, quem inſcribit die Grund-Seule der Si-
cherheit des Römiſchen Reich/ erbauet aus der Reichs-Matricul,
in quo in quibusdam non improbabiliter monſtrat, quomodo
ad

ad convocationem ſimplicem exercitus 75849. virorum in Germaniâ cogi, & ille, urgente neceſſitate, ad 417169. usque hominum augeri queat; quo ipſo potentiam Imperii Romano-Germanici demonſtrare intendit *vid. Pars V. dicti Tract.* Von der Macht des Teutſchen Reichs.

§. 14. Similiter IV. Ad Jura Imperii communia referendum eſt *Jus Archivi.* Archivum eſt *locus in quo Scriptura Monumenta & Acta Publica Principis vel Civitatis reponi & aſſervari ſolent.* Dicitur in Jure Romano Archium ſeu Grammatophylacium in *l. Moris 9. §. 6 ff. de Pœn. & l. 30. in f. C. de Epiſcop. Aud.* Græcè Ἀρχεῖον, & qui ipſi præpoſitus eſt Cuſtos, *Archeota* in *L. Munerum 18. §. 20. de Mun. & Hon.* Dicitur & *Archivarius, Regiſtrator &c.* Archivum commune 57.
Imperii diſtinguitur in Archivum *Imperatoris* & *Imperii*; *Illud* 58.
eſt, quod Imperator in aulâ ſuâ habet; cui etiam Ipſe ſolus ex ſuâ poteſtate & autoritate Cancellarium præficit. *Archivum* verò *Imperii* eſt, in quo aſſervantur Leges & Ordinationes Reipubl. Matricula, Fœdera, Legationes, Pacta & alia Acta & Documenta Imperii Publica. Et iterum duplex eſt, *Alterum* 59.
quod continet Acta Publica Imperii, quæ in Comitiis, Deputationibus *&c.* tractantur, *Alterum* quod comprehendit Acta Judiciorum Publicorum, Judicii ſcilicet Cæſareo Aulici & Cameræ Imperialis; Utriusque Archivi Imperii Archivarius eſt Elector Moguntinus, tanquam Archi-Cancellarius Imperii, illudque in Aulâ ſuâ habet; Hoc verò partim Viennæ partim in Judicio Camerali habetur. vid Arum. *de Comit. cap. 8. num* 60
*65. ſeqq.* & Boecler. *in Notit. Imper. lib. 3. cap 4. in Append* ubi etiam habet, quod in hoc Archivo etiam aſſerventur Res & Chartæ, quæ Italiã ſpectant, ex ratione quod tangunt Germaniam, ſive res Germanica, ſive Italica ad eam ſpectet, adeoque & ad ArchiCancellariũ Germaniæ pertinere dicat. De Effectu 61.
qui inprimis in probatione conſiſtit, & inſtar teſtimonii publici,



Digitized by Google

ubi multitudo teſtium ſemper præſens eſt, ſe habet, plura *vid.* apud Klock. *de Contrib. cap. 19.* Knipſchild. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 12.* Myler. *de Princip. & Stat. Imper. cap. 47.* & Noſtr. Annot. *ad Bæcl. d. l.*

§. 15. Spectat quoque ad Jus Imperii commune V.
62 *Jus Comitiorum*, mediante quo Status Imperii in Conſortium Imperii ſunt aſciti, adeoque eatenus de ſumma rerum participant, quod ſanè maximum eſt, & conſequenter diligentiſſimè
63 pertractandum foret. Et VI. Jus circa *Judicium Cameræ Imperialis* Auguſtiſſimum. Jus item VII. circa *Bellum & Pacem*,
64 aliaque Jura Comitiorum; Sed quia de ſingulis ſinguli ferè Articuli ſunt concepti; hic de iis agere ſupervacaneum & incongruum ducimus; Hinc ſuis quæque locis reſervabimus.

# CAP. III.

## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JURA ELECTORUM ET STATUUM IMPERII IN GENERE.

I. Status Imperii *recenſentur ſummatim.* 1.
Prælatorum *nomen in prioribus Capitul. omiſſum.* 2.
*Etymologia vocis* Statûs. 3.
*Quomodo* Tropicè *Ordines Imperii* ſint Status? 4.
*Alii à* ſtando *vel à* ſtatuendo *deducunt.* 5.
*Quid de eo ſentiendum?* 6.

II. Status ſunt *qui Seſſionem & votum in Comitiis habent.* 7.
Probatur (1) *per Rec. Imp.* 8.
(2) per *Inſtr. Pac.* 9.
(3) per *rationes* 10. & 11.
Naturalia *quæ ſint Statûs Imperii?* 12.
*Quomodo* Status Imperii *dicantur*, qui Seſſionem & Votum *actu nondum habent.* 13.

III. Prin-

III. *Principes* creat *Imperator*. 14.
(1) per *Capitulat*. 15.
(2) Ex *Confeſſione Statuum*. 16.
(3) *Imò & ad* Comitia admittit. 17.
(1) *Cum* Conſenſu Statuum. 18.
(2) Cum Conſenſu *Collegii in quod recipiendus*. 19.
(3) *Ut* Feuda Regalia *immedite poſſideat*. 20.
IV. Cavetur 1. *Juri* Statuum: *Ne quis Voto excludatur*. 21.
*Ratio* prima. 22. 23. 24.
*Ratio* ſecunda. 25.
V. Cavetur II. inde *de omnibus Juribus* Comitiorum. 26.
*quod etiam probatur*. 27.
*Recenſentur* varia Statuum Imperii Jura communicata. 28.
VI. *Dividuntur Status Imperii in* Eccleſiaſticos & Seculares. 29.
Sacri Ordinis Viri *etiam apud Veteres Germanos interfuere* Comitiis. 30.
*Etiam tempore* Francici Imperii. 31.
Et Ottonum. 32.
*Olim tantum* Principes & Illuſtres *nanciſcebantur dignitatem* Epiſcopalem. 33.
*Hinc* pares cum Principibus ſecularibus dignitatem *ſunt nacti Epiſcopi*. 34.
*Diviſio* Statuum Eccleſiaſticorum. 35.
Cavetur III. de Dignitatibus *Eccleſiaſticis atque Politicis*. 36.
VII. Cavetur IV. de Jure Territoriali. 38. & 39.
*Recenſentur quædam* Jura Territorialia. 40.
VIII. Cavetur V. de Juribus *per Privilegia conceſſis*. 41.
*Quare Status Imperii non habeant* omnia Regalia? 42.
*Quæ Regalia non competunt Statibus* ex Jure territoriali. 43.
*Hinc* ſpeciali ibi titulo *opus eſt*. 44.
IX. Cavetur VI. de Oppignorationibus *Imperialibus*. 45.
*Non intelliguntur* Bona Statibus Imperii invicem oppignorata. 46.
*Sed* oppignorationes Imperiales. 47.
*An diſtinguendum hic inter* confirmare & reluere *pignus*? 48.
Cautio illa *de pignorationibus*, eſt intelligenda cum effectu. 49.
*Confirmatur* ex Inſtrumento Pacis. 50.
*Ratio*, *cur* reluitionis jus *poſſit* tolli *vel* reſtringi? 51.

**§. I. Porro**

§. 1.

Porrò Jus & officium Regis Romanorum ſe exerit III. *circa*
1. *Jura Statuum Imperii*, Electorum ſcilicet, Principum, Præla-
torum, Comitum, Baronum & Civitatum Imperii; quorum
ſingulatim in omnibus Capitulationibus fit mentio; niſi quod
2. *Prælatorum* nomen Capitulationi Leopoldi primâ vice ſit in-
ſertum. Uti enim per vocem *Status* denotatur *Reſpublica*
3. ſeu *Conſiſtentia* illa, *quâ conſiſtit & ſtat*, quemadmodum vo-
cem *Status Rei Romanæ in § fin. J. de Juſt. & J. & in l. 1. §. 2.
ff. eod* ita capimus; ſicuti benè explicat, celeberrimus olim
hujus Academiæ Cancellarius, *Juſtus Sinold* cognomento
4. Schutz. *in Coll. Jur. Publ. Diſput. 1. th 3. lit. B.* Ita etiam per
*Metonymiam Signi*, Electores, Principes aliique Imperii Or-
dines, dum in negotiis Imperii quamplurimis ſuffragii jure
gaudent & Conſiſtentiam illam correpræſentant, Remque
publicam Romano-Germanicam unà cum Imperatore ſuſ-
fulciunt ſtabiliuntque, Status Imperii Romani ſunt & dicun-
tur; quamvis non ſint ignotæ aliorum derivationes, qui vo-
5. cem *Status* vel à poteſtate *Standi* in Comitiis vel à *Statuendo*
derivent; quarum verò illa vilior eſt, quàm ut Statibus Impe-
6. rii, in Conſortium quaſi regiminis aſcitis, applicati queat;
Huic verò Grammatica omninò reclamet.

7. §. 2. Sunt verò *Status* Romani Imperii Illi *Imperii
Romani Cives, qui votum & Seſſionem in Comitiis habent.* Id
8. quod probatur (1) *ex R. J. de Anno 1548. §.* Wann auch ein
Ausgezogener *56 ibi:* dem ausziehenden Stand ohne Mittel un-
terworffen / nicht Stimm und Stand in Reichs-Verſam-
lungen / auch keine Lehen im Reich hätte / add. *R. J. de Anno
1570. §.* Nach dem auch *163.* ubi Statibus Imperii etiam Jus
Seſſionis & ſuffragii in Comitiis competere dicitur *ibi:* Da-
mit

mit dann denenſelben Ihre gebührliche *Seſſion* und Stimm im Reichs-Tag eingegeben. Ut & *R. J. de Anno 1576. in fin. pr.* ibi: Die Stände zu keiner unnöthigen Reichs-Verſamlung zu bemühen. (2) per *Inſtrum. Pac. Art. 8. § 1. & 2.* ibi: *Omnes & ſinguli Electores, Principes & Status Imperii; Gaudeant ſine contradictione* jure ſuffragii *in omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii,* (3) quia exinde eſt, quod in Conſortium Imperii 10.
ſint aſciti, quod de ſummâ rerum participent, quod Majeſtatè, quæ dicitur, analogâ gaudeant; ſeu Rempublicam Romano-Germanicam, ejusque Statum & Conſiſtentiam corepræſentent; Adeoque (4) Seſſio & ſuffragium in Comitiis & con- 11.
ventibus Imperii, cumque Imperatore & cæteris Imperii Ordinibus de utilitate & neceſſitate Imperii decernere, *ipſum Eſſe Statum* tribuit, cum reliqua, Statuum ſigna, qualia ſunt: *Ma-* 12.
*triculæ Imperii eſſe inſcriptum; Vocari ad Comitia; vel ad Conventus Circulares; Habere Feuda dignitatis & Regalia ab Imperatore & Imperio immediatè; Collectas ad Ærarium Imperii immediatè ſolvere; Coram Auſtregis conveniri; In Camera Imperiali, vel Judicio Cæſareo Aulico primam habere Inſtantiam; A Cujus ſententiis Appellationes ad Cameram devolvuntur; Tutores in Camerâ Confirmatos habere; veniam ætatis ab Ipſo Cæſare obtinuiſſe; ſublimi Territorii jure gaudere &c.* de quibus *vid.* Speidel. *in Notab. ad voc.* Reichs-Stände *add.* Myler. *de Princ. & Stat. Imp. cap. 11. & cap. 103. num. 5. ſeqq.* ad *Naturalia* quidem Status Imperii, non verò ad *Eſſentialia* ſpectent, vel pro charactere Eſſentiali conſtitutivo haberi queant, quamvis Statum aliquem eſſe regulariter & præſumptivè probent, vel et- 13.
iam ex eſſentiâ Statûs neceſſariò fluant. Nec obſtat (5) quod Status Imperii dicantur interdum, qui nondum Seſſionem & Votum in Comitiis habent *R. J. de Anno 1570. §.* Nach dem auch 163. ibi: Etliche Reichs-Stände/ ſo noch zur Zeit zu keiner

Seſ-

Seſſion kommen. Cum diſtinguendum ſit inter *actum primum & Secundum*, cùm illo modo qui habent, verè habeant *arg. l. Poſſideri 3. §. 13 ſeqq. ff. de Adq. poſſ.* cum poſſint habere, quandocunque velint. Unde qui per Cæſarem Conſenſu Statuum Imperii pro Statibus Imperii ſunt declarati, tales reverâ ſunt, licet fortè propter aliquod impedimentum ad Seſſionem & Votum nòndum ſint introducti *R. J. de Anno 1641. §.* Und demnach *97*.

§. 3. Conſtituuntur verò Principes & alii Imperii Pro-
14 ceres à Majeſtate Cæſareâ, tanquam Summo Principe, cùm
quæ ad dignitatem ſpectant, ſint poteſtatis & Juris Cæſarei
15. (1) per *Capit. Joſephi infra Artic. 43.* ibi: Bey Collation de-
16. rer Dignitäten dahin ſehen ꝛc. Unde etiam (2) Status Evange-
lici *in Gravam. Politicis* apud Londorp. *Tom. V. Libr. 2. cap. 115. num. 9 in pr. Actor. Publ.* ita dicunt: Wiewohl man ſich auch gnugſam erinnert / daß die Poteſtas oder Regale conferendi dignitates, Käyſerlicher Majeſtät allein zuſtehet / und ein annexum
17. Dero Käyſerlichen Hoheit und Majeſtät iſt; Imò & (3) Cæſar
Eos ad Votum & Seſſionem in Comitiis admittere dicitur in *R. J. de Anno 1641. §.* Und demnach *99.* ibi: Und demnach WJR die Hochgebohrne Unſere und des Heiligen Reichs Fürſten und liebe Getreue zur *Seſſion* und Stimm im Reichs-Fürſten-Rath admittirt und zugelaſſen; *Requiritur* tamen ut ultimum
18. hoc fiat (1) *Cum Conſenſu Electorum & Statuum Imperii* per *d.*
*Rec. Imper. de Anno 1641. § 97.* ibi: Im Reichs-Fürſten-Rath admittirt und zugelaſſen Chur-Fürſten und Stände auch in dieſe Unſere Admiſſion gewilliget; *R. J. de Anno 1654. §.* Uber dieſes *197. in fin.* ibi: Ohne der Chur-Fürſten und Stände Vorwiſſen und Conſens keiner zur Seſſion und Stimm im Fürſten-Rath zugelaſſen werden. Et (2) *Cum Conſenſu illius Collegii* in quod noviter creatus vel alius de novo eſt introducendus; *Capitul.* Leopoldi *artic. 44.* Joſephi *artic. 43. in fin.* ibi: Nie-

mand

Digitized by Google

mand von den neu-erhöheten Fürſten / Grafen und Herren dem Fürſtlichen Collegio, es ſey gleich auff Selbiger oder der Grafen Bäncken / ad Seſſionem & Votum wieder deroſelben Willen auffdringen. *Et porro:* Uber ſolches / neben dem Chur-Fürſtlichen auch dasjenige Collegium oder Banck / darinnen ſie auffgenommen werden ſollen / vorhero gnugſam gehöret worden. Quod etiam *Conceptui Capitul. Perpetuæ art. 1.* inſertum. Et (3)
ut Feuda Regalia immediatè poſſideat & propterea matriculæ ſit obligatus, per *Capitul.* Leopoldi *art. 44. &* Joſephi *art. 43. in fin.* ibi: Sie haben ſich dann darzu mit Fürſt-mäſſigen und Gräflichen Reichs-Güthern vorhero gnugſam qualificirt / und zu einer Stands-würdigen Steuer in einen gewiſſen Cräiß eingelaſſen und verbunden. Et uti in *Conceptu Capitulat. Perpetuæ* habetur *art. 1.* Sie haben ſich dann vorhero mit einem Immediat-Fürſtenthum / reſpectivè Graf- oder Herrſchafft / gnugſam qualificirt / und mit einem Stands-würdigen Reichs-Anſchlag in einen gewiſſen Cräiß eingelaſſen und verbunden. add. *R. J. de Anno 1548.* §. Wiewohl auch *66. &* §. Nachdem auch *75. R. J. de Anno 1654.* §. Uber dieſes *197.* 20

§. 4. Hinc ergò *Juri Statuum Imperii Generali* I. *circa Seſſionem & Votum in Comitiis* cavetur in Textu, & quidem nominatim & expreſſe: *Ne Statum Imperii ſine pravio Conſilio & Conſenſu reliquorum Statuum Imperii, à Seſſione & Voto in Comitiis neque ſuſpendat, neque excludat*, his verbis: Ohne der Chur-Fürſten / Fürſten und Stände vorhergehende Einrath- und Bewilligung keinen Reichs-Stand / der Seſſionem und Votum in denen Reichs-Collegiis hergebracht hat / davon ſuſpendiren oder ausſchlieſſen. Quod primitus Capitulationi Leopoldinæ eſt inſertum, ex *Monitis Statuum Imperii Anno 1658. Electori Moguntino* ad Capitulationem futuram exhibitis, apud *Autorem* der Grund-Feſte des Heiligen Römiſchen Reichs *Part. 3 cap 3 pag. 211.* atque etiam in *Conceptu Capitul. Perpetuæ art. 1.* retentum, 21

eique expreſſio ſequens præmiſſa, *per verba:* Auch allen und jeden Ständen des Reichs Ihre freye Stimm und Sitz auff
22 Reichs-Tägen laſſen/ und ohne der Chur-Fürſten ꝛc. Quemadmodum enim Hoc Jus Electorum & Statuum eſt illud Jus, in quo inprimis Poteſtas Statuum avtocratica, ſeu Poteſtas ipſorum independens, eſt fundata, uti eò facit textus ex *Inſtr. Pac art. 8.*
23 aliaque ſupra in *præc. §pho* allegata; Unde etiam in textu ſub verbis Generalibus: Bey Ihren Hoheiten/Geiſt- und Weltlichen Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ auch ſonſten jeden, bey ſeinem Stand u. Weſen bleiben laſſen; Quæ itidē in *Conceptu Capit. Perpetuæ* leguntur; præprimis compreheditur;
24 Ita etiam Poteſtas Regia Romanorū Regū abſoluta, hic non immerito reſtringitur, cum ſecus ſi foret, ipſa Imp. Rom. Germanici forma eſſet immutanda; Et uti penes Imperatorem ſeu
25 Regem Romanorum ſolum non eſt poſitum, ut qualitatem Status, ſeu Seſſionem & Votum in Comitiis, ſolus alicui concedere poſſit, ſed Conſenſu Statuum Imperii, inprimis verò illius Conſilii, cui noviter introducendus eſt jungendus, prout hoc in *§. præc. 3.* pluribus eſt probatum; Ita etiam nec ſolus aliquem Statum Imperii à Voto & Seſſione ſuſpendere vel ipſum eo penitus excludere poteſt; Sed potius Conſilio & Conſenſu Electorum Principum & Statuum Imperii hic opus habet, juxta verba *art. noſtri ſupra* allegata.

§. 5. Dum ergò (1) Juri Seſſionis & ſuffragii Electo-
26 rum & Statuum Imperii in hoc Articulo eſt cautum, cavetur etiam II. *de omnibus*, quæ dici ſolent, *Juribus Comitiorū*, quæ Imperator communicavit cum Statibus Imperii, quamvis etiam
27 (2) ſub generali expreſſione Regalium, Dignitatum, Juriumque comprehendantur *in verbis:* Bey Ihren Hoheiten/ Geiſt- und Weltlichen Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten; Et præterea (3) *Inſtrum. Pac. art. 8. §. Gaudeant 2.* ſatis ſuperque demonſtret, quod in *omnibus deliberationibus ſuper negotiis Imperii* ſine con-

contradictione jure ſuffragii gaudere debeant. Unde Jus
ſuffragii Statibus Imperii ſartum tectumque eſt. Quando *Leges* 28.
*Imperii univerſales condendæ, ſupplendæ, interpretandæ vel ab-*
*rogandæ*, prout monſtrat *d. art. 8. Inſtrum. Pac.* §. *Gaudeant 2.*
& probavimus ad *art. præc. 2. cap. 7. §. 2.* Et conſequenter,
quando *Ordinationes univerſales, circa Judicium Camerale, circa*
*pondera, circa menſuras, circa monetam ejusque defectus, valo-*
*remque facienda*; Quando *bellum decernendum, tributa indicen-*
*da, delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ, nova muni-*
*menta intra Statuum ditiones exſtruenda nomine publico, vete-*
*rave firmanda præſidiis.* Quando *denique Pax nomine Imperii*
*pangenda, fœdera facienda, Legati mittendi &c.* quæ omnia ſub
vocibus Hoheiten/ Recht und Gerechtigkeiten comprehendun-
tur, & explicitè in *Inſtrum. Pac. Cæſareo. Suecico art. 8. §. Gaude-*
*ant 2.* exprimuntur, atque infra ſuis quæque locis latius propo-
nenda reſervantur.

§. 6. Dividuntur vero Status Imperii Romano-Ger-
manici in *Eccleſiaſticos & Seculares*; Obtinuit enim ille mos 29.
jam antiquitùs apud Germanos, ut Viri Sacri Ordinis inter-
fuerint Comitiis Germanorum, uti etiam ex *Tacito de Mori-*
*bus German. cap. 11.* conſtat, ubi *Coeunt*, inquit, *niſi quid fortui* 30.
*tum & ſubitum inciderit, certis diebus; Ut turbæ placuit, conſi-*
*dent armati. Silentium* per Sacerdotes, quibus tum & coër-
cendi jus eſt, *imperatur.* Qui mos, tranſlato poſtea ad Caro-
lum M. Imperio, perduravit, uti ex *Hincmaro Archi-Epiſc. Rhem.* 31.
*Epiſt. 3. cap 29. 31 & 35.* ex Aimoin. *lib. 4. cap. 30.* aliisque pro-
lixè probat Arum. *de Comit. cap. 4 num. 98.* add. Lehmann.
*in Chron. Spir. lib. 2. cap. 15.* Nec minus id â Succeſſoribus Im-
peratoribus, maximè Ottonibus, non tantum continuatum;
Sed etiam Epiſcoporum poteſtas Jurisdictione ſeculari & ter-
ritoriali aucta eſt, ita ut æquè judicio gladii temporalis ac regi-
mine baculi Paſtoralis ſint uſi, prout hoc ex *VVittichindi An-*



Digitized by Google

*nalib. lib. 1.* probatur. *vid.* Lehman. *in Chron. Spir. lib. 4. cap. 3. circ. princ.* Uti enim regulariter Principes, ſeu generis nobili-
33. tate conſpicui erant, qui Epiſcopalem dignitatem nanciſcebantur; ita ut Ludovico I. Cæſari exprobratum id ſit, quod non prohibuerit, ut plebejæ conditionis homines ad illam dignitatem ſint evecti, prout ex *Thegano de rebus geſtis Ludovici* refert Lehman. *in Chron. Spir. Lib. 2. cap. 15. circ. init.* Ita etiam facilè evenit, ut parem cum Principibus Secularibus di-
34. gnitatem, imò propter majorem eruditionem, ſapientiam & prudentiam, propterque venerationem Sacro Ordini debitam in Seſſione & Voto ſuo; In Collegio æquè Electorali ac Principum & Comitum Imperii priorem locum ſint nacti; uti idem notat Lehmann. *d. l. verſ.* Daß dann die Biſchöff ꝛc.
35. Hinc cum Status Imperii Eccleſiaſtici, qui dividuntur (1) in Archi-Epiſcopos, (2) Epiſcopos quos inter numerandus, ſi non omninò præferendus Magiſter Ordinis Teutonici, (3) Prælatos Principali dignitate claros, quos inter referendus Magiſter Ordinis Johannitici; & (4) qui Vota Curiata habent, Prælatos ſimplices: dignitate Archiepiſcopali, Epiſcopali, & Prælatorum Principibus & Comitibus æquali gaudeant; Cumque Principes & Comites Seculares ſimili dignitate co-
36. ruſcent; hinc non immeritò III. Cavetur in *articul. præſenti*, ut dignitates illæ tam Eccleſiaſticæ quàm Seculares Statibus Imperii ſint ſalvæ, in verbis: Bey Ihren Geiſtlichen und Weltlichen Würden bleiben laſſen. Quæ verba licet ſaltem primâ vice in *Capitul. Leopold. artic. 3.* habeantur, cum in reliquis omnibus legatur tantum in genere: Bey Ihren Würden; in *Conceptu* tamen *Capitulationis Perpetuæ art. 1.* verba illa juxta tenorem *noſtri Articuli* ſunt repetita.

§. 7. Porrò & cavetur IV. in textu *de Jure Territoriali*
37. *Electorum & Statuum Imperii*, per verba; Bey Ihrer Macht und Gewalt bleiben laſſen; *Item*: Ihre Regalien und Obrigkeiten confir-

confirmiren; Uti enim per Superioritatem Territorialem intelligitur *Statuum Poteſtas, ſummæ poteſtatis æmula, quâ quicquid* 38.
*ad regimen ſui territorii facit, nec in præjudicium Majeſtatis Imperatoris & Imperii tendit, ſtatuere valent*; Ita etiam optimè in Textu indigitatur *per verba* Macht und Gewalt; quæ etiam in omnibus Capitulationibus leguntur, & præterea quoque in *Conceptu Capitul. Perpet.* ſunt retenta. Uti etiam Superio- 39.
ritas Territorialis Germanicè vocatur die Lands-Fürſtliche Obrigkeit/ die hohe Lands-Obrigkeit/ die Lands-Ober- und Herrlichkeit/ *vid.* Myler. *de Stat. Imper. cap. 30. §. 1.* Meichſner. *Deciſ. Cam. 8. num. 2. Tom. 2. Part. 1.* Unde & communiter Juriſdictio Territorialis dicitur, ex quâ, perinde, uti ex Majeſtate propriè dicta, fluunt Jura Regia & Majeſtatica, ſeu Regalia, communiter dicta; Ita etiam non immeritò in Textu *per voces* Regalia und Obrigkeiten eò digitus intenditur. Unde cavetur exinde Statibus Imperii *de Juribus*, ut vocantur, *Territo-* 40.
*rialibus* (1) circa *Poteſtatem ſtatuendi & Legiſlatoriam*, quæ etiam in Textu inſuper ſpecialiter exprimitur in verbis: Bey Ihren Rechten; Item: Gebrauch und gute Gewohnheiten / ſo ſie bißher gehabt haben/ oder in Ubung geweſen ſeyn zu Waſſer und zu Lande / quæ in omnibus Capitulationibus etiam in *Conceptu Capitul. Perpet.* habentur. (2) Circa *Poteſtatem Juſtitiæ adminiſtrandæ*, adeoque & *Juriſdictionem & Imperium*, (3) circa *poteſtatem dandi dignitates, officia Magiſtratus*, (4) *ordinandi Judicia, dicaſteria*, (5) *indicendi Comitia Provincialia*, (6) circa *Poteſtatem belli & Pacis*, adeoque & *Jus Sequelæ, conſcribendi milites &c.* (7) circa *Poteſtatem indicendi Collectas*, (8) *exercendi jus angariarum & parangariarum &c.* quorum etiam nonnulla in ſubſequentibus Articulis infra ſpecialiter tractantur, adeoque ſummatim hic ea tetigiſſe ſufficit.

§. 8. Non

Digitized by Google

§. 8. Non tamen hic prætereundum: Quod ſpe-
41 cialiter in textu etiã caveatur V. *de Juribus per Privilegia conceſſis*, per verba: Freyheiten und Privilegien/quæ in omnibus Capitulationibus, etiam in Conceptu Capitul. perpetuæ leguntur;
42 Uti enim non omnia Jura Regia Principibus & Statibus Imperii vi Superioritatis territorialis competunt; Cum Superioritas territorialis non ſit Majeſtas propriè dicta, ſeu ſumma ubique in Republicâ poteſtas, ſed tantum Majeſtas quædam analoga, qua illud, quod regimen territorii concernit, facere quidem poſſunt, ſi non in præjudicium Imperatoriæ Majeſtatis Imperiique id tendit; Quatenus verò Imperatoriæ Majeſtati, vel etiam toti Imperio præjudicat, tunc illa Majeſtas Statuum, non eſt Majeſtas; Unde & merito Superioritatis vel Juris territorialis potius quàm Majeſtatis titulo communiter venit. Hinc ſi talia ſunt jura, quæ *vel* ad Imperatoris Reſervata ſpe-
43 ctant; *vel etiam* ſalvâ Majeſtate Imperatoris ad Status transire nequeunt; *vel etiam* Imperio & inprimis vicinis Statibus præjudicio eſſe poſſunt; ea non tranſeunt cum Jure & ſuperioritate territoriali; Qualia ſunt *creare Principes, Comites, Nobiles, Doctores, Licentiatos, Magiſtros*; *Vectigalia nova inſtituere, vel vetera augere, aut aucta prorogare*; *Bona ex Crimine laſæ Majeſtatis Fiſco debita ſibi addicere*; *Monetam Imperialem cudere*; *Civi-*
44 *tates vel etiam Fortalitia exſtruere* &c. Unde in talibus exercendis ſpeciali privilegio, ſpeciali conceſſione, vel quæ ipſi æquipollet, præſcriptione immemoriali opus eſt.

45 §. 9. Nec hoc prætereundum hic ſilentio eſt, quod ſpecialiter in textu caveatur etiã V. *de Oppignorationibus Imperialibus* den Pfandſchafften; quarum Poſſeſſores non tantum quietos eſſe jubet, ſed etiam oppignorationes confirmare Rex Romanorum promittit, quod etiam in *Omnibus Capitulationibus* & quoque in *Conceptu Capitul. Perpetua* legitur; Non verò in-
46 telliguntur Bona Statibus Imperii invicem oppignorata, quippe quæ

Digitized by Google

quæ prævia juſta cauſæ cognitione ex Regula Juris reluitionem admittunt per *L. Nec Creditores 10. C. de Pign. Act.* Eamque inter Status Imperii, in oppignorationibus factis admiſſam, teſtes ſunt Præfecturæ Stratæ Montanæ, quas reluit Elector Moguntinenſis à Palatino, juxta *Inſt. um Pac. art 4. §. Cum autem 7.* Sed potius intelliguntur Oppignorationes Imperiales, quæ ab Imperatoribus olim ipſis Electoribus, Principibus & aliis Statibus & Membris immediatis Imperii ſunt factæ. 47 In his enim Poſſeſſores juxta præſentem Articulum non ſunt turbandi, ſed in tranquillâ & quietâ poſſeſſione relinquendi ac defendendi. Nam quamvis Limnæus diſtinguat, & aliud eſſe dicat: *Oppignorationem confirmare*, & aliud: *Eam immunem à reluitione pronunciare.* 48 Tamen quia Imperator in Capitulatione Poſſeſſores in Oppignoratis rebus quietos ſe relicturum eſſe promittit, 49 promiſſio illa effectum habere debet; Unde etiam in *Inſtrum. Pac. Caſ. Svec. art. 5. § 9. verſ. Omnia quoque Monaſteria 25. & ſeq.* 50 non immeritò res ita eſt deciſa: Ut juxta Capitulationem Cæſaream tamdiu Poſſeſſio illa abſque reluitione ſalva eſſe debeat, donec conſenſu Electorũ, Principum & Statuum Imperii aliter ſtatutum fuerit. Propter enim utilitatem Imperii & præcavendas in eo turbas, quæ ex reluitione ſunt metuendæ, pot. 51. eſt Imperator & Imperium bona, tantum ad reluitionem usque ab Imperio alienata, ita porrò alienare, ut vel plane non, vel ſaltem difficulter relui poſſint; *vid.* Limn. *ad Capitul. Caroli V. art. 4. ad verb.* Pfandſchafften/ & Strauch. *in Diſſ. de Oppignor. Imper. per tot.*

CAP.

# CAP. IV.

# DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JURA ELECTORUM IN GENERE.

§. 1.

I. *Inter* Status Imperii *eminent* Electores. 1.
*Elogia* Electorum. 2.
*Ratio horum Elogiorum*. 3.
II *Cavetur* Electoribus,
(1.) *De iis Juribus, quæ cum reliquis* Statibus Imperii *communia habent*. 4.
(2) *De Juribus* à Cæſare Ipſis *communicatis*. 5.
*Quæ ſint illa Jura ?* 6.
III. (3.) De Juribus & prærogativis *per quæ Cæſarea poteſtas non eſt communicata*. 7.
*Quæ ſint illa Jura* ? 8.
IV. (4.) De Juribus Eccleſiaſticis Electoribus competentibus. 9.
Collegium Electorale dividitur *in Ordinem* Eccleſiaſticum & Secularem, *quorum ſinguli ſua habent Jura*. 9.
*Eccleſiaſtici gaudent* munere Electorio, *licet nondum ſint confirmati, infulati, vel inveſtiti* 10.
*Omnes ſunt* Archi-Cancellarii Imperii 11.
V. (5.) *De* Electorum Secularium *Juribus*.
*In Ordine ſeculari reſidet* Vicariatus, & cur ? 12.
*Seculares* mediante ſucceſſione & jure Primogenituræ *dignitatem transmittunt ad poſteros*. 13.
*Quid* de Jure Primogenituræ *cautum in Capitulat.* ? 14.
*Quod novè* Capitul. inſertum. 15.
VI. *Conjectura circa* Clauſulam de Jure Primogenituræ *adjectam*. 16
*An* jus Primogenituræ, natis jam liberis, *introduci poſſit* ? 17.
*An Princeps Elector factus* Electoratum Primogenito *aſſignare poſſit* ? 18.
*An filius natus*, Patre Electore facto, pro Primogenito *habendus*? 19.
Capitulatio *videtur tales Quæſtiones præcludere voluiſſe*. 20.
VII. *Quid* Articulus 13. A. B. allegatus *ſibi velit in textu* ? 21.
*Allegatur* cauſa & *evolvitur*. 22.

Inter

Digitized by Google

§. 1.

INter Status Imperii eminent Principes Electores; Qui etiam 1
propterea in Textu *Propinquiora Sacri Rom. Imperii membra,* 2
*Solidæ Imperii baſes & Columnæ vocantur*, deſſen forderſte Glie-
der/und des H. Römiſchen Reichs Grund-Säulen; Quod ulti-
mum Elogium primâ quidem vice Capitulationi Joſephi eſt in-
ſertum, cùm in præcedentibus ſaltem illud legatur, quod ex
Procem. *& cap. 2. §. 5. Aur. B.* propinquiora Imperii Membra
dicantur; Attamen & alterum ex *A. B. cap. 3. §. 1. & cap. 12. in*
*pr.* eſt petitum, ubi *ſolidæ baſes Imperii & Columnæ immobiles* ap- 3
pellantur. Neque hoc immerito; dum *velut Columnæ proceres*
*Sacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant;*
*Et Eorum præſidio dextra Imperialis potentiæ roboratur*, uti di-
ctum elogium ſolidiſſimâ ratione ſuffulcit, roboratque Impe-
rator Carolus IV. in *A. B cap. 3. §. 1.*

§. 2. Quæ igitur Jura; ſive ſint Jura Comitiorum, ſive 4
etiam Superioritas Territorialis, cum Juribus annexis æquè ac
ex Privilegio Statibus Imperii competentibus; Ipſis in *cap. præc.*
III attribuuntur, illa uti multò magis Electoribus, tanquam
propinquioribus S. R. J. Membris competunt; Ita etiam in
Capitulationibus, inprimis etiam I. Electoribus, *ratione dicto-*
*rum jurium* cavetur. Præterea Jura quædam Electoribus ſunt 5
propria, quæ Imperator cum Iis quidem, non verò cum omni-
bus Statibus Imperii communicavit, ſed in quibus Electores in
adminiſtrationem Imperii aſſumpſit: Qualia ſunt (1.) Quod 6
*creare poſſint Cæſarem ſoli*; Quodque (2). *reſignatio Poteſtatis*
*Cæſareæ non niſi in manus Electorum fieri queat*, de quibus dictum
*ſupra ad Procem. Capitul.* (3.) Quod *proprium & ſingulare Cor-*
*pus & Collegium tàm in Conventionibus Imperii omnibus, quàm*
*omni reliquo tempore extra Comitia habeant & conſtituant; Ei-*
*que* (4.) *innitatur efficax Pactum Unionis tam Generalis quam*
*ſpecialis Rhenenſis*; (5.) Quod *Jus habeant, quotannis & quoties*
*volunt, ſe congregandi*, de quibus *infra ad Artic. 6.* pluribus dice-

Dd tur

Digitized by Google

tur. (6) Quod *Ius conſentiendi in alienationem & oppignoratio-*
6. *nem rerum Imperii habeant*, de quo *infra artic. 12.* (7) Quod *ſuffragia Electoralia tantidem ſint, quanti in univerſo Imperii Senatu ferè dimidia Ordinum Pars valere poteſt.* (8) Quod *jure conveniendi cum Imperatore de indicendis Comitiis, de tempore & loco gaudeant*, de quibus *infra ad artic. 16.* Quod (9) Jus habeant *nova vectigalia inſtituendi, vel vetera augendi, vel etiam aucta prorogandi*; Quo etiam pertinet (10) *Ius Stapulas concedendi*; de quibus *infra ad artic. 20. ſeqq.* Quòd (11) *Ius ipſis competat Statum vel membrum Imperii in bannum declarandi*, de quo ad *art. 27.* *Ius* (12) *reduniendi Bona ab Imperio alienata*, & *Feuda Imperii aperta*; de quibus *ad art. 28. & 29.* *Ius* (13) *concedendi Regale monetæ*; de quo ad *art. 32.* de quibus cavetur II. *in textu ibi:* Und die Chur-Fürſten / nach Inhalt der güldenen Bull / ſonderlich des 13. Articuls / bey Ihren Hoheiten / Geiſt- und Weltlichen Würden / Rechten und Gerechtigkeiten bleiben laſſen. Quod Capitul. Ferdinandi IV. *artic. 3. primâ vice* inſertum, inque Leopoldinâ retentum. In dicto enim *artic. 13. Aur. Bull.* Jura & Privilegia Electorum etiam cum clauſulâ contrariorum revocatoriâ & caſſatoriâ confirmantur.

7. §. 3. Accedunt præterea & alia *Jura Electorum prærogativæ*. Per quæ verò Cæſarea poteſtas & adminiſtratio Imperii ipſis non eſt communicata: (1) Quod *Electoralis Eminentia Regibus æquiparetur*; Quod (2) *in Curiâ Cæſaris & coram ipſo Cæſare, Electores ſuos Baldachinos ſeu Uraniſcos habeant*; Quod Ferdinandus II. Cardinali Cleſelio negavit. Quod (3) *Electores Cardinalibus & Archiducibus, Regumque Legatis præferantur*; Quod (4) *Electorum Legati Legatos Liberarum Rerumpublicarum præcedant.* Quod (5) *Ipſe Cæſar ſolis ipſorum Legatis Regiis dignitates, libertates, pompas operiendi caput, conſidendi &c. indulgeat*; Quod (6) *Reges & Reſpublicæ eos tractent pro Celſitudinibus & Serenitatibus, & Supremis Dominis*; *Et Legatos*

*ea-*

*eorum pro Excellentibus* ; De quibus & nonnulla *infra ad Art. 5.* hujus Capitulationis latius tractabuntur. Quod (7) *inter Collegia Statuum Principem in Comitiis locum Ordinis, auctoritatisque teneant*; Quæ & alia plura ex Schedis *Dn. Baronis Boineburgii piæ memoriæ, Viri & Genere & Scientiâ Maximi, Magnique olim Literatorum & Noſtri cum viveret, Patroni*, recenſet Bœclerus in *Libr. 6. cap. 2. Notit. Imper.* & ex eo repetunt Dn. Thulemarius *in Octoviratu cap. 19.* & Dn. Schvveder. *in Introduct. Jur. Publ. Part. Spec. Sect. 2. cap. 2.* Aliique. De quibus *Privilegiis & Juribus Electoribus* III. in Capitulat. ex iiſdem fundamentis cavetur.

§. 4. Porrò habet etiam Collegium Electorale ſuos 9.
Ordines, & Singuli Ordines peculiaria ſua Jura; Unde etiam
in textu de his Electorum Juribus, & IV. de Juribus Eccleſia-
ſticorum eſt cautum, ibi: Geiſt- und Weltlichen Würden.
Dividitur enim Collegium Electorale in Ordinem Eccleſia-
ſticum & Secularem; Illum conſtituunt tres Archi-Epiſcopi, 10.
Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis, communi vel pluri-
um ſaltem Capitularium ſuffragio electi, ita ut eo ipſo, quo
ſunt electi, Electoriâ gaudeant dignitate, Electorioque munere
& jure fruantur, etiamſi à Pontifice nondum ſint confirmati,
vel infulâ & Pallio condecorati, cum gaudeant illo Jure, ut
Principes Imperii, & ratione Regalium, quæ ab Imperio reco-
gnoſcunt; Imò etiamſi nondum à Cæſare ſint inveſtiti; cùm
meritò cingendus hic habeatur procincto, illo jure fruantur,
*vid.* Dn. Thulemar. *de Octoviratu cap. 24. num 17.* & *add.* quæ
*ſupra ad Proœm. Capitul. cap. 3. §. 6.* diximus. Qui omnes 11.
Archi-Cancellarii Imperii munere & dignitate fruuntur, &
Moguntinus quidem per Germaniam, Trevirenſis verò per
Galliam & Regnum Arelatenſe, & Colonienſis denique per
Italiam *Aur. Bull. cap. 1 §. 11. & 12. & cap. 2. §. 2.* de quo jam
diximus ſupra ad *Proœm. Capitul. d. l.* Quemadmodum & de



Digitized by Google

eo agimus *d. l. §. 3.* rationemque allegavimus, cur Titulo Cu-
riali ab Imperatore, ſeu Rege Romanor. Nepotes dicantur,
vel liebe Neven.
§. 5. Similiter V. cavetur in textu Ordini Electorum
12. Seculari de Ipſius Juribus. ibi: Geiſt- und Weltliche Würden.
In illo Ordine hoc inſigne eſt, quod in illo reſideat Vicariatus,
uti huc ſpectat *A. B. cap. 5.* Uti enim Poteſtas Vicariorum
imitatur Poteſtatem Cæſaris, ſeu ſummi Imperii Capitis, quod
temporale eſt, juxta *A. B. cap. 2. §. 2.* Ita etiam Vicarii ex Secu-
larium Ordine ſunt deſumpti; *De Vicariis Imperii* ex profeſſo
agimus *infra ad Art. 35.* & quædam etiam occaſione Vicaria-
tuum Italiæ tanguntur *ad articul. 4.* Porro etiam in Ordine
13. Electorum Seculari obſervandum, quod mediante Succeſſio-
ne Electoralis dignitas transmittatur ad Poſteros, & jure qui-
dem Primogenituræ, ita *ut poſtquàm Principes Seculares & eo-
rum quilibet eſſe deſierit*; Jus (1) vox & poteſtas *Electoris hujus-
modi* ad filium ſuum primogenitum, *Legitimum*, *Laicum*,
*Illo verò non extante*, ad ejusdem Primogeniti Primogenitum,
*ſimiliter Laicum liberè & ſine contradictione cujusdam devolva-
tur*; per *A. B. cap. 7. §. 2.* Et de hoc Jure Primogenituræ ſpe-
14. cialiter eſt cautum in *textu artic. 3.* Ne ſcilicet Electores Secu-
lares in eo turbentur, vel etiam contra Jura reſtringatur; *in
verbis:* Inſonderheit auch die weltlichen Chur-Häuſer bey Ih-
rem Primogenitur-Recht/ und ohne daſſelbe wieder die Gebühr
reſtringiren zu laſſen / nach Inhalt der güldenen Bull bleiben zu
15 laſſen. Quæ additio nova eſt, nec in præcedentibus Capitu-
lationibus, ne quidem in Leopoldinâ habetur; Adeoque &
*in Conceptu Capitul. perpet.* iterum eſt omiſſa; quamvis in *art.
7. §. 2. A. B.* ſit fundata.
16. §. 6. Hinc cùm in textu notabilis illa Clauſula: Ohne
das Primogenitur-Recht der weltlichen Chur-Häuſer wider die
Gebühr reſtringiren zu laſſen / inveniatur, ſuſpicari quis ferè
poſſet:
Digitized by Google

poſſet: *An non Paciſcentes ſeu Legem Germanorum Regiam con-*
*dentes de ſequentibus, ſimilibusque Quæſtionibus cogitarint, vi-*
*amque de iisdem diſputandi quaſi præcludere intenderint?* Scili-
cet, notum eſt varia circa Jus Primogenituræ à Doctoribus, &
inter alia etiam hoc diſputari ſolere: *An natis jam liberis,* 17.
*nec iisdem conſentientibus, jus Primogenituræ à Patre introduci*
*poſſit?* Quod ferè negari ſolet, cùm liberis jam natis jus ad æ-
qualem ſucceſſionem cenſeatur eſſe quæſitum. *vid.* Nicol.
Betſius *de Pact. Fam. illuſtr. pag. 709. verſ. Secundò ut fiant &c.*
Limn. *lib. 4. Jur. Publ. cap. 8. num. 121.* Myler. *de Princ. & Stat.*
*Imp. cap. 21. theſ. 8.* Unde quando Princeps Imperii in Electo- 18.
ralem dignitatem evehitur, jam natis pluribus liberis, non ſine
ratione, niſi neceſſitas & utilitas publica dubitandi anſam præ-
cluderet, dubitari poſſet: *An Electoratum Primogenito in præ-*
*judicium reliquorum aſſignare queat?* Quemadmodum & de
hoc quæritur: *Utrum Primogenitus ante acquiſitum à Patre Ele-*
*ctoratum præferatur ſecundo genito, qui ex Patre Electoralem di-* 19.
*gnitatem jam poſſidente natus eſt?* de quo *vid.* Rumelin. *ad A.*
*B. Diſſ. 6. theſ. 5.* His ergò & ſimilibus quæſtionibus occurre-
re voluiſſe videtur Capitulatio, inprimis cùm de Nono Electo- 20.
ratu tùm temporis fortè jam fuerint agitata Conſilia, adeoque
ſimiles Diſputationes orituras eſſe, vel ſaltem oriri poſſe, quaſi
ex ſpeculâ prævideriṅt Sereniſſimi Nomothetæ.

§. 7. Tandem nec hoc hic prætereundum, quod in 21.
textu noſtro ad *A. B. articul. 13.* provocetur, *ibi*: Nach In-
halt der güldenen Bull/ ſonderlich des 13. Articuls / cùm tamen
de Jure Primogenituræ Electoralis non in *articulo 13. ſed arti-*
*cul. 7. §. 2. Aur. Bull.* diſponatur. Sed quia allegatio iſta *arti-* 22.
*culi 13* non ad Jus primogenituræ, ſed ad Jura & Privilegia
Electorum in genere, adeoque ad illa verba, quæ ſpecialem
circa Jus Primogenituræ diſpoſitionem innuunt, ſit referenda;
quemadmodum ex eo videre eſt, quod in Capitulatione Fer-
di-

dinandi IV. ubi allegatio iſta primà vice reperitur, ſtatim poſt verba: die förderſten Glieder / ſit inſerta; Hinc nova de Primogenitura additio non aliter, quam ex ratione generalitatis ad *art. 13. A. B.* eſt referenda.

# CAP. V.

# *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JURA ELECTORUM IN SPECIE.*

I. *Etiam* Singulorum Electorum Privilegiis *in textu cavetur.* 1.
*Probatur* (1) Ex Aureâ B. 2.
(2) *Ex ipſo* textu. 3.
II. *Jura & Privilegia* Electoris Moguntini. 4.
(1) *Tanquam* Collegii Elect. Decani. 5.
(2) *Tanquam* Archi-Cancellarii Germaniæ. 6.
(3) *Tanquam* Metropolitani. 7.
(4) *Tanquam* Principis Primarii. 8.
III. *Jura & Privilegia* Electoris Trevirenſis. 9.
Archi-Cancellariatus *Ejus hodie non eſt nudus Titulus.* 10.
Plura *Ejus* Jura *alia.* 11. & 12.
*Privilegium de non appellando quale?* 13.
IV. *Jura & Privilegia* Electoris Colonienſis. 14.
*Inprimis* Privilegium de non appellando. 15.
V. *Jura & Privilegia* Regis & Electoris Bohemiæ *in textu quoque comprehenduntur.* 16.
*Inter quæ inprimis Privilegium pœnale* de non excludendo ipſum ab actu Electionis. 17.
*Jura & Privilegia reliqua.* 18.
VI. *Jura & Privilegia* Electoris Bavari. 19.
Truchſes *unde derivetur?* 20.
Vicaritui *Ejus* lis movetur. 21.
VII. *Jura & Privilegia* Electoris Saxoniæ. 22.
*Qua ratione* Archimareſchallatus *habeat?* 23.
Jus Directorii *in cauſis Evangelico-*

*ſticorum*, & de non appellando. 24.
VIII. *Jura & Privilegia* Electoris Brandenburgici. 25.
*Inprimis ſingulare, quod* nova vectigalia *erigere poſſit*. 26.
*Privilegium* de non appellando. 27.
IX. *Jura & Privilegia* Electoris Palatini. 28.
*Circa Vicariatum* ipſi contradicit Bavarus. 29.
*Judex* eſt Cæſaris. 30.
*Et Privilegio gaudet* de non appellando. 31.

## §. 1.

Porrò nec prætereunda ſunt *Singulorum Electorum Jura & Privilegia*, quippe de quibus etiam *in Textu* cavetur. Quod ipſum patet (1) *Ex Confirmatione relativâ*, dum ad *articul. 13. A. B.* fit relatio in verbis: Nach Inhalt der güldenen Bull ſonderlich des dreyzehenden Articuls. Ubi *libertates, Jurisdictiones, Jura, Honores, & Dominia Principum Electorum Sacri Imperii Eccleſiaſticorum & Secularium*, AUT ALICUJUS IPSORUM, ita ſtabiliuntur, *ut quæ illis derogare cenſentur in aliquo, debeant eſſe revocata*. Ut & (2) Ex vocabulis *Immunitatum & Privilegiorum* expreſſis, quæ confirmare Rex Romanorum promittit! Quæ ſingulorum æquè ac communia Electorum Jura & Privilegia reſpiciunt. 1. 2. 3.

§. 2. Sunt vero *Jura & Privilegia Electoris Moguntini* præcipua: Quod tanquam Collegii Electoralis Decanus, (uti vocatur *in Annalib. Henrici Rebdorffii in Epiſtola Electorum ad Papam Benedictum XII. ſuper Ludovico Imperatore datâ*; apud Marq. Freher. *Tom. 1. Script. Germ. p. 427.*) In Electione Regis Romanorum plures præeminentias habeat. (1) *Collegas ſuos convocando*, (2) *diem edicendo*, (3) *jusjurandum excipiendo*, (4) *proponendo*, (5) *ſuffragia colligendo*, (6) *concludendo &c.* (7) *Capitulationem perſcribendo*, ac (8) *omnia dirigendo*. Quod Similiter Virtute Archi-Cancellariatûs Germaniæ prærogativam habeat (1) *ſubſcribendi Decretis Imperatoris & Imperii* 4. 5. 6.



Digitized by Google

perii, (2) *Sigilla & (3) Archiva aſſervandi*, (4) *Directorium in*
7. *Imperii Conventibus gerendi; &c* Quod vi Metropolitana-
tûs (1) *Jus Coronandi in ſuâ diœceſi & extra eandem & Colo-
nienſem alternis cum Colonienſi vicibus*; (2) *Jus conſecrandi, un-*
8. *gendi &c.* Quod vi primi Principatus exerceat (1) *Jus pignora
Imperii reluendi*, (2) *Jus de non appellando &c.* per *Aur. Bull.
cap. 11.* & Privilegium Ferdin. III *d. 30. Aprilis 1654.* quod Ca-
meræ inſinuatum *d. 9 Martii 1655.* Roding. locuplet. *lib. 1.
Tit. 20. cap. 1. § 2.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1.* Quæ
& alia quam plurima ex Schedis Illuſtriſſimi Dn. *Baronis Boine-
burgii* recenſet Bœcler. *in Notit. Imper. lib 6. cap 5.* & ex eo Dn.
Spener. *in Oper. Herald. Lib. 1. Cap. 64. §. 18.* Dn. Thulemar. *de
Octovir. cap. 10.* Dn. Schvveder. *in Introduct. Jur. Publ. Part.
Spec. Sect. 2. cap. 4. §. 1. 2. & 3.* repetunt.

9. § 3. Jura & Privilegia *Electoris Trevirenſis præcipuè
ſunt.* Quod [1] *ſit Archi-Cancellarius per Galliam & Regnum
Arelatenſe*, juxta *Aur. Bull cap. 1. §. 12.* cujus Arch-Cancella-
riatus Jura nec hodiè ſunt extincta, vel tantum in nudis Titulis
10. ſubſiſtunt; ſed, Juribus Imperii in terras illas adhuc ſalvis exi-
ſtentibus, & ipſum ſalvum eſt. *vid.* Limn. *ad Aur. Bull. cap. 1. §.
11. Obſerv. 7. in fin.* Bernhard. à Mallinckrot *de Archi-Cancell.
Imper. pag. 41.* Conring. *de Offic. imper. Roman. German. th 9.*
Quod [2] *primum in Electione Regis Romanorum habeat votum*
11. per *Aur. Bull. cap 4 §. 3.* Quod [3] *loco ſemper ſtabili & fixo
ex Oppoſito & lineari directione verſus Imperatoris faciem ſedeat*
per Aur. Bull. cap. 3. §. 2. Quod [4] *quando Inſignia non præ-
feruntur immediate Imperatorem præcedat* Aur. Bull. cap. 21.
Quod [5] *in Cauſis Viſitationis vel Reviſionis Cameralis, ubi
cauſa Electorum Moguntinum tangit, Directionem habeat.* R. J.
de Anno 1594 §. Als uns auch 99. Quod [6] *Bona Feudave*
12. *Imperii qualibet obligata, alienata, vendita ve à quocunque redi-
mendi facultatem habeat.* Quod [7] *omnia feuda Imperii in
Ipſius Archi-Epiſcopatu vacantia ad ipſum devolvantur iiſdem
modis*

Digitized by Google

*modis quibus devolvuntur ad Cæſarem.* Utrumque ex Privile-
gio *Caroli IV. de Anno 1376.* quod ex Kyriandro *de Aug. Trev.*
recenſet Limn. *Lib. 3. cap. 5. in fin.* Quod (8) vi *Metropolita-
natûs Jus hoc in Epiſcopatus, Metenſem, Tullenſem & Virodunen-
ſem,* non obſtante quod ſupremum Dominium & Jura Supe-
rioritatis in Regem Galliæ ſint translata, *habeat*; per *Inſtrum.
Pacis Cæſareo-Gallicum §. Primò Quod. 70.* idque adhuc hodiè
in viridi ſit obſervantia. Quod (9) *Privilegium de non appel-* 13.
*lando illimitatum habeat quidem ex* Aur. Bull. cap. 11. §. 2. Cu-
jus etiam renovationem petere ipſi integrum eſt, per *R. J. de
Anno 1654.* §. Und ſtehet *115.* id tamen hactenus facere non
curavit; Sed Appellationes â Sententiis, 1000. Flor. Rhenen-
ſes in auro excedentibus, ad Cameram concedit; prout notat
*Burgold. ad Inſtr. Pac. Part. 2. Diſc. 26. theſ. 19. p. 225.* Eumque
ſequitur Dn. Thulemar. *de Octovirat. cap. 11. th. 9.* Quamvis
Blum. *de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1.* Ut & Roding. locuplet.
*Lib. 1. Tit. 20. cap. 1.* adhuc Privilegio Ferdin. I. *d. 23. Novemb.
1562.* pro Summâ appellabili 500. Aureorum, quod habet
Wehner. *in Symphor. Tom. 6. cap. I. fol. 6.* inhæreant; Quod
verò pugnare credo cum *R. J. de Anno 1654.* §. Vierdtens ſoll. *112.*
Privilegia & Jura Electoris Trevirenſis plura vide apud Auto-
res allegatos.

§. 4. Jura & Privilegia *Electoris Colonienſis* præcipua
ſunt; Quod *in Electione Regis Romanorum ſecundo gaudeat* 14.
*voto*; (2) Quod *Jus Coronandi in ſuâ diœceſi, & extra eandem
& Moguntinam alternis vicibus cum Moguntino exerceat*; per
Transactionem de Anno 1657. (3) Quod *in ſuâ Diœceſi &
in totâ Galliâ & Italiâ dextrum Cæſaris latus claudat*; Aur. Bull.
cap. 3. §. 2. (4) Quod *Archi-Cancellarius ſit per Italiam*, eo- 15.
dem modo uti de Trevirenſi dictum. *Aur. Bull. cap. 1. §. 11.*
(5) Quod *Privilegium de non appellando habeat* quidem per
*Aur. Bull. cap. 11. §. 2.* Quod etiam *Anno 1653.* eidem reno-

vatum eſſe dicitur, ita ut Judicium Reviſorium conſtituat *Re-*
*ding. locuplet Lib. 1. Tit. 20. cap. 1. th. 7.* Poſtea verò rurſus eſt
remiſſum, ita ut appellationes concedantur in cauſis 1000.
Aureos Rhen. excedentibus, eò quod Ordines Provinciales
cauſarentur, ſumptus ad Judicium Reviſorium conſtituendum
ſibi nimis graves fore; Uti aſſerit Dn. Ludolphus Hugo *de*
*Stat. Reg. Germ. cap. 3. num. 40.* quod & refert Dn. Thulemar.
*de Octovir. cap. 12. theſ. 10.* & allegat *Roding. locuplet. d. l.* den
Land-Tags Schluß *Anno 1655. d. 15. Maji*; Plura hujus Ele-
ctoris Privilegia *vid.* apud Autores laudatos.

16. § 5. Similiter & cavetur in Textu *de Juribus Seculari-*
*um Electorum*, & quidem (r) *Regis Bohemiæ.* Quippe qui,
tanquam Elector & Status Sacri Roman. Imperii, meritò ſub
appellatione Generali S. R. I. Electorum, Propinquiorumque
Imperii Membrorum comprehenditur, adeoque & de ipſius
Juribus & Privilegiis in *textu Capitul.* cavetur. Sunt verò illa
17. præcipua: (1) Quod *Sacri Imperii Elector ſit, & neceſſario ad*
*Electionem Regis Romanorum vocari debeat.* per *Aur. Bull. cap. 7.*
*§ 2.* & *Pactum* inter Ladislaum Bohemiæ Regem & reliquos
Electores *Anno 1489. initum: Ne ſcilicet ſub pœna quingenta-*
*rum marcarum auri à quovis Electore intra triennium ſolvenda-*
*rum, à Jure eligendi excluderetur.* Cujus tenorem ex Goldaſto
refert Dn. Thulemarius *de Octoviratu cap. 14. §. 19.* Quod (2)
18. *inter Electores Seculares in Electione Regis Romanorum primum*
*habeat votum, & in toto ordine tertium;* per *Aur. Bull. cap. 4. §. 3.*
(3) Quod licet ad deliberanda & concludenda Capitulationis
Capita non concurrat, *Conceptus tamen Capitulationis ante Ele-*
*ctionem ipſi ſit communicandus.* (4) Quod *in Actibus Imperia-*
*libus quemcunque Regem alium, quâcunque etiam ſingulari digni-*
*tatis prærogativa fulgentem, imò & ipſam Auguſtam præcedat,*
per *Aur. Bull. cap. 6. & 22. in fin. & cap. 26. in fin.* (5) Quod
*ſit Sacri Rom. Imp. Archipincerna.* Et (6) Quod *gaudeat privi-*
*legio*

Digitized by Google

*legio de non appellando & non evocando*; per *Aur. Bull. cap. 8.* Ubi tamen *vid.* Limitationes Limnæi ad *Aur. Bull. d. c. 8. Obſ. 7.* Quæ & alia plura videantur apud Boecler. *in Notit. Imperii lib. 6. cap. 8.* & inprimis apud Dn. Thulemarium *de Octovir. Cap. 14.* & Dn. Schvveder. *in Part. Spec. Sect. 2. Cap. 5. th. 1. ſeqq.*

*§. 6.* Jura & Privilegia *Electoris Bavari* ſunt præcipua: (1) Quod *inter Electores Seculares in Electione Regis Romanor. ſecundum, & in toto Ordine quartum habeat Votum* per *Aur. B. cap. 4. §. 3.* & Inſtrum. Pac. *Articul. 4. §. Et primò 3.* 19. [2] Quod *ſit Sacri Rom. Imp. Archidapifer*, Ertz-Truchſeß/ per *Aur. Bull. cap. 5. §. 1.* Inſtr. Pac. *art. 4. §. 3.* ibi: *Cum omnibus officiis*; &c. & Transactionem Specialem *ap. Theatr. Europ. Tom. 7. ad Annum 1651.* 20. Et derivatur Truchſeß/ ſeu Drechſeß/ vel Droſſeß/ non malè à *Droitſet*, contractè Droſt/ unde Reichs-Droſt/ in Svecia, *item* Land-Droſt & Droſt/ in Weſtphaliâ, & Saxoniâ inferiori, quod denotat Judicem, der da Recht ſpricht/ quò & Gallorum *Droit* quod *Jus* denotat, & Gallorum ſeu Germanorum *Druides*, vel Miniſtri Divini, ubi Conſilia petebant, pertinet, & deſcendunt à *Druthin*, quod *Dominum* notat, ſeu *Deum* ipſum, Autorem omnis Juris Juſtitiæque; Unde adhuc dicimus, der Traute Gott/ der Traute Heyland/ *Fidelis Deus* juxta Paulum. Quemadmodum apud *Otfridum in Evangeliis* ſæpius illa vox occurrit, ut in Epiſtola Ejus ad Ludovicum Pium:

Longo liobo Druthin min
Laz Imo thie Daga ſin.

*Id eſt:*

Langes Leben/ Gotte mein/
Laß Ihm die Tage ſeyn.

*vid.* Matthias Flaccius Illyricus *in Præfat. Libri Otfridi ad Adolphum Hermannum Riedeſel, Marſchalcum Haſſiæ Hereditarium*, dati; Hachenberg. *in German. Mediâ Diſſert. 8. theſ. 33.* [3] Quod *etiam ſit Sacri Rom. Imperii Vicarius*; per *Aur. Bull. cap. 5. §. 1.* inprimis verò Edit. German. ibi: 21.

Von des Chur-Fürſtenthums und Pfaltz-Graffſchafft Freyheit wegen/ *Inſtrum. Pac. Art. 4. §. 3.* ibi: *Cum omnibus Regaliis, Officiis, Pracedentiis, Inſignis & Juribus quibuscunque*, quem etiam Camera Imperialis pro Vicario agnoviſſe, & communi quodam Decreto Procuratoribus injunxiſſe, ut nomine Dnn. Electorum Bavari & Saxonis Inſtrumentum conficerent, *Roding. locuplet. Lib. 1. Tit 3. §. 9.* afferit: Cui tamen non abſque ratione contradicit Elector Palatinus, ita ut res adhuc Imperiali Deciſione opus habeat. [4] Quod *gaudeat Privilegio de non appellando* per *Aur. Bull. cap. 11. §. 3. renovato* Maximiliano Electori à Ferdinando III. *d. 18. Auguſti Anno 1638.* Quod in Camerâ cum extenſione in Palatinatum Superiorem *d. 21. April. Anno 1644.* pro inſinuato habitum, ſub pœna 100. Marcârum auri puri, uti habet Roding. *locuplet. in Libr. 1. Tit. 20. §. 8.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1.*

22. §. Jura & Privilegia *Electoris Saxoniæ* ſunt præcipua: (1) Quod *in Electione Regis inter Seculares tertium in toto ordine quintum habeat votum*; per *artic. 4. §. 3. Aur. Bull.* Quod (2) *uti Moguntinus Elector vota reliquorum Electorum perquirit*; *Ita Elector Saxoniæ Votum Moguntini requirat*: partim per *Aur. Bull. cap. 4. §. 3. in fin.* partim per Praxin Electoralem de qua atteſtatur Lehmann. *in Chron. Spir. Part. 7. cap. 124. Tit. 6. Rubr.* Chur-Fürſten Rath/ *verſ.* Inſonderheit: addatur Limn. *ad Aur. Bull. cap. 4. §. 3. Obſ. 10.*

23 (3) Quod *ratione Archi-Mareſchallatus Gladium Imperialem ſtrictumque Cæſari præferat, eumque immediate præcedat*; per Aur. *Bull. cap. 24.* Limn. *Tom. 1.* Addit. *ad lib. 3. cap. 10. num. 27.* Quod (4) *in præliis Imperii Vexillum Majus, aquilâ Imperiali conſpicuum, Ipſi ex* Coquille L'Hiſtoire du Pays & Duché de Nivernois *pag. 315.* ſalvo tamen jure Ducis Wurtenbergici, ratione Vexilli minoris, des Heiligen Reichs Panier / die Renn-Fahne / oder des Heiligen Römiſchen Reichs Sturm-Fahne dicti, *attribuant* Limn. *in Addit. Tom. 1. Ad Lib. 1. cap. 14 pag. 181.* & Dn. Thulemarius

*de*

Digitized by Google

*de Octovir. cap. 16. th. 22.* (5) Quod *in adventu Imperatoris in Campis vel in* Expeditione *omnes Imperii Status præcedat, Ordinesque inſtruat.* Limn. *Tom. 1. Addit. ad Lib. 3. cap. 10. num. 27.* Quod (6) *in Conventibus Electorum, ubi Imperator eligitur, poteſtatem habeat de alimentis, hoſpitiis & aliis proſpiciendi, & Ordinationes publicandi*, vid *Ordinatio Anno 1658. d. 8. Junii in Electione Leopoldi, Francofurti ad Mœn. publicata, in* Diar. Europ. *Part. 1. pag. 933.* Bertram. *de Comit. §. 57.* Dn. Rhet. *in Inſtit. Jur. Publ. Lib. 1. Tit. 12. §. 6. ſeq.* (7) Quod *ad requiſitionem Electoris Moguntini, ſi ipſe præſens eſt, Elector Saxoniæ in Comitiis, literas indicatorias*, die Anſage-Zeddul/ in quibus continetur, quo loco & tempore Status Imperii convenire debeant, materia item quæ deliberanda, *Mareſchallo hæreditario transmittat, eique officium demandet*; Grund-Feſte des Heiligen Römiſchen Reichs *Part. 2. cap 3 in pr.* Bœcler. *in Notit. lib. 6. cap. 5.* Dn. Rhet. *in Inſt. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 12. §. 5.* Quod (8) *Durantibus Comitiis juriſdictionem habeat in familiam Electorum & Statuum Imperii, etiam in Criminalibus. vid.* Bertram *de Comit* cum transactione deſuper cum Civitatibus Imperii initâ. *th. 60. & 61.* Dn. Rhet. *in Inſtit. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 12. §. 9.* Quod (9) *in cauſis Religionem* A. C. *concernentibus Directorium habeat in Comitiis.* Limn. *Lib. 3. cap. 10. num. 33. in Jure Publ. & ibi* Fritzſch. *in Not.* Hagemeier. *de Comitiis Imperii cap. 12.* Dn. Thulemar. *in Octovir. Cap. 16. num. 34.* Quod (10) *Privilegio de non appellando gaudeat*, per *Aur. Bull. cap. 11. §. 3.* Quod poſtea & ad totam familiam Saxonicam extenſum, per Privilegiũ Sigismundi Imperatoris, à ſubſequentibus, inprimis Ferdin. I. *d. 2. Maji 1559.* confirmatum; Quod Cameræ Imperiali *d. 24. Aprilis* Anno *1560.* inſinuatum. *vid.* Carpzov. *de Privil. Elect. & Duc. Saxoniæ de non appellan.* Roding locuplet. *in Pand. Cam. Lib. 1. Tit. 20. §. 9.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1.* Plura Saxonis Jura & Privilegia *vid. ap.*

Carp-

Carpzov. *de Leg. Reg. Cap. 10 Sect. 6. num. 28. ſeqq.* Dn. Thulemar. *de Octovir. cap. 16.* Dn. Rhet. *in Inſt. Jur. Publ. lib. 1. Tit. 12.* Alioſque.

25. §. 8. Jura & Privilegia *Electoris Brandenburgici* præcipua ſunt: (1) Quod *in Electione Regis inter Seculares* quartum, *& in toto ordine* Sextum *habeat votum*, per *Aur. B. cap. 4. §. 3.* (2) Quod *tanquam Archi-Camerius Imperii in Actibus Imperialibus Imperatori Sceptrum, in argumentum gubernationis, præ-
26 ferat*; per *Aur. Bull. cap. 22. & cap. 26. §. 3.* Quod (3) *nova vectigalia ex Privilegio* Friderici III. *de Anno 1456. inſtituere & vetera augere*, *& etiam in fluminibus molendina pro lubitu exſtruere queat*; Limn. *in Tom. 1. Addit. lib. 5. cap 7 num. 136.* Dn. Rhet. *in Inſt. Jur. Publ. Lib 1. Tit. 13* §. 4. Quod (4) *Privi-
27 legium de non appellando habeat*; per *Aur. Bull. cap. 11. & Privilegium* Rudolphi II *d 24. Julii Anno 1556.* quod integrum extat *apud* Carpzov. *de Leg. Reg. Germ. cap 9. Sect. 8. num. 9. vid.* Roding. locuplet. *lib. 1. Tit. 20. §. 10.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1.* Jura & Privilegia plura vide *ap.* Dn. Rhet. *d. l. Tit. 13.* Dn. Thulemarium *in Octovir. cap. 17.* & Dn. Schvveder. *Part. Spec. Sect. 2. cap. 5. th. 11.*

28. §. 9. Jura & Privilegia *Electoris Palatini* præcipua hæc ſunt: [1] Quod *in Electione Romanorum Regis* quintum *inter Seculares Electores*, ſeptimum *vero in toto Ordine votum habeat*; per *Inſtrum. Pac. art. 4. §. 3.* (2) Quod *ſit Sacri Rom Imperii* Archithesaurarius, Ertz-Schatzmeiſter / *dum loco muneris ſolennis nummos aureos & argenteos, tempore Coronatio-
29. is Regia in populum ſpargit.* quo Titulo eſt uſus in *Proœm. Capitul. Ferdinandi IV. Leopoldi & Joſephi.* Quod (3) *ſit Vicarius Imperii*, *uti eam in rem allegat* Aur. Bull. *Edit. Latin. cap. 5.* ibi: *ratione Principatus ſeu Comitatus Palatini Privilegio*; Sed ipſi Elector Bavariæ non ſine ratione contradicit. *vid. ſu-
30. pra* §. 6. Quod (4) *Judex ſit Imperatoris, ex ſpontanea hujus ſubmiſſione in cauſis civilibus*; per *Aur. Bull. c. 5. §. 3.* Quod

jus

Digitized by Google

jus vero non ad executionem ſententiæ ſed ſaltem ad cognitionem usque ſe extendit, & Proceſſus non adverſus Imperatorem ſed contra Fiſcalem inſtituitur. Quod [5] *gaudeat privilegio de non appellando* per *Aur. Bull. c. 11.* & Privilegium 31.
*Ferdin. III. de Anno 1652.* quod in Camerâ pro inſinuato acceptatum *d. 12. Novembris 1652. vid.* Roding. locuplet. *lib. 1. Tit. 20. c. 1. §. 13.* Blum. *de Proc. Cam. Tit. 47. Tab. 1. vid.* Plura apud Dn. Thulemarium *de Octovir. c. 18.* & Dn. Schvveder. *Part. Spec. Sect. 2. c. 5. §. 15.*

# CAP. VI.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JURA ET PRIVILEGIA PRINCIPUM ET STATUUM IMPERII IN SPECIE.*

I. *Etiam* de Juribus Principum *in textu Capitulationis cavetur.* 1.

Quorum nonnulla *in ſpecie tangenda.* 2.

II. Collegium Principum Imperii *capitur vel* generaliter. 3.

*vel* Specialiter. 4.

*Principes gaudent* Jure peculiaris Corporis, *&* Jure Conventus agendi. 5.

*Probatur* (1) Ex Praxi Imperii. 6.

(2) *Ex* Capitulat. Cæſ. 7.

III. Collegium Principum *Diſt. in Scamnum Eccleſ. & Seculare.* 8.

Qui *in utroque* Seſſionem habeant? 9.

*Eccleſiaſtici dignitatem Epiſcopalem* Electione vel Poſtulatione & Confirmatione Pontificis *conſequuntur.* 10.

Confirmatio dicta *apud Epiſcopos Proteſtantes* non attenditur. 11.

Imperator *confert* Jura Principum. 12.

IV. *Prin-*

Digitized by Google

IV. *Principes in perſonâ præſentes* præcedunt Abſentium Legatos. 13.

*Limitatur in Legatis* Auſtriaco, Burgundico & Salisburgenſi. 14.

*Et Quare?* 15.

*Antiquiorum Principum Legati* noviter creatis Principibus *Anno 1641. cedere noluerunt.* 16.

*Sed* graves rationes *in contrarium militarunt.* 17.

*Hinc obtinuere* noviter creati Principes. 18.

De Juribus & Privilegiis *aliis Principum* remiſſivè. 19.

V. *Prælatorum, Comitum & Baronum Jura.* 20.

*Inter quæ* jus peculiaris Corporis; & jus congregandi. 21.

Jus Conſortii *cum Principibus.* 22.

Vota VI. *Curiata* habent. 23.

Quomodo & quando *Prælati duo* acceperint *Vota, Comites* verò *quatuor?* 24.

VI. *Etiam* Civitatibus Imperii *de Juribus & Privilegiis cavetur.* 25.

*Sub voce* Statûs *generaliter acceptâ comprehenduntur* Civitates Imperii. 26.

Habent *jus peculiaris corporis & ſeſe congregandi.* 27.

Juribus gaudent *tam Comitialibus quàm Territorialibus.* 28. 29.

*De Privilegiis Civitatum* remiſſivè. 30.

§. 1.

Proximum nunc eſt, ut ad *Jura & Privilegia Principum & Statuum Imperii reliquorum in ſpecie*, & quidem I. ad Ea, quæ
1. ſunt Principum, deveniamus, quippe de quibus non minus in textu Capitularionis cavetur in verbis: Wie auch andere Fürſten/ Prælaten/ Grafen/ Herren und Stände/ bey Ihren Hoheiten/ Geiſt- und Weltlichen Würden/ Rechten und Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ bleiben laſſen; Et quamvis jam *ſupra*
2. *in Cap. 3.* de Juribus Statuum Imperii in Genere dixerimus, adeoque & illa ad Jura Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, Civitatum Imperii ſint applicanda; Tamen ſicuti de Electorum Juribus in Specie nonnulla tradidimus; Ita etiam Ordo requirit, ut & de reliquorum Statuum Imperii Juribus & Privilegiis pauca quædam in Specie tangamus.

§. 2. Quod

Digitized by Google

§. 2. Quod ergò *Principum Imperii Collegium* concer-
nit, duplici modo id in Jure Publico capitur (I) ut Prælatos, 3.
Comites & Barones Imperii comprehendit, & ſaltem Collegio
Electorali & Civitatum contradiſtinguitur, prout in materiâ
Comitiorum Imperii,& apud Comitiologos ſumitur, & dicitur
in genere der Fürſten-Rath. *vid.* Autor der Grund-Feſte des
Heiligen Römiſchen Reichs. *Part. 2. Cap. 5.* (II.) Uti etiam
Prælatis, Comitibus & Baronibus Imperii contradiſtinguitur, 4.
& ſaltem Principes Imperii Eccleſiaſticos & Seculares compre-
hendit; quo ſenſu hic capimus. Habent enim Principes, etiam
in hoc intellectu, *Jus Collegii, & peculiaris Corporis*, ita ut pro- 5.
pterea, quando neceſſitas id exigit, vel Ipſorum intereſt, *con-
gregari*, & id quod in rem ſuam eſt, ſalvo tamen ſemper jura-
mento, quo quisque Imperatori & Imperio obſtrictus eſt, de-
liberare & ſtatuere poſſint. Quemadmodum *Conventus* tales
*Principum*, Germanicè Fürſten-Tage dicuntur, ubi vel *Princi-
pes Eccleſiaſtici & Seculares* ſimul, aut ſeorſim; *Catholici & Pro-
teſtantes* junctim aut ſeparatim, de utilitatibus ſuis deliberatu-
ri congrediuntur, quales (1) plures Superioribus Seculis, uti
obſervat Dn. Schvveder. *in Introd. J. Publ. Part. Spec. Sect. 1.* 6.
*cap. 31. §. 10.* & pronuper etiam Goslariæ & Noribergæ fuere
celebrati; & fundatur hoc jus conventus Principum non tan-
tum in Praxi Imperii, ſed etiam (2) in *Capitul. Leopoldi art. 6.* 7.
ibi: Soll auch denen andern Reichs- und Cräyß-Ständen un-
verwehrt ſeyn/ ſo offt es die Noth erfordert/ circulariter und Col-
legialiter, ungehindert männiglichen/ zuſammen zukommen/
und dero Angelegenheiten zu beobachten; de quo plura *infra ad
articul. 6.*

§. 3. Præterea & Collegium Principum diſtingvitur in 8.
*Scamnum Eccleſiaſticum & Seculare* ex eodem, quod *ſupra cap.
3. §. 6.* fundamento diximus; In illo Seſſionem habent etiam
Archi-Dux Auſtriæ cum Duce Burgundiæ, qui propter præro- 9.

gativam etiam Eccleſiaſticis Principibus præferuntur, quos ſe-
quuntur Archi-Epiſcopi, niſi quod Archi-Epiſcopus Salisbur-
genſis cum Archi-Duce alternet, Magiſter item Ordinis Teu-
tonici, cum quo tamen Jus προεδρίας competit Epiſcopus Bam-
bergenſis, & reliqui Epiſcopi; nec non Prælati dignitate Princi-
pali clari, quos inter & Magiſter Johanniticus conſpicitur; In hoc
verò ſedent Seculares Principes, Duces, Comites Palatini, Land-
gravii, Marchiones & Principes in ſpecie ſic dicti. Uti ergò
10. Eccleſiaſtici *Electione vel Poſtulatione* dignitatem Epiſcopalem
conſequuntur, per *tot. tit. extr. de Poſtul. Prælat. & de Elect. &*
*ibi Dd.* quam apud Catholicos ex Concordatis Nationis Ger-
manicæ, inter Nicolaum V. Pontificem Romanum & Frideri-
cum III. Imperatorem *Anno 1447.* initis, Pontifex Romanus
confirmat; *vid.* Concordata *apud* Henric. Caniſium *in Sum-*
*ma Juris Can. & in Corpore Conſt. imp.* Dn. ab Andlern *ad voc.*
11. Pabſt. *& apud Alios.* Quæ verò Confirmatio Pontificia apud
Epiſcopos & Prælatos Proteſtantes non æquè attenditur, *per*
12. *Inſtrum. Pac. Art. 5. §. 6. verſ. Electi 20.* Ita Imperator Roma-
nus per inveſtituram Ipſis Jus Territoriale, aliaque Jura Princi-
pum Illis concedit; de quibus etiam in Textu noſtro Ipſis ca-
vetur, per verba: Bey Ihren Geiſt- und Weltlichen Würden/
Rechten und Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt bleiben
laſſen.

§. 4. Porrò & hoc inter Jura Principum referendum,
13. quod Illi, qui in Perſonâ in Comitiis præſentes ſunt, etiamſi
noviter creati & introducti ſunt, præcedant aliorum, etiam an-
tiquarum Familiarum Principum Legatos, ſive votum, ſive Seſ-
ſionem ſpectes, *arg. Aur. Bull. tit. 28. §. 6.* cum dignitas in ipſo
Principe verè ſit præſens, in Legato verò ſaltem per repræſen-
tationem, & jure alieno; Veritas autem imagine naturæ non
adumbranda *l. Filio 23. pr. ff. de L. & Poſth. hered.* Niſi quod
14. ad Legatos Auſtriacos, Burgundicos, & Salisburgenſes attinet,
qui

qui Principibus etiam præſentibus præferuntur; Et hi quidem propterea, quod Directorium olim ſoli, hodiè vero alterna 15. tim cum Auſtriacis habeant; Auſtriaci verò partim, quod ſint Archi-Duces, partim quod de Directorio non ſolum participent, ſed etiam ſemper, proteſtantibus tamen Salisburgenſibus, initium faciant; Quemadmodum & ipſe Archi Epiſcopus Salisburgenſis *Anno 1613.* in Comitiis præſens, poſtpoſitus obſervatur Legato Auſtriaco & Burgundico. Equidem cum in Comitiis Ratisbonenſibus Anno 1641. noviter creati Prin- 16. cipes, Hohenzolleranus, Eggenbergicus & Lobcovicenſis ad Votum & Seſſionem introducendi eſſent, conſenſere Principes, hac cum conditione: daß Sie der alten Fürſten Abgeſandten nachſitzen und nachvotiren ſolten; uti conſtat ex Actis dictorum Comitiorum apud Speidelium *in Speculo, voc.* Fürſt. *f. 394* imò etiam propterea introductio tunc eſt omiſſa & in proxima Comitia dilata. Sed quia hoc (1) pugnare creditũ eſt cum Statu Principis, dum per talem evectionem Princeps 17. aliis par haberi debet. Et (2) pro novo habitum; dum Arenbergicus à Carolo V. in Principem creatus, ſine contradictione reliquorum Legatis prælatus eſt; imò (3) Regali Cæſareo contrariari videtur, quo mediante Cæſar evehere poteſt Comitem in Principem, ut reliquis omnimodè æqualis habeatur. Hinc cum plures noviter creati Principes *Anno 1653.* in Comitia introducendi eſſent, antiquiorum Principum Legati tandẽ ceſſerunt, ita ut noviter creati non tantum Seſſionem in Scamno Principum priori loco obtinuerint; ſed etiam Vota ita ſint prolata, ut (1) dixerit in *Scamno Eccleſiaſtico*, Legatus Auſtriæ, (2) in *Scamno Seculari* Princeps Salmenſis, (3) Legatus Burgundiæ, (4) Dietrichſteinius. (5) Legatus Salisburgenſis. (6) Piccolominæus. [7] Epiſcopus Ratisbonenſis ipſe præſens, [8] Auersbergicus, [9] Legatus Veſontinus, & [10] Legatus Bavarus &c. quemadmodum videre eſt apud Autorem der

Grund-Feſte *Part. 2 cap. 5. pag. 110.* Addatur Limn. *Tom. 3. Addit. ad lib. 4. cap 9. num. 55.* Et literas interceſſionales Electoris Brandenburgici in dictis Comitiis pro Hohenzolleranis & Naſſovicis datas *apud* Speidel. *in voc.* Fürſt. *num. 6.* De hiſce atque ſimilibus Juribus, in textu noſtro Principibus cavetur. Sunt præterea & alia Principum Jura; Sunt etiam,
19 Singulis Principum Familiis egregia ſua Privilegia, quæ & ipſa in textu noſtro confirmantur quidẽ; Sed ea recenſere hic velle nimis longum hîc foret; videri tamen poteſt Limn. *de Jur. Publ. Lib. 9. cum utroque Addit. Tomo* Gaſtel. *de Stat. Europ. à cap. 10. ad cap. 25.* Symphor. Wehner. *Tom. VI.* Sprenger. *Inſtit. Jur. Publ. Lib 3.* *Aliique.*

§ 5. Sequuntur II. *Prælati ſimpliciter tales, Comites*
20 item & *Barones*; de quorum Juribus & Privilegiis ſimiliter in textu præſentis Articuli cavetur, per verba: *Prælaten*/ Grafen/ Herren; Habent enim & Hi jus Collegii & Corporis peculia-
21. ris, quò, ſiquidem in rem ſuam id credant, vel junctim vel ſeparatim, ſalvo tamen Jure Cæſaris & Imperii; convenire, & de utilitate ſuâ ſtatuere poſſunt; Uti eò facit *articul. 6. Capitul.* ibi: Soll denen andern Reichs- und Crayß-Ständen unverwehret ſeyn zuſammen zukommen/ und Dero Gelegenheiten zu beobachten; Quemadmodum eò faciunt Conventus Comitum Imperii, die Graven-Täge / de quibus extat Tractatus *Dn. Ahasveri Fritſchii.* Nec hic prætereundum illud inſigne Jus
22. eſt, quod ad Collegium Principum referantur, & Votis ſuis Concluſa Imperii promovere poſſint. Tantidem enim ſunt
23. Prælatorum & Comitum Vota, quanti Sex Vota Principum facere poſſunt. Vota enim reſpectu Deliberationum Collegii Principum non *Virilia* habent, ſed *Curiata*, ita ut ſingula Scamna, ſingulorum quoque Votorum Principalium effectum habeant. Habent verò Prælati *duo* Scamna: *Svevicum* ſcilicet & *Rhenanum*; Cùm Comites & Barones, *quatuor* habeant;

*VVeſ-*

*VVetteravicum* nempe, *Svevicum*, *Franconicum* & *VVeſtphalicum*. Diu enim eſt, quod Prælati, licet olim duo exercuerint, 24
*unum* ſaltem, nomine Svevici Scamni, & Comites *duo* habuerint Vota, VVetteravici ſcilicet & Svevici Scamni nomine. Cùm verò in *Comitiis Ratisbonenſibus, Anno 1641. habitis*, Comitibus Votum tertium ratione Franconici Scamni concederetur, quod & olim quoque admiſſum eſſe contenderunt; Prælati quoque Rhenenſe ſuum vindicarunt. Quod etiam quidem *in Comitiis Anni 1653. & 1654.* ita tamen ut Comitibus quartum Votum nomine Scamni VVeſtphalici concederetur, ex Decreto Cæſareo ad Placitum Statuum Imperii *d. 3. Octobris 1641.* concluſum & *d. 28. Martii 1653.* dato, impetrarunt; ne forte *ratio dupla*, quam antea cùm Prælatis reſpectu Votorum Comites habebant, poſtea aucto utrobique uno voto, in *rationem Sesquialteram* immutaretur, ſed potius dupla & priſtina maneret. *vid.* Autor der Grund-Feſte des Heiligen Römiſchen Reichs *Part. 2. cap. 5. verſ.* die Prælaten. & ibi: *Decretum Cæſar. alleg.* & Plura *apud* Gaſtel. *de Statu Europæ cap. 29. 30. 31.*

*§.* 6. Denique III. inter Status Imperii ſequuntur *Civitates Imperiales immediatæ*, de quarum *Juribus & Privilegiis* 25
ſimiliter in Textu Articuli præſentis cavetur, per verba: Wie auch andere Stände; Quoties enim cunque generaliter ali- 26
quid in Legibus Imperii de Electoribus, Principibus & Statibus diſponitur, uti hoc in caſu; verbis: Die Chur-Fürſten/ wie auch andere Fürſten/ Prælaten/ Grafen/ Herrn und Stände/ tunc ſub voce *Status Imperii* comprehenduntur etiam Civitates liberæ Imperii. Uti hoc conſtat ex *Inſtrum. Pac. Art. 5. §. 11. verſ. Liberæ 28.* ibi: *Liberæ Imperii Civitates, prout omnes atque ſingulæ ſub appellatione Statuum Imperii, non tantum in Pace Religionis & præſenti Ejusdem Declaratione, ſed & aliàs ubique indubitatè continentur.* add. Londorp. *in Act. Publ. Tom. 6. lib. 3. cap.*

*cap. 44. in fin.* ibi: Fürſten und Stände/ und darunter implicitè die Städte. *Et porrò:* Daß die Städte unter dem Wort Stände ſchon begriffen; Et Wehner. *in Obſervat. voc.*
27 Stand des Reichs. *in pr.* Gaudent verò & illæ *Jure Peculiaris Corporis*; Unde etiam quoties in rem eſſe ſuam cenſent, ſalvo tamen Jure Imperatoris & Imperii *conventus agere* & de utilitate ſuâ deliberare & concludere poſſunt. Qui conventus in Jur. Publ. Stadt-Täge/ vocari ſolent, ad quos conventus per *Civitates convocantes ſeu conſcribentes* Ausſchreibende Städte/ vocari ſolent; de quibus multa habet *Knipſchild de Civ. Imp. lib. 2. cap. 11. num. 2. ſeqq.* Et conceditur hoc Ipſis
28 Lege Imperii publicâ per *Art. 6. Capitul.* Uti verò Seſſionem & Votum in Comitiis habent; ibique in *duo Scamna, Rhenanum* ſcilicet & *Svevicum* dividuntur, adeoque & ſicuti alii Imperii Status, de ſumma rerum in Imperio participant, voto deciſivo, ibi pariter ac in particularibus diætis gaudent, juxta
29 *Inſtrum. Pac. Art. 8. §. tam in univerſalibus. 4.* Ita etiam Superioritate Territoriali & Eidem annexis Juribus fruuntur, per *d. l. Inſtrum. Pac.* Unde & de illis non minus, quam aliis Civitatum Imperialium Privilegiis legitimè quæſitis, Ipſis in *præ-*
30 *ſenti Capitul. Articulo* cautum eſt. Quæ hic generaliter tetigiſſe ſufficiat, B. L. ad Limn. *J. Publ. Lib. 7. & utrumque Addit. ibid. Tom.* Knipſchildii Tractatum *de Civitatib. Imper.* inprimis *ad Lib. 2. & 3.* remittentes. *add.* Boecler. *in Notit. Imper. Lib. II. cap. 3.* Gaſtel. *de Stat. Europ. cap. 32.* *Alioſque.*

CAP.

# CAP. VII.

# DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JURA ET PRIVILEGIA NOBILITATIS IMPERII IMMEDIATÆ, ALIORUMQUE IMPERII MEMBRORUM.


I. Cavetur in textu etiam de Juribus *Nobilitati Imp. immediatæ*. 1.
*Non eſſe Statum Imperii*,
*Probatur* (1) *Ex* Textu. 2.
*Particula* Sambt/ Unà, *ſimultaneitatem* quidem, *non* verò *identitatem denotat*. 3.
(2) *Ex* Inſtrumento Pacis. 4.
(3) *Ex* Actis Legati Nobilitatis immediatæ. 5.
(4) *Ex defectu* Seſſionis & Voti in Comitiis. 6.
*Quid ſentiendũ de* antiquis temporibus & corporibus? 7.
*Etiam* de Superioritate *Ejus* Territoriali *dubitatur*. 8.
*Optime ſibi conſuluit* Immediata Nobilitas *ratione Tituli ſuorum Jurium*. 9.
II. *Titulus Jurium firmus non eſt* Jus Status *vel* territoriale. 10.
*Sed vel* expreſſa *vel* tacita Imperatoris conceſſio. 11.
*In quo* Hæc ſe *fundet*. 12.
*Optima cautio* in Inſtrum. Pac. & Capitul. 13.
*An illa* ex Capitulationibus prioribus *eruenda*? 14.
III. Nobilitas Imperii *gaudet*
(1) Immedietate. 15.
(2) Libertate *à Jurisdictione Statuum Imperii*. 16.
(3) *Et quod* Imperatori ſervitia & Collectas *præſtet*. 17.
(4) *Conſtituit* peculiare Corpus. 18.
(5) *Gaudet* Jure Fœderum. 19.
(6) Jure Legatorum. 20.
IV. *Quomodo* (7) *devidatur in ſuas* Claſſes & Loca? 21.
*Singulæ Claſſes & Loca* (8) Jus *habent* Corporis & Reip. 22.
Jus (9) ſe congregandi. 23.
Jus (10) mittendi Legatos. 24.
Jus (11) Collectandi &c. 25.
Jus (12) *Peculiaris* Ærarii & Cataſtri. 26.
V. *Collecta Nobilitatis* (13) *ſunt* vo-

voluntariæ & extraordinariæ. 27.

*Unde* (14) omnia bona Equitum *ſunt collectis obnoxia*. 28.

*Quid ſaltem excipiatur?* 29.

Bona (15) Nobilitatis Cataſtro *ſemel* allibrata, *cum illa qualitate tranſeunt* ad alios Poſſores. 30.

*Bonis Nobilis* (16) *venditis, aliis Membris competit* Jus Retractus. 31.

*Item competit ipſi* Jus Legis ferendæ &c. 32.

*Et* Jus circa Sacra. 33.

VI. *Cavetur etiam aliis* Membris Imperii *in Capitulat*. 34.

*Quæ præterea* immediata *dicuntur*. 35.

VII. *Mediata diſtinguuntur in* Nobiles & Non-nobiles. 36.

*Quid* Landſaſſi? 37.

Subditi *dividuntur*

(1) *in* immediatos & mediatos. 38.

(2) *in Eos qui ex* Jurisdictione territoriali *vel* alio vinculo *ſunt obligati*. 39.

(3) Poſſeſſionatos *& minus* tales. 40.

*Quis dicatur* ſubditus? 41.

*Quæ Jura ſint* ſubditorum & membrorum mediatorum? 42.

*Cur & his caveatur?* 43.

## §. 1.

Nunc etiam ad Jura & Privilegia *Nobilitatis Imperii Immedia-*
1. *tæ* procedendum; quippe Cui de his adeò in textu cavetur, ut etiam trinâ vice in hoc Articulo expreſſa Ejus fiat mentio; Uti verò vulgaris illa Quæſtio: *An Nobilitas Imperii immedia-*
2. *ta ſit Status Imperii Romano-Germanici?* Quam prolixè *affirmativè* defendit Hippolitus à Treißbach / in den Bedencken der Freyen Reichs-Ritterſchafft Stand und Seſſion betreffend ꝛc. in Textu noſtro *negativè*, per indirectum deciditur, (1) ibi: Grafen / Herren und Stände ſambt der ohnmittelbaren freyen Reichs-Ritterſchafft / *Item:* darzu den Ständen / ſambt erſtgedachter
3. Reichs-Ritterſchafft. Cum particula Sambt / *unà, ſimul*, ſit quidem congregativa, & *ſimultaneitatem* indicet. *Cardinal. Tuſch. Pract. Concl. 376. lit. D.* Strauch. *in Lex. Part. Jur. ad voc. Unà*, non tamen *identitatem* denotet, ſed Statibus con-

tra.

tradiſtinguat; Inprimis (2) cùm & in *Inſtrum. Pacis Art. 3. §. 1. & Art. 5. §. 2. & paſſim*, eodem modo verba ſonent; Nec (3) 4.
Immediata Nobilitas, tempore Tractatus Pacis Weſtphalicæ, Jus Status æque, ac immedietatis & alia Jura & Privilegia, uti patet ex *Art. 4. §. Liberā 17. Inſtr. P. Art. 5. §. 2. & §. 10. v. Libera 27.* ſicuti & præcedentiam præ Civitatibus Imperialibus (quæ 5.
ſane per illas loquendi formulas Nobilitati ſalva manet;) urſerit, prout ex Ejus *Memoriali* ad Pacis Tractatus Ablegatis Svecicis ab Illuſtri Viro Dn. Wolffgango à Gemmingen, Nobilitatis Immediatæ Legato, *A. 1646.* exhibito; quod *Londorp. Tom. VI. Act. Publ. lib. 3. cap. 43. lit. A.* refert; uti & ex temperamento controverſiæ illius causâ adinvento, quod in *cap. 44. Actor.* Londorp. *in fin.* habetur, videre eſt, adeoque illa prætenſio ſi quæ fuit, tacitè ferè ibidem remittatur; Ut taceam (4) *for-* 6.
*male Status*, Seſſionem ſcilicet & Votum in Comitiis lis decile; Quamvis aliter ſentiendum videatur, quoad tempora antiquiora, & de Ipſis *Corporibus Nobilium*; Quemadmodum *Ganer-* 7.
*binatus Fridbergenſis* & *Gelnhuſanus* expreſſe continentur in Matriculâ Imperii de Anno 1521. *apud* Dn. ab Andler *in Corp. Conſt. voc. Matricul.* Uti etiam Deciſio alterius Quæſtionis: 8.
*An Superioritate Territoriali propriè dicta gaudeat?* negativa exinde fluit, quod dicta Superioritas ſit *Eſſentiale conſecutivum* Status Imperii, prout jam ſupra *Cap. 3. §. 7.* probatum; *vid.* Strauch. in *Diſſert. Exotericâ 4. theſ. 22.* Quamvis ſi minus propriè Jus Territoriale per *Complexum Regalium* cum nonnullis definire velimus, id ipſum Nobilitati immediatæ aſſertum dare poſſimus, Ita providè Rei Nobilitatis immediatæ tàm in 9.
Inſtrumento Pacis quàm in Capitulatioonibus cautum; quod potius, expreſsâ Sui mentione facta, Juribus & Privilegiis Suis, voluerit conſuli, quàm ſub ambiguo verborum involucro & Generalitate, incerto prorſus eventu, latitare.

§. 2. Cùm ergò Nobilitas Imperii immediata Jura ſua, 10.
quæ habet, neque ex Jure Statûs, neque ex Superioritate



Digitized by Google

territoriali tutò & indubiè deducere valeat, ſed po-
11. tius vel in expreſsâ vel tacitâ Imperatoris conceſſione, ſeu præſcriptione & conſvetudine, (cujus exinde, quod o-
12. lim fuerit Status, & eſſe poſtea deſierit, fundamentum non contemnendum ſubſternit *Kulpis de Legat. cap. 8. th. 17.* quod ab illo tempore retinuerit jura, quorum titulus expreſſe ſignari non poteſt,) Titulum quærere neceſſe habeat, hinc non
13. ſolum in Inſtrumento Pacis, ſed etiam in Capitulationibus de Regalibus Juriſdictione, Immunitatibus, Privilegiis, Juribus & Conſvetudinibus ſuis Sibi optimè cavit, *per verba:* Herren und Ständt/ ſambt der ohnmittelbaren Reichs-Ritterſchafft bey Ihren Hoheiten/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ verbleiben laſſen. *Item:* Ihre Regalia, Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien/ Pfandſchafften und Gerechtigkeiten/ auch Gebräuch/ und gute Gewohnheiten
14. confirmiren 2c. Quæ verba etiam *Conceptui Capitul. Perpetuæ* ſunt inſerta; ſicuti & in Capitulatione Leopoldinâ *Art. 3.* & priora in Capitul. Ferdinandi IV. habentur. In præcedentibus verò Capitulationibus ſunt omiſſa quidem, poſſunt tamen & in iis comprehenſa dici, ſi vel cum *Carpzovio,* ſub nomine Statuum latè & impropriè accepto, etiam Immediata Imperii membra comprehendi dicamus, *ad L. Reg. cap. 3. Sect. 12. num. 26.* uti ita capitur in *R. I. Spir. de Anno 1542. §.* Es wolten dann *91. & alibi:* vel etiam, ſi ſub generali Clauſulâ textui adjectâ, Auch ſonſten Jeden bey ſeinem Stand und Weſen verbleiben laſſen/ ea ſubintelligi ſtatuamus.

15. §. 3. Quamvis ergò Immediata Imperii Nobilitas *Status* Imperii non ſit, *Immedietate tamen* (1) *ſine contradictione gaudet*, ita ut nulli niſi Imperatori & Imperio immediatè ſit ſubjecta. *Inſtrum. Pac. Art. 4. §. Liberam 17.* ibi: *cum diſtrictibus appertinentibus in ſuo Statu immediato inviolatè relinquatur*; Cui Immedietati nihil derogat, quod aliqui Ipſorum ſint Principum Vaſalli, *Gylmann. in Symphor. Tom. 1. Part. 1. Tit. 4. fol. 300.* His enim Juramentum fidelitatis, ſeu vaſallagium præſtant,

quod

Digitized by Google

quod nullam inducit ſubjectionem, *Knichen in Epopſ. num. 141.*
Unde (2) *ratione Perſonæ libera eſt à Juriſdictione Statuum Impe-*
*rii*, ita ut prætextu der Lands-Fürſtlichen Obrigkeit ad Juriſdi- 16.
ctionem trahi non poſſit. Gylmann. *Tom. 3. Symph. voc. Nobi-*
*litas. §.* der Fränckiſche. Sprenger. *in Synopſi J. Publ. c. 15. in pr.*
niſi forte in quibusdam locis *ratione bonorum & reſpectu terri-*
*torii, vel domicilii*, aliis Statibus reperiantur ſubjecti, *juxta*
Inſtr. P. *art. 5. §. 10. verſ. Libera 27.* Et cum ſint quaſi peculiare
Cæſaris peculium, (3) *Imperatori Servitia, & horum loco*
*Collectas voluntarias*, Ihre freywillige Steuer an ſtatt der Ritter- 17.
Dienſte / *immediatè præſtant.* Gylmann. *in Symphor. Tom. 4.*
*Part. 1. Vot. 30. n. 368.* Wehner. *in voc.* Craiß *verſ. Neque hoc*
*obſtat. in fin.* Præterea (4) *conſtituit peculiare Corpus.* Ex quo 18.
reſultat *communicatio & Conſilii & Virium;* Et quod *Jus habe-*
*at ſe congregandi, cauſas & gravamina communi Conſilio confe-*
*rendi, proferendi & operam dandi, ut iis medela paretur.* (5)
Item *Jus fœderum*, uti ex *Ord. Liberi Equeſtr. Ord. de Anno 1562.* 19.
*ab Imp. Ferdin. I.* confirmata, aſſerit *Myler. de Princ. & Stat. Imp.*
*cap. 17. th 7. & ibi alleg.* Unde (6) fluit *jus communi nomine* 20.
*Legatos mittendi, Eos inſtruendi, aliaque ad rem Totius Nobili-*
*tatis Imperii immediatæ facientia communicandi;* Quemadmo-
dum hoc egregie comprobat *Inſtrum. Pac. Art. 5. §. 1. Art. 4. §.*
*Liberam 17.* cum Actis Pacis Weſtphalicæ *apud* Londorp. *in*
*Act. Publ. lib. 6. cap. 43. pag. 109. ſeqq. & paſſim.*

§. 4. *Dividitur* tamen (7) id corpus *in tres Claſſes Generales:*
Scilicet in Liberam Nobilitatem, (1) per *Franconiam*, (2) *Sveviam* &
& (3) *Tractum Rheni.* Et *Hæc* rurſus dividitur in 3. *Loca*, (1) in
Gau und Wasgau / (2) Nieder Rhein-Strom / Hundesrück /
Eberswald / (3) Wetterau / Weſterwald und Rheingau. *Illa* ſeu
Franconica *in 6. Loca:* (1) Odenwald / (2) Steygerwald / (3) Gebürg /
(4) Altmühl / (5) die Buchen oder Baunach / (6) die Röhn und
Werre. *Iſta* ſeu Svevica *in 5. Loca:* (1) An der Donau / (2)
Im Hegau / Boden-See und Algou / (3) Am Neckar / Schwartz-

wald und der Ortenau/(4) Am Kocher/ (5) Craichgou: Habent
22. tamen etiam (8) *ſingulæ Claſſes & Loca Jus Corporis peculiaris & Reipublicæ*, ita ut habeant conſtitutum peculiarem ſuum Senatum cum Præſide & Conſiliariis, mit Ihren erbetthenen Dire-
23. ctore, Ritter-Hauptleuten und Ritter-Räthen. Ita ut (9) *quoties iis commodum viſum fuerit*, ſalvo tamen juramento, quo Imperatori & Imperio ſunt aſtricta, *ſe congregare*, & de eo quod ad rem Equeſtrem facit, *deliberare & concludere poſſint*; qui conventus vocantur, Ritter-Täge / *vid.* Privil. Rudolphi II. *d. 11. Maji 1609.* Nobilitati immediatæ Franconicæ datum, *apud* Limn. *lib. 6. cap. 3. num. 49. addat.* Wehner. *in voc.* Kräiß/ Limn. *de J. Publ. lib. 6. cap. 3. num 48. & ad Aur. Bull. Proœm. Obſerv. 24.* Wahremund. ab Ehrenberg. *de fæder. lib. 2. cap.*
24. *1. num. 41.* Et *ſingulis quoque Claſſibus*, exinde (10) *Jus mittendi Legatos* non immerito attribuit *Kulpis de Legat. cap. 8. §. 17.* quem ſequitur *Dn. Schwveder. in Introduct. Jur. Publ. Part. Special. Sect. 2. cap. 18. th. 12.* Quos verò Nunciorum nomine venire tradit ex *Hermann. Kirchner. de Legat. lib. 1. cap. 3.* Sprenger. *in Syn. J. Publ. cap. 15. p. 315.* Ex quo Jure Corporis porrò (11) fluit, *Jus Collectandi non tantum ſubditos*, *ſed etiam*
25. *membra Corporis ſingula*, ut quotam, quæ unicuique ſecundum æſtimum ſolvenda, conferat, *conficiendi Cataſtra*, *Collectas exigendi*, *conſtituendi Rationarios*, *rationes ipſorum examinandi*, *diſpungendi*, *juſtificandi*; per *Privilegium Rudolphi II. Nobilitati Franconicæ datum d. 11. Maji 1609.* ibi: Mit Beſuchung der Ritter-Täge/ Leiſtung deſſenigen/ſo bey ſolchen Ritterlichen Zuſammenkünfften der Anlagen und ſonſten dem gemeinen Ritterlichen Weſen zum beſten / und per Majora Vota verabſchiedet und verglichen ꝛc. Porro (12) quod *ſingulæ Claſſes* habeant *com-*
26. *mune ærarium*, eine gemeine Ritter-Truhe / cui inferuntur Collectæ & tributa communia, ubi aſſervantur, donec ad finem deſtinatum impendantur. *R. I. Spir. de A. 1542.* §. Demnach 58. *& ſ.*

Digitized by Google

*& R. I. de Anno 1544. §.* Demnach *33.* cui præpoſitus eſt *Præfe-*
*ctus*, qui dicitur, der Truchen-Meiſter / *Privil. Rudolphi II. de*
*Anno 1609. d. 11. Maji. §.* deßhalben. ibi: Ihren verordneten Tru-
chemeiſtern / *apud* Limn. *de J. P. Lib. 6. cap. 3. num. 53.*

§. 5. Ulterius clarum eſt, quod (13) *Collecta* Nobilitatis 27.
immediatæ *ſint voluntaria & extraordinaria*; ita ut datis prius
*Reverſalibus*, de non præjudicandâ libertate, Cæſari ſolvantur,
Germanicè, Eine freywillige Ritter-Steuer / *R. J. Spir. de Anno*
*1542.* §. Demnach haben wir / *58. R. J. de Anno 1544. §.* Demnach
haben wir *33.* Quod (14) membra Corporis Equeſtris pro- 28.
pter omnia bona quæ habent, collectari queant, ſive ſint *allo-*
*dialia* ſive *feudalia*, *Eccleſiaſtica* vel *ſecularia*, alicujus *momenti*
ſive *minus*, *propria* vel *ſubditorum*. *R. I. de Anno 1544. §.* Und
nehmlich. *27.* ibi: Von allen Ihren beweglichen und unbewegli-
chen Haab und Güthern / ſie ſeyen Lehen oder eigen.
*R. J. Spir. de Anno 1542.* §. Demnach. *58.* & *R. J. de Anno 1544.*
*§.* Demnach. *33.* ibi: Von Ihren und Ihrer Unterthanen Ver-
mögen. Ita ut nihil cenſeatur exceptum, quàm ſingulorum
Veſtes, pretioſa, ſupellex, Equi, & arma *R. I. Spir. de Anno 1542.* 29.
§. Doch ſollen. *55.* & *de Anno 1544. §.* Doch ſollen. *43.* Nec
immunitas, Pacta vel obſervantia in contrarium allegari poſſit.
*R. J. Spir. de Anno 1542.* §. Und dieweil junct. *§. 58. R. J. de Anno*
*1544.* §. Und nehmlich. *27. & §.* Und dieweil. *32.* Cum Colle-
cta ſit voluntaria omninò & extraordinaria. Item (15) quod
quæ Bona Nobilitatis Cataſtro ſemel ſint allibrata & collectis 30.
obnoxia, illa ad quemvis poſſeſſorem cum illâ qualitate trans-
eant, ita ut novi poſſeſſores Collectas ad ærarium Nobilitatis ſol-
vere teneantur, per *L. Is cui opus 23. ff. d. N. Op. N. L. 18. §. 2. ff.*
*de Pign. A.* add. *A. B cap. 10.* §. *2.* ibi: *Emere ſub conditione*
*Bonorum conſuetâ. Cap.* Leopoldi *art. 32. &* Joſephi *art. 31.* Et
Privilegium *Rudolphi II. d. 11. Maji. 1609.* ibi: Von denjenigen
Güthern / ſo vom Alters her mit der Contribution zu der gemeinen
freyen.

Digitized by Google

freyen Ritterſchafft in Francken vertreten worden/und die Stände allbereit inne haben/oder noch künfftig bekommen möchten. apud Limn. *lib. 6. cap. 3. num. 53.* Ex quo porrò (16) fluit, *quod in*
31. *Bonis Nobilis Imperii venditis,* non tantum Agnatis & Cognatis, ſed etiam *Membris aliis Corporis Equeſtris Jus* προτιμήσεως *& Retractus competat;* per Privilegium *Rudolphi II. d. 11. Maji 1609. Nobilitati Franconicæ conceſſum.* §. Uber das. Quod etiam datum Nobilitati Rhenanæ, *d. 9. Julii 1605.* Præterea habet (17)
32. jus *ferendarum Legum & ordinationum*, (18) *Jurisdictionem omnimodam* altam ſcilicet & baſſam, Jus (19) *Archivi.* Jus (20) *Auſtregarum, Ord. Cam. Part. 2. Tit. 3.* Jus (21) *cudendi monetam* Sixt. *de Regalib. cap. 2. num. 28.* Jus (22) *metallifodinarum* &c. quæ & alia plura refert *Sprenger. in Synopſi cap. 15.* Schvveder. *in Introd. Part. ſpec. Sect. 2. cap. 28.* & alii Publici Juris Doctores; adeoque ea breviter tetigiſſe ſufficit. Non
33. tamen prætereundum (23) Jus *circa Sacra* ex *R. J. de Anno 1555.* §. Damit auch. *20.* & Inſtrum. Pac. *art. 5.* §. *Terminus. 2. Et* §. *10. verſ. Libera. 27.* §. *16. verſ. Jus Diæceſanum 47.*

34. §. 6. Tandem etiam paucis tangendum: Quod etiam in Textu noſtro caveatur *Membris Imperii reliquis Immediatis & Mediatis,* & *cuicunque Imperii Romano-Germanici Subdito.* de Juribus & Privilegiis ſuis legitimè quæſitis, *in verb.* Auch ſonſten Jeden bey ſeinem Stand und Weſen verbleiben laſſen/ quæ non ſolum in *Capitulat. Ferdinandi IV. & Leopoldi,* ſed etiam in *Conceptu Capitulat. Perpetuæ Art. 1.* leguntur; Imò in omnibus Capitulationibus habentur; niſi quod in iis verba quidem ſic ſonent: Jeden nach ſeinem Stand und Weſen bleiben
35. laſſen; Quamvis eundem intellectum intendant. Ad immediata referunt nonnullos ex *Commendatoribus Teutonici Ordinis, Monaſteria* quædam, ut & *Communitates & Pagos immediatos,* de quibus non tantum teſtantur Juris Publici Doctores paſſim, *vid.* Dn. Hugo *de Stat. Reg. German. cap. 1.* §. *8.* & Dn. Schvved.

Digitized by Google

Schvveder. *in Introduct. Part. Spec. Sect. 2. cap. 18 num. 14. ſeqq.* Sed etiam ipſum *Inſtrumentum Pacis articul. 5. § 2.* ibi: *Comprehenſâ liberâ Imperii Nobilitate, ut & Communitatibus & Pagis immediatis.*

§. 3. *Mediata* Imperii *membra* ſunt *ſubditi Statuum & Immediatæ Imperii Nobilitatis*; Qui rurſus dividuntur in *Nobiles* & *non-Nobiles*; Illi in textu noſtro vocantur, Landſaſſen/ quippe quo nomine à Nobilibus Imperii immediatis diſtinguuntur, cum Landſaſſiatus ad Jus territoriale correſpectivè ſe habeat, & Landes-Obrigkeit & Landſaß/ tanquam activum & paſſivum ſe reſpiciant; uti docent Meichsner, *Tom. 2. P. 2. Dec. 8. num. 4.* & Schvvanmann. *Deciſ. Camer. 1. num. 6.* Adeoque Landſaß / *homo Jurisdictionalis* dicitur, *cui in omnibus mandari & præcipi poteſt*, uti loquitur Gylmann. *lib. 1. Deciſ. Cameral. 46. num. 32. add.* Ziegler. *ad Aur. Prax. Calvoli Concl. 1. §. Landſaſſii num 12. ſeqq.* Reliqui in textu dicuntur ſimpliciter Unterthanen/ & ſubdividuntur (1) in eos, qui Statui Imperii *immediatè vel mediatè* ſunt ſubjecti, Ihme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen / quales ſunt Landſaſſiorum Nobilium Subditi, qui Germanicè dicuntur, Unter- oder Hinter-Saſſen / (2) dividuntur in Eos, qui ex *Jurisdictione territoriali*, vel *alio vinculo* ſunt obligati, & in textu dicuntur, mit Landes-Fürſtlichen auch andern Pflichten zugethane / *v. gr.* ex *Jure Feudi*, uti Subditos ita diſtingui, teſtis eſt ex Martino Laudenſi & Aliis, Klock. *de Contribut. cap. 3. num. 280. vel Clientelari*; quales ſunt Judæi, unde etiam Schutz-Verwandte / Schutz-Pflichtige / vocari ſolent; (3) diſtinguuntur *ratione Bonorum* in *Poſſesſiones habentes & minus*; In textu dicuntur, Eingeſeſſene und zum Land gehörige. Subditi enim non tàm ratione rerum quàm Perſonæ conſiderantur, ſeu ratione domicilii, ubi quis degit, munia vitæ peragit, commercia exercet, familiam alit, aliosque actus exercet, quos loci illius cives agere

36. 37. 38. 39. 40. 41.

agere ſolent *L. 7. Cod. de Incol. l. 27. ff. ad Municip.* Klock. *de Contribut. cap. 11. num. 4. ſeqq.* cum ſola poſſeſſio bonorum non faciat civem & ſubditum. *l. 17. §. 5. & 23 ff. ad Municipal.* Menoch. *lib. 2. de Arbitr. Jur. Quæſt. Caſ. 86.* Quemadmodum nec ſola animi deſtinatio facit ſubditum, dum domicilium re & facto transfertur, non nudâ conteſtatione. *L. 20. ff. ad Municip.* De *Horum* ergò *Juribus & Privilegiis*, (qualia
42 (1) *Libertas Religionis & Conſcientiæ cujusque ſuæ*, cum religio externo non ſubjaceat Imperio, juxta *Text. Jur. Can. Can. 3. Diſt. 45. & Can 33 cauſ. 23. qu. 5.* Quo & facit *Inſtr. Pac. articul. 5. §. 12. verſ. Quantum deinde 29.* (2) *Beneficium emigrandi. R. J. de Anno 1555.* §. Wo aber. *25.* Inſtrum. Pac. *d. l.* (3) *Provocatio pro adminiſtranda Juſtitia*, Capitul. Joſephi. *Art. 1.* ibi: Den Armen wie den Reichen / & *paſſim*: aliaque plura) in Textu quoque cavetur. Neque hoc im-
43 merito: Cum Jus naturale velit, ut nemini jus ſuum legitimè quæſitum ſit auferendum,

# CAP. VIII.

## *DE JVRE ET OFFICIO REGIS* *ROMANORVM CIRCA* *IVRA IMPERII, ET* *STATVVM* *FORMALITER TALI.*

### I. RESPECTU FACTI PROPRII.

I. *Conſideratur* Officium Regis ipſum *formaliter.* 1. *Scilicet tam ratione* (1) Facti Proprii quam (2) alieni. 2. II. *Quod* ad Primum, *promittitur* (1) Non-Turbatio & Patientia.

[a] *in*

[a] *in genere*. 3.
*Ex quo ſequitur quaſi-Poſſeſſio*. 4.
[b] *In Specie* ratione
[1] Seſſionis & Voti. 5.
[2] *quod per* Privilegia Juribus *non derogandum*. 6.
*Ubi limitatio*. 7.
[3] *quod.* ſubditos *nolit à Jurisdict. & oneribus* eximere. 8.
III. (2) Confirmatio *Jurium*. 9. 10.
Quod in Aur. B. fundatum. 11.
IV. *Singularia* hîc A. B.
[1] *Quod tantum* Electorum Privilegia *confirmentur*. 12.
*Quod* In Capitul. *ad omnes Status extenſum*. 13.
*Admittit tamen & A. B.* Interpretationem extenſivam. 14.
[2] *Quod Imperatori* duplex *injungatur* Confirmatio. 15.
*Quæ meritò* ab aulâ receſſit. 16.
V. Confirmatio *debet fieri*
[1] *Sine morâ & contradictione*. 17.
[2] *In formâ probante*. 18.
*Quomodo forma illa* ſecundum Aut. Bull. *ſit expreſſa* 19. 20.

§. 1.

Hactenus conſideravimus Jus & Officium Regis Romanorum circa Jura Imperii, Statuum & Membrorum Ejus 1.
*materialiter & objectivè*; Proximum nunc eſt, ut id etiam *Formaliter*, occaſione *Articuli noſtri III.* adeoque officium Ipſum, & quomodo ſe id circa dicta Jura exerat, perpendamus; Quod Ipſum jam *ſupra cap. 1. §. 1. & cap. 2. §. 1.* ad duo Generalia 2.
Capita reduximus; Ut vel (a) conſideremus Regis Romanorum Jus & Officium, reſpectu *Facti Proprii*: *Ne* ſcilicet forte I. *Ipſe turbet*, ſed potius II. *confirmet* Jura; Vel (b) reſpectu *Facti Alieni*, quoad *Alios*; ratione ſcilicet III. *defenſionis*.

§. 2. Quod ad *Primum* attinet; Promittit Rex Roma- 3.
norum Non-turbationem, (I.) *in genere* & Patientiam, ſeu per Se non futurum, quò minus unusquisque jure ſuo utatur, ſed paſſurum ſe eſſe, quo unusquisque in exercitio & quaſi-poſ-

H h ſeſ-

Digitized by Google

ſesſione ſui Juris permaneat; in verbis: Bey Ihren Hoheiten/ Geiſt- und Weltlichen Würden / Rechten / Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ auch ſonſten Jeden bey ſeinem Stand und
4. Weſen verbleiben laſſen; Ita enim quaſi poſſesſionem Juris confirmari, jam *ſupra in Cap 1. §. 1.* ex *L. ult. ff. de Servit. & L. 3. §. 2. ff. de Act. Empt.* probavimus; *Add.* Hahn. *ad VVeſenbec. num. 5. ff. de Servit.* (II.) *In Specie,* (1) quoad *Sesſionem & Vo-*
5. *tum in Comitiis*, quod Statum Imperii ab eodem non ſuſpendere vel excludere velit; & (2) quod per *Privilegia in contra-*
6. *rium data, alterius juri quæſito derogare nolit;* Sed ſi quæ data ſint, ea nulla omninò declarare velit; *Per verba textus:* Niemanden einig Privilegium darwider ertheilen / und da einige vor- oder bey vorgeweſenen dreyſſig Jährigen Krieg darwider ertheilet worden wären/ ſo im Frieden-Schluß nicht gut geheiſſen / oder approbiret worden/ dieſelbe gäntzlich casſiren und annulliren/ auch hiermit casſiret und annulliret haben. Quæ ipſa verba non tantum in *Capitulat. Leopoldina Art. 3.* prima vice habentur; ſed etiam *Conceptui Capitul. Perpetuæ Artic. 1.* ſunt inſerta; Niſi,
7. (uti *notabilis Limitatio* habet) quod excipiuntur ea, *quæ in Inſtrumento Pacis VVeſtphalicæ ſunt approbata & confirmata.* Illa enim, uti per Sanctionem Imperii Pragmaticam, quâ mediante ex poteſtate Dominii Eminentis, quod dicitur, propter necesſitatem & utilitatem totius Reipublicæ Romano-Germanicæ, Juri Hujus vel Illius quæſito derogari rectè potuit, ſunt approbata; Ita etiam, non obſtante alterius Jure contrario, firma atque rata permaneat, *arg. Inſtr. P. Art. 4. §. Pacta. 10.* junct. *2. Feud. 40.*
8. *§ ult. & 2. F. 78.* Et (3) quod *Subditos Statuum & immediatæ Nobilitatis Imperii à Jurisdictione & Oneribus Ipſis debitis ſive ſub feudalitatis, ſive alio prætextu, eximere & immunes facere nolit;* *per verba textus:* Und keinen Chur-Fürſten und Stand/ die ohnmittelbahre Reichs-Ritterſchafft mit begriffen / ſeine Land-Saſſen/ Ihme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen/ und

mit

mit Lands-Fürſtlichen/ auch andern Pflichten zugethane Eingeſeſſene/ und zum Land gehörige/ von deren Bothmäſſigkeit und Jurisdiction, wie auch wegen Lands-Fürſtlicher Hoher Obrigkeit/ und ſonſt rechtmäſſigen hergebrachten reſpective Steuren/ Zehenden/ und andern gemeinen Bürden und Schuldigkeiten/ weder unter dem Prætext der Lehn-Herrſchafft/ noch einigen andern Schein eximiren und befreyen. Quod ipſum primò Capitulationi Ferdinandi IV. *his verbis:* Keinem ſeine Land-Saſſen und Unterthanen/von dero Bothmäſſigkeit und Jurisdiction, wie auch von den Steuren/Zehenden/und andern gemeinen Bürden eximiren und befreyen/ inſertum, & poſteà *in ſubſequentibus* per varia ſpecialia auctum.

§. 3. *Alterum* quod in hoc Articulo tractatur, & Ipſius 9.
Regis Romanorum factum concernit, eſt: Quod *Statibus &*
*Immediatæ Imperii Nobilitati, Regalia & Jurisdictionem, Immuni-*
*tates, Privilegia, Oppignorationes, Jura & Conſuetudines bonas*
confirmare *promittat*, per verba Textus: Darzu denen Ständen/
ſambt erſtgedachten Reichs-Ritterſchafft/ Ihre Regalia und
Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien/ Pfandſchafften und Ge-
rechtigkeiten/ auch Gebräuch und gute Gewohnheiten/ ſo ſie biſßher
gehabt haben/ oder in Ubung geweſen ſeyn zu Waſſer und zu Lan-
de/ auff gebührendes Anſuchen/ ohne einige Weigerung und Auff-
enthalt/ in guter beſtändiger Form confirmiren und beſtätigen;
Quod novum non eſt, ſed jam in Capitulatione *Caroli V. Art.* 10.
*4.* eſt ſancitum, & etiam in *Conceptu Capitul. Perpetuæ* repeti-
tum, & capitibus de Unionibus & Confraternitatibus, quæ *infra*
*in Artic. 6.* tractantur, auctum. Imò in ipsâ *Aur. Bull. Cap. 2.* 11.
*§. Et quia ſ. & ſeq.* eſt fundatum, *in verbis: De Imperiali decer-*
*nimus plenitudine Poteſtatis; Quod is, qui modo præmiſſo in Regem*
*fuerit Romanorum Electus, peractâ ſtatim Electione hujusmodi, pri-*
*usquam in aliquibus cauſis aliis ſive negotiis, virtute Sacri Imp-*
*rii, adminiſtret*, univerſis & ſingulis Principibus Electoribus Ec-

cleſiaſticis & Secularibus, *qui propinquiora S. Imperii membra eſſe noſcuntur*, omnia Ipſorum Privilegia, literas, Jura, libertates, Conceſſiones, antiquas conſvetudines & etiam dignitates, & quicquid Ipſi ab Imperio usque in diem Electionis ſuæ obtinuerunt & poſſederunt, absque dilatione & contradictione confirmare & approbare debeat, *per ſuas literas & Sigilla, Ipſisque præmiſſa omnia innovare, poſtquam Imperialibus fuerit Infulis coronatus.*

12. §. 4. *Duo* verò *ſingularia* in Textu A. B. ſunt notanda: *Alterum:* Quod ibi *tantum Electorum confirmentur Privilegia.* Uti non ſolum (1) id ex appellatione Principum Electorum, ſed etiam (2) ex Ipſorum deſcriptione, quando propinquiora
13. S. Imperii membra dicuntur, apparet. Quod verò in Capitulationibus ad omnes Imperii Proceres meritò eſt extenſum; Quamvis fortè A. B. dum Propinquiorum Imperii Membro-
14. rum propter ſingularia, quæ habent, Privilegia, de quibus *ſupra Cap. 4. & 5.* actum, mentionem facit, non ſit excluſive, reſpectu aliorum Imperii Statuum Jurium, ſed potius ita interpretanda, ut Propinquiora Imperii Membra per *Interpretationem Juris extenſivam, à ſimili vel fortiori & potiori* petitam, reliqua
15. includant & attrahant. *Alterum ſingulare* in A. B. eſt: Quod *Imperatori duplex in eâ injungatur confirmatio: Altera* quæ fit ab Ipſo in Regem Romanum electo *ſub nomine Regali*; *Altera* poſtquam Imperialibus fuerit Infulis coronatus, *ſub Imperiali titulo*; uti expreſſa habent verba in *d. cap. 2. §. 5. in fin. & §. 6. A. B.*
16. Sed quia non duplex ſed una poteſtas eſt, quam Rex & Imperator Romanorum, ſtatim per Electionem conſequitur, & mediante quâ Jura & Privilegia Procerum Imperii confirmat; Hinc nec illâ repetione ſeu *innovatione*, uti A. B. loquitur, opus eſt; Unde etiam, ita volente *Limnæo ad Capitulationem Caroli V. Art. 4. ad verb. Confirmiren* ferè ab Aulâ receſſit.

17. §. 5. Debet verò dicta Confirmatio fieri (1) *absque* *dila-*

*dilatione & contradictione*; ohne Weigerung und Auffenthalt/ prout in eo unanimia habent A. B. & Capitulationes, (2) *in forma probante & valida*, In guter beſtändiger Form/ quam ſpecialiter explicat *Aurea Bulla*, quod fieri illa debeat per *Suas*, Regis ſcilicet Romanorum, *Literas & Sigilla*, in *Cap. 2. §. Et quia 5. in* 18.
*fin.* Ex Sigillo enim & literis, ſive Conſignatione & Subſcri- 19.
ptione, vel horum alterutro, Conſenſus & obligatio inducitur *L. ſicut 8. §. 15. ff. Quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* Bartol. *in Rubr. C. de Fide Inſtrum.* Carpz. *Part. 1. Conſt. 17. Def. 16.* Cùm ſigillans omnia contenta in eo vera fateri cenſeatur, uti notat *Bald. L. 1. Conſil. 174. num. 2.* Et quia Sigillum Imperatoris eſt publicum, ſeu publicam habet fidem; Hinc ſufficit idipſum ad validam in Jure Confirmationem, prout docet *Carpzov. de Proc. Tit. 5. Art. 4. n. 41. & in Deciſ. Illuſtr. 28.*

# CAP. IX.

# *DE IVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA IVRA IMPERII ET STATVVM FORMALITER TALI.*

## II. RESPECTU FACTI ALIENI.

I. *Ad Ius & officium* formaliter tale *ſpectat* (3) *Defenſio Iurium.* 1.
*Quæ conſideratur* vel
(1) in *Genere.* 2.
(2) vel in *ſpecie* contra
[1] *Exemtionem ſubditorum* à tertio *factam.* 3.
II. *An Subditos alterius in Protectionem recipere liceat?* 4.
*Quod negatur*, & quare? 5.
III. [2] Contra *Subditos*: *Ne iminuant Iura* Domini 6.
Ne (1) diſponant Subditi *circa Collectas.* 7.
*Quia eſt* Jus Majeſtaticum. 8.
*Limitatur* ratione conſenſus Domini. 9.
IV. Ne (2) ſine Conſenſu Domini *Conventus agant.* 10.
Quæ ratio? 11. 12.
Limitatio. 13.
V. Ne (3) *Subſidia pro conſervandis*

dis *Munimentis & præſidiis* detrectent. 14.
*Domini poſſunt* Subditos ſubcollectare, *quando cauſa facit* ad omnium utilitatem. 15.
*Qualia ſunt Onera* pro munimentis & præſidiis. 16.
Probat *R. I. de Anno* 1654. 17.
VI. Ne (4) *Subſidia* pro ſuſtentatione Cameræ *detrectent*. 18.
*Status Imperii Anno* 1548. Cameræ ſuſtentationem *ſoli receperunt*. 19.
*Inde* ſubcollectatio ſubditorum *conceſſa*; & *quare*? 20.
*Probatur* per *R. I. de A.* 1654. 21.
VII. Ne (5) *Subditorum Querelæ* in Judiciis Summis *propterea audiantur*. 22.
*Quia talia clarè* ſunt deciſa. 23.
VIII. Limitatur: *ſi Subditi* Actionis ſuæ *Fundamentum* oſtendunt. 24.
Ampliatur: *Quoad impetrata in* contrarium *Privilegia & Exemptiones*. 25.
Quæ *pronunciantur* irrita: 26.
*Maximè*: ſi Literæ informativæ *non præceſſerint*. 27.
IX. *Jus & Officium Reg. Roman.* circa Jura Statuum, *non eſt omninò limitativum*. 28.

§. 3.

1. Reſpectu *Facti alieni* officium Regis Romanorum circa Jura Imperii & Statuum conſideratum, *Tertium* ſuppeditat, quod de *Jure* hoc & *officio formaliter tali* in hoc Articulo tractatur; Scilicet, *Quando Rex Romanorum Jura & Privilegia Statuum* contra Alios defendere *promittit*. Et quidem conſideratur
2. illa defenſio vel I. *in Genere* tàm quoad *Turbatores & Oppugnatores Alios quoscunque* in verbis: Ohne männigliches Eintrag und Verhinderung. Et porrò: Sie auch darbey / als erwehlter Römiſcher König ſchützen und ſchirmen / quæ verba in omnibus Capitulationibus, & etiam poſteriora in *Conceptu Capitulat. Perpet. art. 1.* leguntur. Vel II. *in Specie*, tàm quoad *Exemtio-*
3. *nem: Ne ulli Tertio concedat Subditos eximere à Juriſdictione & Oneribus ſui Domini*, ibi: Nicht eximiren und befreyen / noch andern ſolches geſtatten; Quam quoad *Ipſos Subditos* in relatione ſui Domini.

4. §. 4. Ad illam ſeu ad *Exemtionem à Tertio factam* referri

ferri poteſt celebris illa Quæſtio: *An Status Imperii alteriùs Status Subditos in Protectionem recipere valeat?* Quæ non tantùm per *R. I. de Anno 1555.* Es ſoll auch kein Stand *23.* & alios expreſſos textus, ſed etiam ex *Articulo noſtro*, ibi: Unter einigen Schein eximiren/ noch andern ſolches geſtatten / negativè decidenda; Cùm licet Protectio non eximat à Juriſdictione, viam 5. tamen eò ſternat, ſubditos adverſus Dominum armando, & animando, niſi cauſa ſit neceſſaria, in quam Dominus vel expreſsè vel tacitè conſentiat. *vid.* Reinking. *de R. S. & E. Libr. 1. Cl. 5. cap. 4. num. 52. & 340.* Rumelin. & *ibi* Myler. *ad* A. *B. Part. 2. Diſſ. 5. th 8.*

§. 3. Quoad *Subditos: Ne illis concedatur Jura Domini* 6.
*imminuere*; varia in textu recenſentur, quibus occurrere Rex Romanorum promittit. Et (1) quidem: *Ne Status Provinciales circa Collectas Provincia ſoli diſponant:* in verbis: Auch nicht 7.
gut heiſſen/ noch zu geben/ daß die Land-Stände die Diſpoſition über die Land-Steuer/ deren Empfang/ Ausgabe/ und Rechnungs-Receſſirung/ mit Ausſchlieſſung des Landes-Herrn/ privativè vor- und an ſich ziehen. Quæ ipſa verba etiam in *Capitul. Leopoldinâ* habentur. Utut enim Collectæ Subditis non tàm imperandæ, quàm ab iis impetrandæ, uti ex *Heigio* & *Frider. Mindano* appoſitè loquitur, & conſulit *VVincelerus de Collect. Obſ. 5.* Cùm res ſit odii pleniſſima, ex Facultatum ſuarum deminutione alienam, licet publicam utilitatem juvare debere; Subditis tamen non competit Facultas diſponendi circa Collectas; Cùm Sum- 8
mæ Poteſtati incumbat, & ad Jura Majeſtatica ſit referendum proſpicere de Ærario & Collectis, per *L. 8. C. de Excuſ. Mun. l. un. C. de Superindict.* Quod ipſum Jus cùm etiam Statibus Imperii circa Collectas Provinciales competat, per *R. I. de Anno 1551. §.* Solche der Stände *25. & textus ſimiles.* Add. *cap. 2. extr. de Cenſib.* non immeritò præcavetur, ne Ipſis præjudicium fiat circa earum diſpoſitionem, ſive ipſarum accepta, ſive expenſa,

ſive

ſive rationes & reliqua conſideres. Limitatur tamen hoc
9 ipſum, quando id fit *cum conſenſu Domini Territorii, arg. Textûs* ibi: Mit Auſſchlieſſung des Landes-Herrn privativè vor- u. an ſich zu ziehen/ uti interdum propter utilitatē publicam fieri ſolet, quò ſubditi eò alacrius opibus ſuis ſuccurrant, dum vident Collectas ad deſtinatum, non verò in alium finem impendi; quo caſu Ipſi ſæpè Principes Ordinibus Suis diſpoſitionem concedunt, adeoque de Jure ſuo catenus remittunt. Ubi tamen diſtinguendum inter *indictionem*, & *admonitionem* vel etiam *ſolutionem*. Illam enim & hoc caſu à Principe fieri, magis congruum & conſultum eſt.

10. §. 4. Porrò Rex Romanorum contra Subditos Jura Dominorum In eo (2) defendere promittit: *Ne absque Conſenſu Domini Territorialis Conventus agant & inſtituant*; per *verba Textus*: Oder in dergleichen und andern Sachen ohne der Landes-Fürſten Vorwiſſen und Bewilligung Conventen auſtellen und
11. halten/ quæ in *Leopoldinâ* quoque leguntur. Uti enim hoc quoque Jus Majeſtaticum eſt, adeò, ut, qui Conventus non permiſſos agunt, Crimen læſæ Majeſtatis incurrant, *L. 1. §. 1. ff ad L. Jul. Maj. L. 2. ff. de Colleg.* Dum omne Collegium eſt illicitum, niſi à Jure vel Principe ſit probatum, *L. 3. §. 1. ff. de Colleg. l. 1. ff. Quod cujusque Univ. nom.* Loſæus *de Jur. Univ. Part. 1. cap. 2. numer. 75.* Sic idem Jus ad Status Imperii extenditur. *Reform. Pol. Aug. de Anno 1548. Tit.* Von den Hand-
12. werckern insgemein. *36.* ibi: Von denen Obrigkeiten. Hinc etiam non immeritò cavent Status Imperii, ne hoc modo Subditi manus in Ipſorum Jura inferant; Sed quemadmodum ejusmodi Conventicula occaſionem præbent variis machinationibus, imò & ſeditionibus; ſic quoque meritô proſpiciunt, ne grave quid ita moliantur Ipſorum Subditi adverſus Rempublicam; uti huc facit *L. 2. ff. de Colleg. L. 1. §. 1. ff. ad L. Jul. Maj.* add. *Conſtitutio Friderici* Hâc Edictali §. *Conventicula 2. de Pace* *Te-*

Digitized by Google

Quod ipſum verò, ſi cum conſenſu Domini fiat, nihil habet in- 13
commodi. Unde etiam ex Conſenſu ſive expreſſo ſive præ-
ſumpto haud rarò Status Provinciales Conventus agunt; Ut
ſi forte cauſa Ipſius Domini favorem concernat, ubi non im-
merito Conſenſus præſumitur; Quamvis tali caſu conſultius
agant Status Provinciales, ſi libello ſupplici veniam propterea
ſubmiſsè prius impetrent.

§. 5. Pari modo Rex Romanorum Jura Statuum contra 14
Subditos in eo (3.) tueri promittit: *Ne onera & ſubſidia pro
Conſervandis munimentis & Præſidjis neceſſariis injuria detre-
ctent*, per verba: **Oder wieder des jüngſten Reichs Abſchieds aus-
drückliche Verordnung ſich des Beytrags / womit jedes Churfür-
ſten/Fürſten und Stands Landſaſſen und Unterthanen / zu Beſetz-
und Erhaltung deren einem und anderm Reichs-Stand zugehöri-
ger nöthiger Feſtungen / Plätzen und Guarniſonen / an Hand zu ge-
hen ſchuldig ſind / zur Ungebühr entſchlagen.** Equidem hodiè ita 15
tenentur Subditi Statuum Imperii ad ferenda Onera Imperii,
ut cùm ea faciant ad *omnium utilitatem*, Domini territoriales
ipſos in Collectis Imperialibus ſubcollectare poſſint *R. J. de A.
1530.* §. **Und dieweil die Eilende** 118. ibi: **männiglichen zu Schutz
und Troſt;** Cùm olim ex Cameræ ſuæ proventibus eas exſol-
verint. Cùm verò expenſæ pro Fortalitiis exſtruendis & con-
ſervandis vel etiam iisdem inſtruendis præſidiis ad publicam
utilitatem non videantur referri poſſe. Hinc nec ſubcollecta-
tio eò videtur extendi poſſe. Sed quia ratio illa utique & huc 16
maximè faciat, cum munimenta in omnium ſubditorum com-
modum & quo caſu neceſſitatis refugium eò capere queant,
exſtruantur; Hinc ſubſidia ſua in uſum communis ſalutis eum
in finem denegare non poſſunt. Unde etiam in *R. J. de A. 1654.*
§. **Und gleichwie** 180. illa Collectatio expreſsè eſt conceſſa, ibi: 17
**Sonderlich aber ſollen jedes Chur-Fürſten und Stands Landſaſ-
ſen / Unterthanen und Bürger zu Beſetz- und Erhaltung der einem**

oder andern Reichs-Stand zugehörigen nöthigen Feſtungen / Plätzen und Guarniſonen Ihren Lands-Fürſten mit hülfflichem Beytrag gehorſamlich an Hand zu gehen ſchuldig ſeyn. Quod poſteà *Capitulationi Leopoldinæ Art.3.*adeoque & *præſenti* eſt inſertum *vid.*Dn.Rhet.*in Inſtit Jur.Publ.Lib.2.Tit.2.§.6.& 7.*

16 §. 6. Idem etiam dicendum *de mediis pro ſuſtentatione* Auguſtiſſimi *Cameralis Judicii neceſſariis*; de quibus ſcilicet & hîc (4.) cavet Rex Romanorum: *Ne ſubditi ſubſidia pro ſuſtentatione Cameræ Imperialis neceſſaria injuriâ detrectent.* in verbis: Wie auch zu Unſers und des Heil. Reichs Cammergerichts Unterhalt an Hand zu gehen ſchuldig ſeynd / quæ itidem *in Capitulatione*
19 *Leopoldinâ* obſervantur. Poſtquam enim Status Imperii A.1548. juxta *R.J. dicti Anni* §. Und wiewohl 30. Cameræ ſuſtentationem ſoli in ſe ſuſceperunt; quod poſtea & in ſubſequentibus Comitiis *Anni* 1551.1555.1557. renovatum, & ad præſentia uſque tempora continuatum; ita tamen, ut ex bonis Domanialibus & Ca-
20 meræ Proventibus cujusque Status id fieri debuerit; tandem quoque & hîc ſubcollectatio eſt conceſſa, *partim*, quod Collecta Imperialis ſit, & ad modum Collectæ, quæ ſecundum expeditionem Romanam colligitur, ordinata; *partim* etiam, quod Judicium Camerale laudatiſſimum in utilitatem publicam, &
21 omnium quoque ſubditorum commodum ſit inſtitutum. Unde etiam in R.*J.de* A.1654. §. Betreffend aber / 14. *in fin.*de hoc cautum eſt, ibi: Und ſoll den Ständen bevorſtehen / Ihre Lands-Stände / Bürger und Unterthanen zur Beyhülff zu ziehen. Quod poſteà inſertum Capitulationi Leopoldi, & in Joſephi repetitum. *vid.*Dn.Rhet.*in Inſt.J.Publ.lib.2.Tit.2 §.5.*

22 §. 7. Tandem & in eo (5.) Rex Romanorum Jura Statuum Imperii contra Subditos tueri promittit: Quod *Subditos & Ordines* Provinciales *in iis*, *quæ* in hoc Articulo Iisdem ſunt *conceſſa*, & in præcedentibus tradita, *ſive coram Cæſare, ſive ſummis Ejus Judiciis*, Cæſareo nempe Aulico, ſeu Camerali *Actiones inſti-*

*inſtituere ſeu querelas movere auſuros, ne audire quidem, ſed
ſtatim à limine Judicii repellere, & ad parendum Superiori ſuo
adigere velit*; per verba textus: **Auff den Fall auch jemand von
den Land-Ständen oder Unterthanen wider dieſe oder andere obbe-
rührte Sachen bey Uns / oder Unſerm Reichs-Hoff-Rath/ oder erſt-
bemeldten Cammer-Gericht/etwas anzubringen/ oder zu ſuchen ſich
gelüſten laſſen würde/ wollen Wir dran ſeyn/ und darauff halten/daß
ein ſolcher nicht leichtlich gehöret / ſondern** à limine Judicii **ab- und
zu ſchuldiger** parition **an ſeine Lands-Fürſten und Herren gewieſen
werde.** Quæ etiam iisdem verbis Capitulationi Leopoldinæ
ſunt inſerta. Nam quamvis Princeps facilis eſſe ad audien- 23
dum, foresque Judiciorum omnibus patere debeant; Ita ut
maximis & minimis æqualiter juſtitiam Ei adminiſtrare incum-
bat, juxta *Artic. 1. Capitul.* Quia tamen hactenus tradita Sta-
tuum Jura in Subditos ſuos clarè ſunt deciſa; In talibus autem
caſibus meritò Proceſſus denegandi, nec malitiis hominum in-
dulgendum *l.38.ff.de R.J.* Non immeritò Subditi & Ordines
Provinciales contra talia & jam deciſa querelam moventes à
limine Judicii repelluntur & ad faciendum officium adiguntur.

§. 8. Limitatur tamen idipſum in Caſu, ubi Actionis in- 24
ſtitutæ fundamentum aliquod oſtenditur: Ut ſi Dominus Ter-
ritorii in diſpoſitionem circa Collectas Ordinibus conſenſerit;
Aut ſi fortè ſolutio Collectarum jam ſit facta; vel in iis impo-
nendis vel exigendis æqualitas non fuerit obſervata, ubi utique,
ſiquidem querela quadantenus demonſtrari poſſit, audiendi
erunt; Quemadmodum hæc limitatio in ipſo textu ſuggeri-
tur, per verba: **Nicht leichtlich gehöret.** *Ampliatur* verò 25
idem è contrario *in Omnibus contra dicta Jura* vel aliàs contra
Jus Tertii ſub & obreptitiè ipſo inaudito *impetratis Privilegiis
& Exemptionibus*, cum omnibus annexis Clauſulis, declaratio-

 nibus

nibus & confirmationibus ; Quippe quæ una cum omnibus
26 Proceſſibus , Mandatis & Decretis ſive à Judicio Cæſareo-Aulico ſive â Camerâ Imperiali contra Status Imperii Ipſorumque Magiſtratus ſine prævia requiſitione Literarum In-
27 formativarum contra Conſtitutiones Imperii deſuper impetratis, nulla atque irrita declarantur ; & prævia ſummariâ cauſæ cognitione caſſari atque irrita declarari debent ; Per verba textus : **Geſtalten Wir auch alle und jede dargegen und ſonſten ꝛc.**

28 §. 9. Ex quibus porrò patet , jus Majeſtaticum Imperatoris , quatenus circa Jura & Privilegia Statuum verſatur , non tam eſſe *reſtrictivum* quàm *normativum* , adeoque & quoad nonnulla , maximè verò quoad defenſionem jurium Statuum , *reſervativum*.

COM-

*CONSPECTUS COMMENT. ARTIC. III. CAPIT. JOSEPHI.*

Breviter Hic eſt. Continet enim

# Jus & Officium Regis Romanorum circa Jura & Privilegia Imperii Membrorumque Ejus. Ubi de Eo

*In* Genere. *Ubi explicantur*

- Jus & Officium Regis Rom. *Item*
- Jura *&*
- Privilegia *Generaliter.* CAP. I.

*In* Specie, *Et quidem*

- Objective *&* Materialiter, *quoad* Jura
  - Totius Imperii *ratione*
    - Nationis Teutonicæ (CAP. II.
    - Imperii Rom. Germanici Jurium communium
  - Statuum Imperii *Generaliter* CAP. III. *Interq;* Eos
    - Electorum *pariter*
      - *In* Genere CAP. IV. (CAP. V.
      - *In* Specie; *Quoad* Electores ſingulos
    - Principum *vel* Statuum *ſpecialiter; ſeu*
    - Prælatorum *&* Comitum; *ut &*
    - Civitatum Imperii. CAP. VI.
  - Membrorum Imperii
    - Immediatorum *ut*
      - Nobilitatis Imperii immediatæ
      - Aliorumque Immediatorum *&*
    - Mediatorum. CAP. VII.
- Formaliter; *Ubi de* Jure & Officio Reg. Rom. *Quoad*,
  - Proprium *Factum* Regis, *conſiſtens*
    - *In* non-turbando
    - *In* confirmando Jura. CAP VIII.
  - Tertii *Factum conſiſtens*
    - *In* defendendo Jura Imper. *&* Stat. CAP. IX.

# COMMENTATIO
## AD
# ARTICUL. IV.
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.
## DE IURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JURA DUCIS SABAUDIÆ.

## SUMMARIA.


I. Connexio *Articuli hujus cum articulo præcedenti*, 1.

*Promittit* [I.] *Rex Rom.* inveſtituram *præcipuè Locorum Montisferrati*, 2.

*Et aliorum feudorum*, 3.

II. *Quo jure nitatur Dux Mantuæ in poſſeſſione Ducatûs Montisferratenſis poſt obitum Joh. Georgii*. 4.

*Sabaudiæ Ducis, Competitoris rationum* fundamenta. 5.

(1.) *Proximior agnatio*. 6.

(2.) *Pacta dotalia*. 7.

(3.) *Dos magna cum uſuris debita*. 8.

(4.) *Titulus heredis univerſalis*. 9.

(5.) *Feudi Ligii, quo Montisferratum Sabaudo obſtringitur, effectus*. 10.

III. *Mantuano quidem firmata poſſeſſio à* Carolo *V. cum onere ſolvendæ dotis*. 11.

*Aſt Sabaudus utebatur remedio ſuſpenſivo*. 12.

*Hujus effectus* 13.

*Bella inde exorta inter utrumq; Ducem*. 14.

*Subſecuta* Pax Ratisbonenſis. 15.

*Et* Tractatus Cheraſcenſis. 16.

*Inveſtitura Ferdinandi II. circa portionem Sabaudicam*. 17.

*Tabulæ deſuper erectæ & Acta Publica huc ſpectantia*. 18.

IV. *Quousq; nunc porrigatur promiſſio inveſtituræ Regis Rom*. 19.


Capita

Capita *hujus promiſſionis ſingulatim recenſentur*. 20.

Clauſula reſervatoria *quare non ſit admiſſa?* 21.

V. *Quid* peculiare *in hac promiſſione?* 22.

*Rex Galliæ tenebatur ſolvere Mantuano 494000. aureos nomine Sabaudi*. 23.

*Unde ortum ſit iſtud debitum*. 24.

Expromiſſio *à Rege Galliæ facta*. 25.

*Inveſtitura Ducis Sabaudiæ An. 1652. ſuſpenſa ob iſtud debitum*. 26.

*Sabaudus tamen acquieſcere noluit & quare?* 27.

*In Capitulatione Leopoldinâ inveſtituræ conceſſio ſimpliciter promiſſa*. 28.

*Legato Mantuani tum facta proteſtatio, ejusq; rationes*. 29.

VI. *Promiſſio* [II.] *Regis Rom.* generalis *eſt*. 30.

*Ex verbis hujus promiſſionis Exemtio Sabaudi ab Imperio minùs rectè elicitur*. 31.

VII. *Promiſſio* [III.] *de procurandâ* ceſſione *ac* reſtitutione *ab Hiſpano & Mantuano faciendâ*. 32.

Trinum, *Civitas, cui ſubjecta?* 33.

*Cur in articulo hoc ejus fiat mentio?* 34.

*Mantuano non favet longior poſſeſſio*. 35.

VIII. *Promittit* [IV.] confirmationem arctiorem *eorum, quæ de Monteferrato dicta ſunt*. 36.

Ratio *hujus promiſſionis & adjectæ clauſulæ*. 37.

IX. *Promiſſio* [V.] *de confirmando* Vicariatu perpetuo *Sabaudi per Italiam*. 38.

Origo *iſtius Vicariatus*. 39.

*Extenſiones Privilegii à Carolo IV. impetrati, deinceps factæ ſunt*

*(1.) à Maximiliano I.* 40.

*(2.) à Carolo V.* 41.

*(3.) à Rudolpho II.* 42.

*(4.) à Ferdinando II.* 43.

Proteſtatio *Mantuani etiam contra hoc membrum Articuli*. 44.

Rationes *ejus Proteſtationis*. 45.

X. *Vicariatus Sabaudi per Italiam* non *eſt* univerſalis. 46.

*Mantuanus eundem ſibi arrogare viſus eſt*. 47.

*Reſcripto tamen Electores Sabaudi cauſam approbant*. 48.

XI. *Vicariatum hic confirmat Rex Romanorum*. 49.

*Sed* ſub Conditione. 50.

*Dux Sabaudiæ eſt* Vaſallus *Imperii*. 51.

*Tutius eſt Sabaudo, Imperii quàm Gallorum partibus addictum eſſe*. 52.

Permutatio *Breſſiæ cum Marchionatu Saluciarum, Sabaudo perniczioſa*. 53.

Conditio *iſta, quâ occaſione huic articulo inſerta?* 54.

*Quem habuerit effectum*. 55.

XII. *Articulus hic* non jus *aliquod* reſtrictivum *continet*. 56.


*Regia*

*Regia namq́; poteſtas in eodem* confirmatur. 57.
*Jus tamen quod tractat*, normativum *certo modo dici poteſt.* 58.
*Nec* ad perpetua *capitula præſens refertur articulus.* 59.
*Quomodo, Capitulationi inſerendus eſſe videatur?* 60.

## §. I.

1 IN genere conſideratum fuit in Art. præced. Jus & Officium Regis Romanorum circa Jura & privilegia Statuum Imperii. Nunc ad ſpeciem in hoc articulo quoad *Ducem Sabaudiæ* fit pro-
2 greſſus, ita ut Rex Romanorum promittat, I. præter *Inveſtituram* antiquam Feudorum & Statuum, qualem inclytæ memoriæ Ferdinandus II. Duci Sabaudiæ, Victori Amedæo conceſſerat, inveſtituram quoque Locorum, Ditionum, Statuum omniumq; Jurium *Ducatus Montisferrati*, cum appertinentiis quæ illi vigore Tractatûs Cheraſcenſis, nec non executionis
3 inde ſubſecutæ decreta & remiſſa fuerunt; Sicuti quoque Feudorum Novelli, Monfortis, Sinii, Moncherii & Caſtelletti cum appertinentiis, juxta tenorem Inſtrumenti acquiſitionis ab eodem Duce Victore Amedæo factæ *ſub 13. Octobris Anni 1634.* & congruenter conceſſionibus ſeu permiſſionibus, nec non approbationibus Cæſareæ Majeſtatis, cum confirmatione omnium & quorumcunque Privilegiorum, quæ Sabaudiæ Ducibus hactenus indulta fuerunt; prout hæc in Inſtrumento Pacis Monaſterienſi Cæſareo-Gallico, §. *Cæſarea Majeſtas. 95.* pro Duce Sabaudiæ ſunt transacta & concluſa.

4 §. 2. Cùm enim *Anno 1534.* moreretur Johannes Georgius ultimus ex gente Palæologâ, Montisferrati Marchio, prætendit quidem in eundem Fridericus Gonzaga, Dux Mantuæ, quod Uxor ejus Margaretha neptis eſſet ex fratre, & heres ſimul ab inteſtato dicti Johannis Georgii, poſſeſſionem quoque
5 iſtius regionis nactus eſt. Sabaudiæ vero Dux Carolus obſtitit,
6 ſequentia cauſæ fundamenta pro ſe allegans (1.) quòd defunctâ lineâ

Digitized by Google

lineâ Palæologorum maſculinâ ſibi deberetur regio, tanquam
*deſcendenti* ex Violandâ filiâ Theodori ex familiâ Palæologâ 7
primi inveſtiti. (2.) *Pacta Dotalia* inter Aymonem Comitem
Sabaudiæ & dictum Theodorum inita, A. *1330.* in quibus cau-
tum, ut extinctâ ſtirpe maſculâ dicta Violanda & ipſius Succeſ-
ſores haberent Marchionatum Montisferrati in augmentum
dotis. (3) Quòd præter futuram ſucceſſionem conſtituta ſint 8
Duci Sabaudiæ *in dotem* centena aureorum millia, ſibi nunc de-
bita *cum uſuris* duplo majoribus. (4) Quod Carolus *hæres* eſ- 9
ſet *univerſalis* Duciſſæ Blancæ, filiæ Guilielmi Marchionis, &
præterea ab eâ heres inſtitutus in portione ſuâ, quam in dicta re-
gione habuit, una cum ſuâ dote, quæ ſummam 80000. Ducato-
rum exæquaret. (5.) Quòd Dux Sabaudiæ Marchioni Mon- 10
tisferrati contra Ducem Mediolanenſem, copiis auxiliaribus ad-
ſtiterit, atque hunc Victorem & Marchioni extrema intentan-
tem in fugam conjecerit. Unde Marchio ſe ſucceſſoresque ſuos
Sabaudo mancipaverit *in feudum ligium*, cujus hæc lex, ut defi-
cientibus maſculis, id Domino directo accreſcat, quod tamen
ad loca citra Padum & ultra Tanarum ſita reſtringunt. De qui-
bus vid. Antonii Fabri *conſultatio pro Duce Sabaudiæ de Ducatu
Montisferrati.* add. Menoch. *Conſil. 1. vol. 1.*

§. 3. Pronunciatum tamen eſt in poſſeſſorio (petitorio 11
tamen ſalvo) à Carolo V. Imperatore *d. 3. Nov. 1536.* pro Man-
tuano, quoad bona citra Padum & Tanarum ſita; dos verò Blan-
cæ Sabaudo adjudicata. Verùm contra hanc ſententiam re- 12
medium *ſuſpenſivum* interpoſuit Sabaudus, quo ſaltem id effe- 13
cit, ut cùm deinceps Maximilianus II. Marchionatum Montis-
ferrati A. 1573. in Ducatum erexiſſet, apertis verbis diſponeret
laudatus Imperator: *ſe nolle per dictam erectionem ullum præju-
dicium Duci Sabaudiæ generare.* Quin & Rudolphus II. Impe-
rator A. 1587. expreſſè declaravit: *Non currere tempus ullum in
præjudicium Sabaudi, quò minus Jura ſua, quæ habet in Montem-*



Digitized by Google

*ſerratum, poſſit perſequi, ſeque ea, quatenus opus ſit, confirmare.*
vid. hic Conring. *de Finib. Imperii Lib. 2. c. 23. verſ. Citra contro-*
*verſiam ſeqq.* add. Limn. *lib. 5. c. 14. n. 15. & ad* Capitulat. *Leo-*
14 *pold. art. 4.* Diuturno inde exorto bello in Italiâ tandem Fer-
dinandus II. Imp. adhibito eam in rem Conſilio Electorum in
15 Comitiis Ratisbonenſibus A. *1630. d. 30. Octobr.* litem iſtam com-
poſuit. vid. Pax Mantuana Ratisbonæ inter Cæſarem & Gallum
16 inita. apud Gaſtel *de Stat. Europ.* C. *19. p. 697. ſeqq.* Et poſtea à
Cæſaris & Galliæ Regis Legatis Plenipotentiariis A. *1631.* in Ci-
vitate Cheraſcenſi ſpeciatim eſt determinatum, quæ arces, ur-
bes & oppida Sabaudicæ Dominationi ſubjici in poſterum debe-
ant, in quorum etiam poſſeſſionem Victorem Amadeum, Sabau-
17 dicæ Ducem immiſère. Hanc immiſſionem ſecuta eſt à dicto
Cæſare facta inveſtituræ conceſſio cum ipſarum arcium, Ur-
bium & Oppidorum tam adjudicatorum, quàm remiſſorum,
(i. e. eorum, quæ jam poſſederat Sabaudus) expreſſione, quem-
admodum & Carolus Gonzaga, Dux Mantuæ eodem jure alte-
rius Montisferrati portionis & Mantuani Ducatus inveſtitu-
18 ram obtinuit. Videantur Tabulæ Ferdinandi, Victori Ame-
dæo datæ, A. *1632. d. 17. Auguſt. in Tom. I.* Diarii Europ. *ad Ann.*
*1658. pag. 735. ſeqq.* add. Memoriale Legati Sabaudici ſtatibus
Imperii A. *1653.* exhibitum, ap. Londorp. *in Act. Publ. Tom. VI.*
*num. 146. p. 69.*
19 §. 4. Harum ergò terrarum æquè ac antiquorum Feu-
dorum, quæ Comites & Duces Sabaudiæ à Carolo IV. & ſubſe-
quentibus Imperatoribus in Diœceſibus Lugduni, ſcil. Matiſ-
coni, Gratianopolitanâ, Burgenſi, Aſtenſi, Niciæ, Glandaven-
ſi, Vicentinâ, Albenghæ, Albæ & Aquarum, quoad Comita-
tum Jendæ, Mentonum, Roccabrunant, Pornaſſium & Dol-
ceaquam impetraverunt, quarum conceſſionum Tabulas, vid.
in Tom I. Diarii Europæi *ad* A. *1658. p. 712. ſeqq.* quæ in textu
noſtro & Capit. Leopoldina & Joſephina breviter hiſce verbis:
Nebſt

Neben andern verſprochenen Belehnungen ꝛc. in Inſtr. Pacis Cæſa-
reo-Gallico §. *Cæſarea Majeſtas* 95. verbis: *antiquorum Feudorum*
*& Statuum*, indigitantur. Horum, inquam, inveſtituram pro-
mittit Rex Romanorum Duci Sabaudiæ (1.) per Mandatarium 20
ſeu Procuratorem, durch die Perſon ſeines rechtmäſſigen Gewalt-
habers ꝛc. concedere. (2.) ſimulac dignitatem Imperatoriam fue-
rit nactus, (3.) ab ipſo Duce ſit requiſita ac poſtulata. (4.) ſecun-
dum tenorem Conſtitutionum Imperii & Conſuetudinum Feu-
dalium, & (5.) quidem abſque prœmio alicujus *clauſulæ reſer-*
*vatoriæ* vel ſalvatoriæ, ſive generalis ſive ſpecialis, inconſuetæ
ſine dubio. Timebat enim Dux Sabaudiæ, cum Jura ipſius in 21
locis eidem conceſſis ſint valde ampla, & in ipſa adhuc præten-
dat Mantuanus, ne forte mediante ejusmodi clauſulâ minùs
ſolitâ rurſus reſtringerentur & imminuerentur.

§. 5. Peculiare verò eſt, quod circa inveſtituram in 22
hoc articulo eſt diſpoſitum & promiſſum: *Ne ſcil. inveſtitura*
*Montisferrati differatur vel procraſtinetur propter 494000. aureo-*
*rum à Rege Galliæ Duci Mantuano debitorum nondum factam ſo-*
*lutionem.* Recepit nimirum Galliæ Rex in Inſtr. Pacis Mona- 23
ſterienſi, ſe dictam ſummam, propter Pinarolum cum pertinen-
tiis ſibi à Duce Sabaudiæ ceſſum, ſoluturum Mantuano, quam
ipſi Dux Sabaudiæ ceſſum, ſoluturum Mantuano, quam ipſi 24
Dux Sabaudiæ vi Cheraſcenſis tractatus ſolvere obſtrictus erat;
ita quidem ut modò nominatum Sabaudiæ Ducem ejusque He- 25
redes & Succeſſores (quemadmodum verba habent J. P. §. *ut*
*autem omnium* 94.) ab eâ obligatione omninò relevaverit, præ-
ſtiteritque indemnes ab omni petitione, quæ ratione vel occa-
ſione dictæ ſummæ à Duce Mantuæ vel ejus Succeſſoribus fieri
poſſet. Unde cùm Dux Sabaudiæ A. 1652. à Ferdinando III. 26
inveſtituram per Legatum peteret, Cæſar per Decretum, *Viennæ*
*d. 12. Januarii 1652. datum* ſic reſpondit: Sé paratum eſſe portio-
nis Montisferrati inveſtituram Sabaudiæ Duci unà cum cæteris



Digitized by Google

clementer concedere, ſtatim ac à Chriſtianiſſimo Rege ſolutione præfatæ pecuniæ Duci Mantuæ fuerit ſatisfactum; uti refert Legatus Ducis Sabaudiæ in Memoriali ſuo Ratisbonæ A. 1653. Collegio Electorali exhibito, ap. Londorp. *Tom. 7. lib. 6. c. 147.*
27 *vers. Sacra Caſarea Majeſtas.* Quo ipſo tamen cum Sabaudus contentus eſſe nollet, partim quod Mantuanus numerationem accipere à Rege Galliæ recuſaverit, partim quòd Inſtrumentum Pacis inveſtituram ſimpliciter, nec ſub illâ conditione factæ ſcil. exſolutionis conceſſerit & promiſerit, prætereaque novatio & expromiſſio *in d. §. Ut autem omnium. 94.* obtigerit, (prout hæc omnia latiùs perſequitur Sabaudiæ Legatus, Johannes Baptiſta de Bigliatoribus, Comes Lucernæ ejusque Vallis, in allegatis Memorialibus, Electoribus & Statibus Imperii exhibitis, apud
28 Londorp. *d. l. c. 146. ſequ.*) Cùmque idipſum unà cum aliis tempore electionis Leopoldi A. *1658. d. 29. Aprilis & 9. Maji*, de novo eſſet petitum. (vid. Diar. Europæ *Tom. 1. pag. 710. ſeqq.*) factum eſt, ut Capitulationi Leopoldinæ hoc fuerit inſertum, & in Joſephinâ repetitum, quòd ſcil. inveſtitura ſine omni conditione vel adjectâ clauſulâ Sabaudiæ Duci in poſterum ſit conce-
29 denda. Quoniam verò id grave videbatur Legato Mantuano, partim quòd negaret oblatam eſſe ſolutionem à Gallo, partim quod oblatio non fuerit ſufficiens, cùm omnes conditiones tractatui Cheraſcenſi appoſitæ ſint adimplendæ, antequam inveſtituram obtinere Sabaudus poſſit, cùm præter illam ſummam aliasque prætenſiones, novum debitum, pretium videl. novorum redituum ad 504000. ſcutatorum accedat, nec res poſt tantum temporis decurſum & ſtatum rerum immutatum in tempore adimpletionis amplius verſetur: hinc proteſtatus eſt nomine ſui Principalis (qualiter & olim A. 1658. fecerat Ejusd. Mantuæ Ducis Legatus, Johannes Baptiſta Cardus, qui cauſam hanc ad Conſilium Aulicum, coram quo pendebat, remitti petiit, vid. Diar. Europ. *Tom. 1. pag. 917. ſequ.*) contra dictum articulum,

Digitized by Google

lum,quæ proteſtatio habetur apud Gaſtelium *de Statu Europa*,
*c.19.pag.694.ſeqq.*

§. 6. II. *Alterum*, quod Rex Romanorum in hoc articu- 30
lo promittit,generale eſt; Nempe ut & reliqua, quæ Sabaudiæ
Duci in Inſtrumento Pacis ſunt conceſſa, & in favorem ipſius
ibidem diſpoſita, qualia ſunt Superioritas in Feudis Rochevera-
ni,Olmi & Cæſolæ cum appertinentiis, nec non & illa quæ Ve-
ruvæ Comes à Duce Sabaudiæ in feudum recognoſcit, relin-
quantur & reſtituantur,utque ad hæc pariter Inveſtitura exten-
datur,ex Officio Cæſareo ſe curaturum atque exſecuturum pol-
licetur. Ubi cum Conringio notandum,per illa verba, quibus 31
de Superioritate Ducis, & quòd nullâ ratione ab Imperio de-
pendeat, cavetur, non eouſque Imperium excludi, ut Legibus
ipſius Sabaudicæ regiones planè ſint exemtæ, verùm hoc dun-
taxat innui, quòd Jus iſtud Clientelare ſeu feudale non depen-
deat proximè ab Imperio,ſed à Sabaudo, mediatè tamen & ab
illo. vid. Conring.*de Finib.Imp.Lib.2.c.25.p.640.ſeq.*

§. 7. Singulatim III. promittit Rex Romanorum, tam 32
quoad Regem Hiſpaniæ: quòd ipſum Autoritate Cæſareâ eò
velit permovere, quò Duci Sabaudiæ Civitatem Trinum ſine
morâ & onere expenſarum reſtituat,quàm quoad Ducem Man-
tuæ, quòd ipſum jubere & per remedia ſufficientia eò compel-
lere velit, quò intra terminum peremptorium juriſdictione &
poteſtate,quam ibi & in aliis Montisferrati locis exerceat, ce-
dat. Pertinet enim hæc Civitas ad eam portionem Montisfer- 33
rati,quam Dux Sabaudiæ tempore Ferdinandi II. ex Pace Ra-
tisbonenſi & ſubſecuto Tractatu Cheraſcenſi obtinuit, ubi pri-
mo loco refertur, ut ex Tabulis ſupra allegatis in Diar. Europ.
*Tom.1.pag.736.in fin.* videre eſt. Unde cùm eam jam ante in 34
bello Matuano occupâſſet Hiſpanus, atque etiam per pacem
Ratisbonenſem ad Hiſpanum ſpectare videretur, per *Art.9.* di-
ctæ pacis *Anno 1630.*initæ, (quæ habetur ap. Gaſtelium *de Stat.*

*Europæ, cap. 19 pag. 679 ſeqq.)* Dux verò Mantuanus in dictam
Civitatem æquè ac in alia Montisferrati loca poteſtatem ſuam
continuaverit: hinc occaſionem, inſtante Sabaudo dedit, ut &
circa eam clariùs diſponeret præſens articulus; ceu videre licet
**in der Erinnerungs-Schrifft des Hertzogs von Savoyen an das
Chur-Fürſtl.** Collegium *A. 1658. d. 29. Aprilis* **übergeben** / N. 3. *in*
35 *Tom. I.* Diar. Europ. *p. 711.* Utut enim Mantuano longior fortè
poſſeſſio favere videatur: cùm tamen per Tractatum Chera-
ſcenſem, qui Pacem Ratisbonenſem *A. 1631. d. 6. Aprilis* inſecu-
tus eſt, Trinum Sabaudo debuerit reſtitui, & Tractatus ille non
tantùm in Inſtrumento Pacis Cæſareo-Gallico, §. *Item ne Con-
troverſia. 92.* ſed etiam in Pace Pyrenæa inter Gallum & Hiſpa-
num *d. 7. Nov. A. 1659.* initâ, fuerit confirmatus, hinc non imme-
ritò reſtitutio illius Civitatis in Capitulatione repetitur.

36 §. 8. Quod IV. promittitur, confirmationem involvit
arctiorem quandam eorum, quæ de Monteferrato dicta ſunt &
diſpoſita: pœnalibus nempe mandatis ſe proviſurum aſſerit Rex
Romanorum: *Ne Dux Mantuanus vel ejus Succeſſores, vel quis-
quam alius, ſive per ſe, ſive per alios contravenire audeat illis, quæ
in Inſtrumento Pacis & Capitulationibus ratione Montisferrati*
37 *pro Duce Sabaudiæ ſunt comprehenſa.* Poſtquam enim Dux
Sabaudiæ de injuriâ Mantuani conqueſtus erat, quod ſibi pote-
ſtatem in Civitatem Trinum vi aſſereret; quodque Belli Du-
ces & Præfecti Ejus in Fortalitio Caſalis jurisdictionem ſuam in
dictum æquè ac alia Montisferrati loca extenderent: adeoque
ſub pœnâ contumaciæ & fractæ pacis hoc inhiberi peteret; uti
habetur in **angezogener Erinnerungs-Schrifft** *n. 3. in Tom. I.*
Diar. Europ. *p. 711. & ap.* Londorp. *Tom. 8. c. 205. p. 313.* Hinc iſta
clauſula Capitulationi Leopoldinæ & conſequenter Joſephi,
gravamine nondum ceſſante, eſt inſerta; quemadmodum &
Carolus Caroccius, Ducis Sabaudiæ Legatus Ratisbonæ, *A. 1682.
d. 18. Jan.* Memoriale propterea exhibuit Collegio Electorali
pro

Digitized by Google

pro cauſâ Cæſari commendandâ, quod legitur apud Fritſchium
*in not. ad Capit. Joſeph. lit. D.*

§. 9. Denique V. quod Rex Romanorum promittit in 38
hoc articulo, ad *Vicariatum* Sabaudi *perpetuum* in Italiâ pertinet,
quem confirmat & cum ſuis juribus ac privilegiis ſe defenſu-
rum eſſe pollicetur. Carolus enim IV. in Comitatu Sabaudiæ 39
loco Judicii Supremi Imperialis, ad Comitem appellari debere
privilegio primus conſtituit, *A. 1356.* poſtea Maximilianus I. 40
A. 1503. ad creationem Comitum Palatinorum iſtud privil. ex-
tendit. Carolus V. verò Duces Sabaudiæ expreſsè Vicarios in 41
Sabaudiæ Civitatibus & Diœceſibus Lugduni, Matiſconi &
Gratianopoli conſtituit, & ut homagia, fidelitates, ſubjectiones
& obedientiam Duci, vices Imperatoris & Imperii ſuſtinenti,
præſtentur, clementer conceſſit; Id quod deinceps ad omne
Jus Imperii & Imperatoris, ut & ad Diœceſin Burgenſem,
Aſtenſem, Niciæ, Vigintimillienſem, Glandavenſem, Vincenti-
namque: & Rudolphus II. ad Diœceſes Epiſcopales Albeng- 42
hæ, Albæ & Aquarum, Ferdinandus verò II. ad omnia Montis- 43
ferrati oppida & caſtra, pagos & villas, item loca omnia, quæ
Duci Sabaudiæ vigore Pacis Ratisbonenſis *A. 1630. d. 13. Octobris*
inter Imperatorem & Galliæ Regem initæ, conceſſa ſunt, ex-
tendit. Quod ipſum Tabulis à Carolo IV. ad Ferdinandum II.
usque productis probat Ducis Sabaudiæ ad Diætam Electionis
*A. 1658.* Francofurtum Ablegatus, in Diar. Eur. *Tom. I. p. 712. ſeqq.*
Unde Vicariatus ille, qui in Capitulationibus poſterioribus
propterea die Vicariats-Gerechtigkeit in Italien dicitur, exortus
eſt. Verùm & contra hoc membrum articuli proteſtationem 44
interpoſuit Mantuanus, tum quod ipſi inaudito Electores aufer- 45
re jus ſuum non potuerint, tum quòd antiqua pariter atque no-
va Diplomata nec non Inveſtituræ teſtentur, continuis tempo-
ribus Marchionibus Montisferrati & Mantuæ Ducibus jus iſtud
fuiſſe conceſſum; tum quòd utatur illo jure absque læſione
Sabau-

Digitized by Google

Sabaudi, ſaltem in juriſdictione ſuâ tanquam Dux Mantuæ &
Montisferrati; tum denique quòd poſſint à S. R. Imp. plures
conſtitui Vicarii perpetui; Quæ proteſtatio reperitur in Diar.
Europ. *Tom.1.p.917.*

46 §. 10. Sicut autem ex dictis patet, Vicariatum hunc
Sabaudi non eſſe univerſalem, ſed potiùs ad certa, eaque in §.
præc. recenſita loca in Italiâ reſtrictum, quod etiam obſervavit
Limnæus, *in Tom.V.J.P. in addit. ad Lib 5. cap.14. n.4.* adeò ut ver-
ba, quæ in hoc articulo **vom Käyſerl. und Reichs** - Vicariat **und**
Generalat **in Italien** habentur, ad Ducem Sabaudiæ, juxta teno-
47 rem articuli referri non poſſint; Ita cùm ſibi idipſum arrogare
viſus ſit Mantuanus in præjudicium Domûs Sabaudicæ, re-
48 ſcripſiſſe dicuntur Electores ad Ducem Sabaudiæ, ſe, quantum
penes ipſos facultatis ſit, proſpicere velle, ne quidquam in poſte-
49 rum auſibus ſuis efficere Mantuanus valeat. Literas haſce
Electorales Rex Romanorum hîc confirmat, aſſeritq;, ſe teno-
rem illarum obſervaturum, nec minùs Sabaudiæ Ducem quoad
Jura Vicariatûs & reliqua in terris Italiæ eidem competentia
privilegia, eſſe propugnaturum.

50 §. 11. Notabilis verò hic eſt adjecta conditio: *Si ſcil. Dux
Sabaudiæ Inhibitoriis & Avocatoriis, nomine Imperii ab Impera-
tore publicatis ſe conformem geſſerit.* Uti enim ratione earum
51 terrarum, Jurium & privilegiorum, quorum facta mentio, ſine
dubio Vaſallus eſt Imperii, adeò ut ex re ipſius omnino ſit, ſequi
52 potiùs partes Imperii, quàm Galli, inprimis cùm Galli conſilia
eò tendant, ut ipſum magis opprimat, quàm extollat, quemad-
modum ex Pinarolo ſibi adſcripto, nec non ex permutatione
53 Breſciæ cum Marchionatu Saluciarum patet; Hinc lepidè
Franciſcus Irenicus *in Collegio J. Publ. ad Burgoldenſ. part.3. pag.
73.* ait, Sabaudum pro auro plumbum accepiſſe, cùm Breſcia ſit
regio valdè dives, magiſque munita, neutiquam verò Marchio-
natus Salucienſis, ut alia taceamus, quæ Sabaudo ex feudo Im-
perii

perii debentur, à Gallo tamen ipſi ſunt adempta: Ita quoque 54
cùm Sabaudiæ Dux eo tempore nihilominus ad partes Gallo-
rum quodammodo inclinaverit, dicta conditio huic articulo
non ſine ratione eſt ſubnexa. Quod, præſertim cùm iniqua 55
Galliæ Regis poſtulata & Superioritatem quandam inferentes
accederent minæ, eum habuit effectum, ut non ſolùm Mandatis
Cæſareis inhibitoriis & avocatoriis ſe gereret conformem, ſed
etiam partibus Cæſaris & Confœderatorum omnino ſe aſſocia-
ret, ſuasque cum illorum copiis, tranquillitate terrarum Sabau-
dicarum periclitante licet, uniret.

§. 12. Ex hactenus dictis colligere datur, Articulum hunc 56
continere non jus aliquod *reſtrictivum* poteſtatis Imperatoriæ;
Verùm ſicut ad Jus inveſtiendi de Feudis Imperii, inque iisdem
Vaſallos defendendi adeoque ad Reſervata Imperatoris ſpectat:
Ita *confirmat* magis Regiam Imperatoris poteſtatem, quàm 57
eandem imminuit vel reſtringit. Interea tamen *normativum* 58
dici poteſt, dum ſcil. Rex Romanorum officii ſui inde admone-
tur, ita ut, quod hîc continetur, etiam juris ac officii nomine
venire poſſit. Notari quoque meretur, præſentem articulum 59
non ad perpetua ſed *temporaria* ſaltem capitula eſſe referen-
dum, quoniam non ad Imperii totius adminiſtrationem, ſed
Ducem Sabaudiæ ſolummodò ſpectat; Proinde Capitulationis
objectum tamdiu conſtituit, donec gravamina Ducis ſuperius
tacta ceſſabunt. Quod ſi enim cauſa Montisferrati & Vica- 60
riatûs Sabaudici fuerit confecta & executioni data, non
erit cur hîc Articulus eidem amplius
inſeratur.

* * *

Ll COM-

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
# ARTICULUM V.
## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA DIGNITATEM ET PRÆROGATIVAM PRÆCIPUE ELECTORUM HORUMq́, LEGATORUM, NEC NON IMPERII COMITUM, ET PORRO CIRCA EXTERORUM LEGATOS IPSOS.

## SUMMARIA.

I. *Articuli hujus mentio in quibus Capitulationibus facta?* 1.
*Quid in eo promittat Rex Rom.* PRIMO *loco?* 2.
Dignitas & prærogativa Electorum conſideratur (*1.*) *ratione* paritatis. 3.
*Electorum Legati in Aulâ* Cæſaris, *Regiorum inſtar admittuntur.* 4.
*Dux Sabaudiæ eundem honorem illis exhibet.* 5.
*Dignitas Electorum* fundatur *in A.B.* 6.
Et ratione *quoq́;* publicâ; *cùm ſint pars corporis Maieſtatici.* 7.
*Vox* Churfürſtlich *præpoſita voci* Königl. 8.
*Quod ægrè tulit Rex Sueciæ.* 9.
*A Regibus Serenitatis titulo mactantur.* 10.
II. (*2.*) *Ratione* prioritatis. 11.
*Quæ Ipſis competit*
*Vel,* Quoad *exteros* Reges? 12.
*Diſtinguitur inter actus ſolennes in* Curiâ *Imperatoris & extra eam celebrandos.* 13. 14.
*Vel* quoad alios *tam Imperii quàm exteros* Principes. 15.
*Etiam* Cardinalibus *præferuntur.* 16.
Carolus *Audax*, *Burgundiæ Dux, olim fruſtra præcedere eos annixus eſt.* 17.
*Dux Sabaudiæ renunciavit omni præcedentiæ, datis literis reverſalibus.* 18.
*Licèt ab ipſo* Collegio *Electorali* Regiæ *Celſitudinis titulum obtinuerit.* 19.

III. Lega-

Digitized by Google

III. *Legatis Regum* indiſtinctè *præferuntur Electores*. 20.
*Quomodo ſuper iſtâ prærogativâ Electoribus in hoc articulo* caveatur. 21.
IV. *Quid* SECUNDO *loco promittat Rex Rom.* 22.
*Legati Electorales an præcedant aliorum Principum & Rerumpubl. Legatos.* 23.
*Sententia Furſtenerii* de Jure Suprematus *an fundamentum habeat?* 24.
*Per vocem* Capellæ *quid intelligatur?* 25.
*A Venetorum Rep. Legatis Electoralibus ratione præcedentiæ* controverſia *mota eſt.* 26.
*Fœderati Belgæ idem tentarunt.* 27.
*Sed renitente Imperatore.* 28.
V. *Sententia hactenus ſtabilita quomodo* limitetur? 29.
*Per coronatos Reges quinam intelligantur?* 30.
VI. *Legati Electorales etiam Principes ipſos* in perſonâ præſentes *antecedunt*. 31.
*Principes Imperii contra nituntur.* 32.
*Sed irrito huc uſq; conatu.* 33.
VII. *Quid* TERTIO *loco promittat* Rex Rom.? 34.
*Promiſſio hæc circa* Comites Imperii in æquitate *fundatur*. 35.
*Miniſtri Imperatoris iiq; Comites, quando* Comitibus, *qui Status ſimul ſunt Imperii*, præferantur? 36.
VIII. *Officium Cæſaris circa Legatos exteros duplex eſt (1.) ne permittatur eos ſtipari milite armato.* 37.
*Exemplum Friderici II. Imp.* 38.
*(2.) Ne ſeſe immiſceant negotiis Imperii.* 39.
*Niſi Principales eorum ſimul concernant.* 40.
*Articulus hic planè* normativus *eſt*. 41.

## §. I.

ARticulus hic primâ vice Capitulationi Ferdinandi III. eſt 1 inſertus, & poſtea in Capitulatione Ferdinandi IV. imprimis verò Leopoldi inſigniter auctus, & in hac præſenti Joſephi, paucis immutatis, repetitus. Perpendendum eſt autem *primo* loco, quòd Rex Romanorum in hoc Articulo ſe proviſurum 2 promittat: *Quò ipſis Electoribus dignitas & prærogativa ex antiquo parta & continuata, vel aliàs debita, ſarta tecta conſervetur, nec contra eam in Curiâ Imperiali ſeu Regiâ aut alibi à Legatis*

 *exte-*

*exterorum vel aliorum Principum præjudicii quid tentetur, vel admittatur.* Conſideratur autem hîc illa dignitas & prærogativa in genere, *1. ratione paritatis*; Ut nimirum Regibus pares
3 habeantur, & pro Celſitudinibus, Serenitatibus & Supremis Dominis (*Souverains*) à Regibus & Rebuspublicis liberis agnoſcantur, prout ex Schedis Baronis Boineburgii refert Bœ-
4 clerus *in Notit. Imperii Lib. 6. cap. 2. num. 7.* Hinc eſt, quòd Cæſar admittat Legatos Electorum, velut Regios, queîs tecto
5 capite coram illo ſedere permiſſum eſt. Vid. Bœcler. *loc. cit.* Et Dux Sabaudiæ promittat, ſe eos tractaturum & honoraturum tam intra quàm extra Italiæ fines, haud aliter, quàm tractat & honorat Cæſareæ Majeſtatis aliorumque Regum Legatos. vid.
6 Oldenburg. *Limnæi Enucl. lib. 2. c. 14. n. 11.* Atque hæc ipſa dignitas Electorum non tantùm in Aurea Bulla Tit. 6. ſed etiam
7 in hâc ratione fundatur, quòd illi prorſus de Cæſaris auctoritate ac præpollentiâ participent, & cum hoc velut unum corpus conſtituant. Sanè in Decreto Cæſareo *die 27. Julii A. 1590.* ap. Bruning. *de Var. Univerſ. ſpecieb. concl. 10. lit. A.* legitur: **Es iſt die höchſte Würde/damit die Churfürſten vor andern Königen und Potentaten gezichret ſind/ ja ſolcher Autorität/die mit des Röm. Käyſers Gewalt und Hoheit ſelber dermaſſen verbunden / daß eine ohne die andere nicht geſchmählert werden / auch nicht beſtehen kan;** quod ſequitur Schüzius *in Coll. J. Publ. Vol. 1. Diſſ. 7. th. 19. Lit. B.*
8 Unde etiam Electores in literis *A. 1630. d. 17. Aprilis* ad Regem Succiæ Guſtavum Adolphum datis, vocem **Churfürſtlich** præ-
9 poſuêre ſemper voci **Königlich**; quod licèt ab initio ægrè ferret Rex Succiæ, acquievit tamen, cùm aſſertum ipſi eſſet, erga alios quoque Reges iſtud obſervari, ſicut è Theatro Europ. refert Schüz. *d. l. lit. C.* & Limnæus *Tom. IV. J. P. ad Lib. 3. c. 2. pag. 286.* Proinde, ut olim non niſi mutuo ſe compellabant **Ew. Lbd.** vel
10 **Ew. Würden**/ plura teſtimonia producente Limnæo, d. l. Ita hodie, dum Reges Regias Majeſtates ſalutant, viciſſim ab iis-

dem

Digitized by Google

dem Electoralis Serenitatis vel Celſitudinis titulo mactantur. Vid. Oldenbürger. *in Limn. Enucl. Lib. 2. c. 14. n. 11.* ubi, dum Electores Sabaudiæ Duci titulum Regiæ Celſitudinis tribuunt, ipſe retribuere promittit titulum Serenitatis Electoralis.

§. 2. Deinde hîc conſideratur Electorum dignitas & præ- 11
rogativa *2. ratione Prioritatis*, dum ſcil. quoad *exteros Reges* di-
ſtinguitur inter actûs Imperialem Curiam ſpectantes & alios 12
qui eo non ſpectant. In *actibus illis* immutabiliter antecedunt 13
Electores, juxta *A. B. Tit. 6.* argumento à Rege Bohemiæ petito,
qui Regem exterum tunc antecedere dicitur. Unde cùm par
ſit omnino dignitas Eccleſiaſticorum & Secularium Electorum,
de utroque genere idem aſſerendum eſt; quippe A. B. nullum
agnoſcit diſcrimen; verùm à dextris pariter & à ſiniſtris Impe-
ratoris loca ſibi aſſignata ut indiſtinctè teneant, claris verbis
diſponit. At verò in actibus *extra* Cæſaris *Curiam* celebrandis 14
Electores haud inviti coronatis Regibus cedere ſolent; argu-
mento eorum, quæ recenſentur in Capit. Ferdinandi III. art. 4.
& ſeqq. Impp. de Legatis ipſorum. Conf. Limnæum *ad d. Capit.
Ferd. III. art. 4.* & *ad Aur. Bull. c. 6. §. 1. Obſ. 6.* Ad Receſſus, *Menſ.
Auguſt. 1671.* ap. Londorp. *Tom. 9. lib. 10. c. 229. n. 12. p. 799.* Quan- 15
tum verò attinet alios tam *Imperii* quàm *exteros Principes*, dictæ
prærogativa Electoribus undiquaque tribuitur, ita ut etiam 16
Cardinalibus præferantur, (de quo prolixè agit Freinshemius, in
diatribâ de præcedentiâ Electorum) ſicuti conſtat, Archiepi-
ſcopum Colonienſem Cardinali Morano, Legato Apoſtolico
A. 1556. Ratisbonæ cedere noluiſſe. Et quamvis olim Dux Bur- 17
gundiæ, Carolus Audax, eò quod ſex Ducatus & ſeptendecim
Comitatus poſſideret, in Comitiis Ratisbonenſibus *Anno 1471.*
præcedentiam affectaverit, non tamen eam obtinuit; ſed rege-
rebant Electores, ſe, cùm Cæſarei Corporis membra conſtituant,
ne Regibus quidem cedere. Vid. Goldaſt. *in Rationali, p. 99.*
Schüz. *d. l. lit. C.* Sic licèt Dux Sabaudiæ Regem Cypri ſe dicat, 18

& propterea non tantùm præcedat Magnum Hetruriæ Ducem, & cum Republ. Venetâ competat, vid. Gaſtel. *de Statu Europæ,*
19 *c. 19. num. 127.* Sed etiam à Collegio Electorali titulum Regiæ Celſitudinis obtinuerit, præcedentiæ tamen cuilibet adeò renunciavit, ut eam Electoribus non conjunctim modò, verùm & disjunctim & uni ſoli, non minùs in aliis quibuscunque locis, ſive intra ſive extra Italiam ſitis, quàm in Comitiis Imperialibus & Aulâ Cæſareâ concederet: prout illa renunciatio videri poteſt in Literis Reverſalibus, Ratisbonæ *A. 1666. d. 1. Junii, 25. Maji,* Electoribus à Carolo Felice Malleto datis, & poſtea ab ipſo Sabaudiæ Duce, Emanuele, Auguſtæ Taurinorum *Ann. 1666. d. 20. Auguſti* confirmatis, quæ leguntur apud Oldenburger. *in Limnæo Enucleato, Lib. 2. c. 14. n. 11.*

20 §. 3. Porrò quoad Regum & Rerumpublicarum exterarum *Legatos* perſonis Electorum indiſtinctè quoque præcedentia competit, id quod abunde ex hujus articuli verbis: **Und darwider von frembder Regenten und** Republiquen **Geſandten**
21 **nichts nachtheiliges geſetzet werde**; colligitur. Breviter quoad Electores ipſos in hoc Articulo cavetur, ut in juribus tam *paritatis* quàm *prioritatis*, hactenus recenſitis tum ratione Regum in Curiis Imperialibus, tum ratione Principum & Legatorum ſine ullo diſcrimine defendantur; idque probatum eunt verba Articuli: **Auch ſollen und wollen Wir im übrigen die Vorſehung thun; etc.**

22 §. 4. *Secundum*, quod in hoc articulo ſpectare convenit, *Jus* eſt *Legatorum Electoralium: Ne ſcil. Rex Rom. patiatur am-*
23 *pliùs, ut exterorum Principum & Rerumpubl. Legati in Curiis & Capellis Imperialibus Regiisve Legatos Electorales præcedant, utut iſtæ Respublicæ ſummam & abſolutam, Regum inſtar, poteſtatem habeant.* Ubi notare licet obiter, differentiam inter Principes potentes & alios minorum opum hîc quandam occurrere, dum illi per vocem **Potentaten**/ voci **Fürſten** contradiſtinctam, innui viden-

Digitized by Google

videntur; ut propterea fundamentum aliquod Legale diſtin- 24
ctioni inter *Jus Potentatûs*, vel, ut Fürſtenerius vocat, *Supremátûs*, ſeu Dominii potentioris, & Principum in genere, non
deſit. Quemadmodum & per vocem **Capellen** / ſi non intelli- 25
gatur Capella Papalis, quæ circa præcedentiam attendi ſolet,
Templa Cæſaris & Regum, ubi quoque Legati convenire ſolent, intelliguntur. Ad ſcopum ut redeamus, Reſpublica Ve- 26
neta non ſolùm præcedentiam Legatis ſuis præ Legatis Electoralibus prætendit, verùm etiam *A. 1636.* Edictum Cæſareum deſuper obtinuit, qualia non minùs Batavi ſ. Fœderati Belgæ, Hel- 27
vetiique auſi ſunt. Hiſce ergo conatibus non tantùm ſe occur- 28
ſurum promittit Rex Romanorum, ſed & decreta, quæ in favorem illorum prodierunt, nulla prorſus hîc declarat atque iisdem
omnem vim denegat.

§. 5. *Limitatur* tamen hoc ipſum quoad Legatos **der** 29
**recht titulirter und gecrönter regierenden außländiſchen Königen/ Königlichen Wittiben /** oder Pupillen / **denen die Regierung/ſo bald Sie Ihr gebührend Alter erreicht/zu führen zuſtehet /** quibus utique
præcedentia ab Electoralibus Legatis conceditur. Uti verò 30
per Reges coronatos intelliguntur non tantùm illi, qui titulo
Regis ſunt inſigniti, ſed etiam qui *titulo* Jure Gentium *juſto*, non
autem qui *uſurpatione* quadam Cronvvelliano more Regnum
poſſident & adminiſtrant: Ita & per Coronatos Reges non
ſolùm actu coronati ſignificantur, verùm iiquoque, qui coronandi ſunt, ſeu quibus coronatio jure debetur, ceu patet ex his,
quæ de Pupillis Regiis ſunt adjecta; quorum Legati præcedunt,
cum ſint omnino Reges, ſolemnibus licèt Coronationis nondum inaugurati.

§. 6. Præcedunt igitur Legati Electorales, exceptis ſal- 31
tem Legatis Regiis, non tantum Principum & Rerumpublicarum exterarum omnium Legatos abſq; diſcrimine, ſed *ipſos quoque Principes in perſonâ præſentes* Exteros æquè ac Imperii Principes,

cipes, indicantibus idipſum verbis: Auch denen Fürſten in Per-
32 ſon ohne Unterſchied vorgehen; Et quamvis laudati Principes
Imperii in Monitis ſuis ad Art. 5. futuræ Capitulationis Leopol-
dinæ *An. 1658. d. 17/27. Aprilis* Electori Moguntino exhibitis enixè
deſiderârint, tum, ut verba illa ad Principes exteros ſolummodo
reſtringerentur, ſic fortè ponenda: Vor allen außwärtigen Für-
ſten in Perſon und der Republiquen Geſandſchafften; tum, ne Le-
gati Regii & Electorales ipſos, maximè ex antiquâ familiâ ortos
præcederent, niſi ubi inſignia ſint geſtanda, & Principalium
ſubeant munia; Quamvis etiam dicti Principes Imperii in ſu-
perioribus Comitiis Ratisbonenſibus, *Anno 1653.* eam præroga-
tivam primario tantùm Legato Electorali in caſu repræſenta-
tionis conceſſerint in Memorialibus ſuis, Imperatori d. Anno
oblatis, quæ recenſentur apud Autorem der Grund-Veſte / *p. 2.*
33 *c. 5. pag. 113. ſeqq.* Irrito tamen conatu id hactenus factum eſſe,
vel exinde cernimus, quòd nihil horum Capitulationi ſit inſer-
tum, quin potiùs ibi contrarium ſtatuitur, dum generaliter &
indiſtinctè poſt verba: Der Republiquen Geſandten pronun-
ciatur: Auch denen Fürſten in Perſon ohne Unterſchied vorgehen.
Nec aliud in Praxi obſervare licet.

34 §. 7. *Tertium*, quod in hoc articulo ratione præcedentiæ
occurrit, *eſt Jus Comitum & Baronum Imperii* immediatorum,
qui videl. votum & ſeſſionem in Comitiis habent. His nam-
que promittitur, quòd in Actibus ſolemnioribus, quales ſunt
Coronationum & ſimiles, omnibus Comitibus ac Baronibus
reliquis, etiam iſtis, qui munere Camerarii, Conſiliariive in Cæ-
ſaris Aulâ funguntur, ante haberi, atque adeò Principes imme-
35 diatè ſequi debeant. Et ſanè æquiſſimum erat, ut, qui in Sena-
tu Principum voto ac ſeſſione uniuntur, quique hac ratione de
Conſortio Regiminis Imperii participant, nec minùs onera &
moleſtias Conſultationum cum Principibus habent commu-
nes, ut, inquam, hi in celebratione ſolennitatum iisdem honori-
bus

bus emolumentiſque mactentur, & Imperii Principes proximè
ſequantur. Quod ſi verò ſolemnitates ejuſmodi feſtivales in 36
Aulâ Cæſareâ non celebrentur, Miniſtri Imperatoris præferun-
tur; idque Capitulationi Leopoldinæ ex *Monitis* Statuum *de An-*
*no 1658.* ſupra allegatis eſt inſertum, & in præſenti retentum.

§. 8. Præter materiam præcedentiæ in hoc Articulo
Officium Cæſaris circa Legatos exteros ex dictis Monitis eò
quoque eſt extenſum: *(1.) Ne permittatur iis ſive in Aulâ Cæ-* 37
*ſareâ, ſive in Conventibus Imperii publicis, tam Univerſalibus*
*quàm particularibus armatum militem, equeſtrem vel pedeſtrem*
*in viâ publicâ habere comitem.* Simultatibus enim hoc occaſio-
nem ſuppeditat, tum quia diffidentia quædam loci non tuti
exinde arguitur, tum etiam ad æmulationem aliaſque ſuſpicio-
nes, & incommoda ex opinione inæqualitatis reſultantia, viam
ſternit. Hinc jam olim Fridericus II. Imp. Regis Hungariæ 38
Legatos, cum comitatu trium millium Equitum ingredi cona-
tos admittere noluit, eo quòd tam vaſta & otioſa pompa vel
majoris ſpei indicium præ ſe ferret, vel ad oſtentationem aut
exprobrationem inſtituta, imò ad terrorem videretur, cùm non
tam Legatio, quàm Legio militaris cenſeri poſſit, uti ex Marſe-
larii *Lib. 2. de Legat. diſſ. 6.* refert Limnæus *ad art. 5. Capitulat.*
*Leopold. ad vocem:* **Mit bewehrter** Guarde. *(2.) Ne permitta-* 39
*tur, ut Legati exteri ſe illis immiſceant negotiis, quæ Statûs Impe-*
*rii unicè concernunt, ſive id palam, ſive clam fieri queat.* Alio-
quin libertas ſuffragiorum jacturam pateretur haud modicam,
dumque pro ſuo quiſque arbitrio & ad menſuram commodi vel
incommodi, quod in Principales eorum, inde redundare poſſet,
Res Imperii Statuumque tractant & perturbant, animos conci-
tantes, cauſiſque, quarum exitus ſibi diſpliceret, plurimas diffi-
cultates obvelantes, ad Imperii ſalutem conducere multum vi-
debatur, iſtos à Comitiis arcere. In illis autem negotiis, quæ 40
Principales eorum ſimul tangunt, cùm abſit illa ſuſpicio, nihil im-

pedit, etiam rebus Imperii & Statuum eos adeſſe: quin & interdum utiliter eos adhiberi, Tractatûs Pacis Monaſterio-Osnabrugenſis docent, ubi Coronâ Galliæ & Sueciæ concurrente, plurima eaque ardua Imperii negotia feliciter ſunt expedita.

§. 9. Ex dictis ergo colligitur, neque hunc Articulum eſſe *reſtrictivum* poteſtatis Imperatoriæ, ſed potiùs *normativum* & talem, ut monſtret, quomodo eam circa dignitatem inprimis Statuum Imperii conſervandam Rex Romanorum diſpenſet & impertiatur.

# AD ARTICULUM VI.
## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA CONVENTUS ET UNIONES STATUUM.*

### SUMMARIA.

I. *Subditis non licet ſine Principis conſenſu conventûs agere.* 1.
*Status Imperii tamen vi hujus articuli & abſq; præſcitu Cæſaris conveniunt.* 2.
*Conventûs* [I.] ELECTORUM *ſunt vel* Generales,
*vel* particulares. 3.
*De Particularibus hîc potiſſimum agitur.* 4.
II. *Sententia Limnæi de* fundamento *ex A.B. petito.* 5.
Differentiæ *veteris & hodierni juris circa hanc materiam.* 6.
*Reſpondetur Limnæo.* 7.

III. *Conventus* [II.] STATUUM *reliquorum*
*ſunt vel* Circulares,
*vel* Collegiales. 8.
*Hi invicem differunt.* 9.
*Electores in Conventibus ſuis etiam* de Imperii negotiis *deliberant.* 10.
*Status autem reliqui cauſas ſaltem* Circulares, Collegii & *ſingulorum tractant.* 11.
*Iſta* facultas *Electoribus jam per A.B. data.* 12.
*In* Capitulationibus *autem ſtabilita eſt.* 13.

In

*In ſeqq. Capitulationibus* Stylus *quodammodo* imutatus *eſt.* 14.

Ipſum *tamen* jus *non eſt correctum.* 15.

Diſtinctio *inter Imperii negotia.* 16.

Quæ *propriè* negotia *ab Electoribus veniant tractanda in Conventibus eorum?* 17.

IV. *Jus & Officium Regis Rom. circa* Uniones *Electorum & Statuum*
*ſpectatur vel* ſeorſim
*vel* conjunctim. 18.

*Ad Uniones (1.) Electorales pertinet* Unio Rhenenſis, *quæ duplicem ſenſum habet.* 19.

*Eſtq; vel* Generalis, *omnium Electorum.* 20.

*Hujus Articuli recenſentur.* 21.

*vel* Specialis IV. *Rhenenſium.* 22.

Capita *ejus itidem enumerantur,* 23

*In præſente Articulo non tantùm ea confirmantur, quæ in Unionibus hisce jam ſunt comprehenſa.* 24.

*Sed etiam illa, de quibus in poſterum Electores ſint conventuri.* 25.

V. *Agitur (2.) de Confœderationibus & Unionibus Statuum reliquorum.* 26.

*Quorſum ſpectat* [a] *Unio* Haſſiaca. 27.

[b] Saxonico-Brandenburgico-Haſſiaca. 28.

[c] Bohemo-Saxonica. 29.

*Confirmatio harum Unionum cum reſtrictione intelligenda eſt.* 30.

VI. *Pacta* Confraternitatis *differunt ab Unionibus in genere.* 31. 32.

*Illa potiſſimum agunt de ſucceſſione reciprocâ.* 33.

*In Confraternitatibus Imperatorem excipi non eſt neceſſe.* 34.

*Conſenſus tamen Ipſius ut & Electorum hodie in iisdem inſtituendis requiri debet.* 35.

*Cujus rei idonea affertur ratio.* 36.

VII. Quæſtio *proponitur:* An Confraternitas Saxonico-Brandenburgico-Haſſiaca àb Imperatore ſit confirmata? 37.

Origo & occaſio *hujus pacti.* 38.

Acceſſio *Electoris Brandenburgici.* 39.

Capita & conditiones *ejusdem.* 40.

*Utri ſuccedant Haſſiæ Landgravii portio eorum ſemper annexum habebit Electoratum.* 41.

*Reſpondetur ad Quæſtionem propoſitam.* 42.

*Dubia circa acceſſionem Brandenburgicam; Ea removentur.* 43.

*Argumenta petuntur*

*(1.) à Confirmatione Friderici III. ad quam Scriptores provocant.* 44.

*(2.) à Confirmatione Confraternitatis Brandeburgico Pomeranica.* 45.

*(3.) è Pace Pragenſi.* 46.

*(4.) è Capit. Leopoldi & Joſephi.* 47.



Digitized by Google

*Ad Electoratum quoq; confirmatio extenditur.* 48.
VIII. *Jus & Officium Regis Rom. circa Conventûs Statuum Imperii limitatum eſt.* 49.
*Certo tamen reſpectu etiam* normativum *dici poteſt.* 50.

## §. I.

1 SUpra ad Articulum III. §.12. dictum eſt: Non licere ſubditis
ſine conſenſu Principis conventûs agere, adeoque & Rex
Romanorum Statûs Imperii ibidem contra tales ſubditorum
auſus ſe defenſurum eſſe promittit. Cùm ergo & Statûs Imperii
certâ ratione ſint ſubditi Imperatoris & Imperii, vid. Ord. Cam.
*p.2. tit.1.* hinc de conſenſu & permiſſione Imperatoris ſibi hîc
proſpiciunt: quod eo cum effectu fit, ut etiam absque interven-
2 tu Cæſaris & absque ejusdem præſcitu convenire poſſint, ſiqui-
dem negotium expediendum ipſos inprimis reſpiciat, cùm quod
lege indiſtinctè permiſſum, haud alio opus habeat conſenſu.
3 Et quidem liberum hoc eſt (1.) ELECTORIBUS. Conven-
tus autem Electorum ſunt *vel generales*, ubi omnes conve-
niunt, qualis eſt, quando Rex Romanorum eligitur: vel *parti-
culares*, uti ſunt conventûs quatuor Electorum Rhenenſium;
vel quando ſaltem excluditur Bohemus, uti ex Capitulatione
Caroli V. & ſeqq. Impp. ubi ſex tantum: & Ferdinandi IV. ubi
4 ſeptem Electoribus id permittitur, animadverti poteſt. De
particularibus autem hîc præcipuè ſermo eſt, ita ut vigore A.B.
*cap.12. §.1.* & obſervantiæ, (quod huic Capitulationi de novo
additum) nec non utriusque in hoc articulo factæ confirmatio-
nis, eosdem inſtituere Electores liberè queant.

5 §. 2. Equidem Limnæo diſplicet, quòd A. B. pro Regulâ hîc ponatur, cùm tamen quoad Conventûs Electorales ea valde ſit immutata, ita ut nihil minus hodie ſit quàm regula. vid. Eund. *ad Capitulat. Carol. V. art.5.* verb. nach Vermög der Gülden Bull. ubi varias collegit differentias. Unde quæ ſtatis & annuis

annuis temporibus olim convocari debebant Comitia, hodie reiterantur je zu Zeiten / nach Gelegenheit ut Capit. loquuntur. Sic nec perſonaliter ampliùs comparent, nec Cæſar ipſe Conventibus eorum intervenit, cùm tamen utrumque ſecundùm A.B. tenorem fieri neceſſum erat. Sed reſponderi poteſt cum Rhetio, non §. 2. A. B. c. 12. qui hodie ceſſat, dum ad arbitrium Collegii Electoralis relatus eſt; verùm §. 1. hîc intelligendum eſſe: vid Rhet. *Inſt. J. Publ. Lib. 1. tit. 6. §. 6.* Deinde obſervandum erat, Capitulationes ſe referre ad A.B. tanquam regulam, ſaltem ***ratione ipſorum Conventuum*** & Comitiorum, quòd ſcil. ſint licita & permiſſa, non verò ***ratione*** omnium negotiorum *ſingularium* ibidem tractandorum, multò minùs ***ratione modi accidentalis***, quorſum ſpectant, quæ de loco, tempore & perſonali comparitione ibidem habentur, atque ex Electorum arbitrio congruè mutata ſunt, nec pro regulâ amplius in Capitulatione noſtrâ veniunt.

§. 3. Præterea (2.) liberum quoque eſt *reliquis Imperii* 8
*Statibus* Conventûs agere tam *Circulares* quàm *Collegiales*, (quemadmodum & alia negotia ſunt Circularia, alia Collegii) eamque libertatem primùm indulſit Capitulatio Leopoldina; ſiquidem A. B. Electorum tantummodo mentionem fecit, cui priores Capitulationes ſtrictè inhærent. Differunt autem 9
Conventûs Statuum Circulares & Collegiales, dum his duntaxat illi interſunt, qui ſunt ejuſdem Collegii, v. gr. Principum vel Civitatum, nullâ habitâ ratione ad quem Circulum referantur: Illos verò frequentantii, qui ſunt ejuſdem Circuli, quamvis diverſi ſint Collegii, adeò ut nec Electores inde excludantur. Cæ- 10
terum licèt per Capitulationes Leopoldi ac Joſephi Statibus reliquis, quoad conventûs ipſos, idem juris ſit tributum, quod Electores antea habuerunt: in eo tamen adhuc inſigniter diſcrepant, dum Electores etiam *de Imperii Negotiis* deliberaturi conventûs agunt; Status autem reliqui *in Cauſis* ſaltem *Circularibus*, 11

& quæ *Collegii vel ſingulorum commodum* reſpiciunt; ibi: **So offt es die Noth und Ihr** Intereſſe **erfordert / zuſammen zu kommen**
12 **und dero Angelegenheiten zu beobachten.** Nimirum hæc ipſa facultas Electoribus jam per A. B. *c. 12. §. 1.* data eſt, quando ibi dicitur: *Principes Electores ad tractandum de ipſius Imperii*
13 *Orbisq́; ſalute frequentiùs ſolito congregentur:* quam poſtea Capitulationes firmiorem reddidêre, his verbis: **Zu Ihrer und des Heil. Reichs Nothdurfft / auch ſo ſie beſchwerliche Obliegen haben/ꝛc.** Capit. Caroli V. *art. 5.* & Capit. ſeqq. *uſq́; ad* Capit. Ru-
14 dolphi II. Et quamvis in Capitulatione Matthiæ & ſubſeqq. Impp. ſtylus quodammodo fuerit immutatus, ita ut ibidem legeretur: **Vermög der Güldenen Bull und Gelegenheit des Heil. Reichs zu Ihrer Nothdurfft/ auch ſo Sie beſchwerliches Obliegen haben ꝛc.** (id quod in Capitulatione Leopoldi & Joſephi retentum, ſed major emphaſis addita: **Nach Gelegenheit und Zuſtand**
15 **des Heil. Reichs/ zu Ihrer Nothdurfft ꝛc.**) Attamen, quia *nulla Juris* Electoribus per A. B. & Capitulationes priores quæſiti expreſſa *correctio* in ſubſeqq. Capitulationibus habetur, verba illa: **Nach Gelegenheit und Zuſtand des Heil. Reichs ꝛc.** ita ſunt explicanda, ut & hodie de negotiis Imperii deliberaturi convenire
16 queant. Interea rectè diſtinguimus inter negotia Imperii, *quæ expediri ſolent in Comitiis Univerſalibus*, omniumque adeò Imperii Statuum convocationem deſiderant: & *quæ principaliter Electores ipſorumq́; jura concernunt.* Illa enim in Conventibus Electorum Collegialibus cum effectu tractari non poſſe, manifeſtum eſt ex iis, quæ Elector Saxoniæ in Conventu Electorali Fuldæ *An. 1606.* inſtituto diſſeruit: **Dem Ungariſchen Weſen/ Niderland und Juſtitz zu helffen gehöre nicht vor Chur-Fürſten allein / ſondern vor das gantze Reich / und auch die andern Stände;** apud Londorpium, *Tom. I. Actor. publ. Lib. 2. pag. 536. n. 30.* & Limn. *ad art. 5. Capit. Caroli V. ad verba:* **Zu Ihrer und des Heil.**
17 **Reichs Nothdurfft ꝛc.** Quod ſecus eſt in his, quæ ſolùm ad Ele-

Digitized by Google

Electores ſpectant, vel in quibus Imperator Jura Imperii cum ipſis communicavit. Unde quoque Capitulationum poſteriorum cum prioribus conciliationem obiter notare licet.

§. 4. *Alterum*, quod in hoc Articulo tractatur, eſt Jus & 18
Officium Regis Romanorum *circa Uniones Statuum Imperii*, quod iterum vel ad Electores & reliquos Imperii Statûs *ſeorſim*, vel ad utroſque *conjunctim* ſpectat. Quantum igitur attinet 19
(1.) Uniones *Electorales*, Rex Romanorum approbat & confirmat *Uniones Rhenenſes* tam illas, de quibus in textu dicitur, quòd prope Rhenum ſint initæ à cunctis Electoribus, quàm quæ Rhenanos ſaltem IV. intercedit: Quemadmodum & ea, quæ taliter uniti Electores ſtatuunt aut concludunt. *Generalis* 20
omnium Electorum unio jam olim ſancita eſt Francofurti ad Mœnum *A. 1438.* ſive ut Unio Wormatienſis habet, *A. 1440.* de mutuo fœdere ſervando & ſecuritate præſtandâ; poſtquam ex Schiſmate inter Pontificem Romanum & Concilium Baſileenſe ingentium malorum cumulus Reip. Romano-Germanicæ imminebat. Quæ poſtea *A. 1502.* Gelnhuſæ, & denique Wormatiæ A. 1521. ſub Caroli V. Imperio repetita, inſigniter aucta & juramento corporali ſtabilita fuit. Atque hæc Ultima inprimis attenditur, quoties circa eam diſceptatio occurrit. In vernaculà audit: Der Sechs Chur-Fürſten Brüderliche Eynung von des Röm. Reichs wegen. Comprehendit autem *articulos* (1.) de 21
Pace invicem ſervanda. *(2.)* de confirmandis unionibus & transactionibus prioribus, (3.) de lite fortè oriundâ amicabiliter componendâ. (4.) Si componi ita non poſſit, de eâdem jure per Auſtregas decidendâ, (5.) de præſtando auxilio contra violentias & injurias. (6.) de implorando quoque Cæſaris auxilio. *(7.)* de Conventu habendo Moguntiæ, Francofurti, Gelnhuſæ vel Fuldæ, ſi ſchiſma vel rebellio fuerit exorta. (8.) de negotiis Imperium concernentibus ab uno ſolo non determinandis. *(9.)* de ſervandis iis, quæ per plura ſuffragia ſive ab ipſis in perſonâ, ſi-

Digitized by Google

mentio, quòd cum conſenſu præcedentium Imperatorum vel inita ſint & conventa, (uti generalis illa) vel approbata & ratihabita: uti ſpecialis Unio, quia hæc durante interregno facta eſt, quod primâ vice notatum in Capitulatione Matthiæ art. 4.) Sed præterea etiam ea, de quibus in poſterum Electores ſint con- 25
venturi, quæ clauſula primùm Capitulationi Leopoldinæ eſt inſerta. *art. 6.*

§. 5. Pari modo confirmat & approbat Rex Romano- 26
rum (2.) Confœderationes & Uniones alias *inter reliquos Imperii & Circulorum Statûs* initas, (quod primùm quidem Capitulationi Leopoldinæ eſt additum: Sed jam olim per A. B. *Tit. 15.* conceſſum) quales hinc inde in familiis Illuſtribus obſervare licet. Atque huc ſpectant Uniones Haſſiacæ, tam inter qua- 27
tuor Sereniſſimos fratres, Philippi Magnanimi filios, quàm inter utramque Lineam, Haſſo-Darmſtadinam & Caſſellanam ſæpiùs initæ, de quibus loquuntur *Acta Haſſiaca*; quemadmodum 28
& illa, quæ inter tres Domûs, Saxonicam, Brandeburgicam & Haſſiacam eſt celebrata, cujus capita breviter recenſet Carpzovius *de Pacto Confrat. Saxonico-Haſſiaca, cap. 1. th. 14.* Item Con- 29
fœderatio Bohemo-Saxonica **die Sächſiſche Erb-Einigung mit Böhmen**; apud Goldaſt. *in Bohemiâ, Lib. 6 cap. 18.* aliæque. *Li-* 30
*mitatur* autem iſtá confirmatio in textu, & ad illas duntaxat Uniones reſtringitur, quæ Conſtitutionibus Imperii conformes ſunt; Unde, quæ contra Imperatorem & Imperium, quippe in quovis fœdere excipiendum, ineuntur, omnino rejicit, Inſtr. P. Oſnabr. *art. 8. §. Gaudeant.*

§. 6. Peculiare verò eſt pactum unionis inter Familias Illuſtres de ſuccedendo, quod *Pactum confraternitatis* **die Erb-Verbrüderung** / vocatur. Quod uti inſigniter differt à pacto 31
Unionis in genere, ſeu Confœderatione, **von der Erb-Einigung** / quæ & **Brüderliche Einigung** vocatur, quamvis regulariter confœderationem habeat conjunctam: Ita etiam in Articulo noſtro

Nn Capi-

Digitized by Google

Capitulationis Joſephi, ibi: **Zuförderſt aber**; ſolicitè diſtingui-
32 tur. Differunt autem in eo maximè, quod pactum Confœde-
rationis (1.) in defenſione inprimis, auxiliique præſtatione con-
ſiſtat, adeoque (2.) articulos tales, quomodo pacis æquè ac belli
tempore una familia alteri debeat aſſiſtere, comprehendat: pa-
ctum verò Confraternitatis etiam de ſucceſſione reciprocâ, de
33 præſtando homagio, & conſervandis Provinciarum privilegiis
ritè diſponat. Item (3.) quòd Confœderatio Imperatorem
34 ſemper expreſſis verbis excipiat; Aſt in Confraternitatibus idem
fieri nulla cauſa ſubigit, cum non tam bella, quàm ſucceſſionem
reſpiciat. Nec Confœderatio (4.) confirmatione Cæſarea præ-
cisè egeat, cùm Statibus Imperii jus fœderum aliâs ſit conceſ-
35 ſum: Confraternitates autem non Cæſaris tantùm, ſed Electo-
rum quoque conſenſu, hodie poſt tempora Ferdinandi IV. indi-
36 gent, idque ex validiſſimâ ratione; quoniam Imperator Feuda
Imperii alioquin aperta unire rurſus cum Imperio tenetur, nec
ſine conſenſu Electorum aliis ea de novo concedere poteſt. per
Capit. Ferd. IV. & ſeqq. Impp. *art. 30.* Unde etiam (5.) cùm in-
ter Sereniſſimos Confratres, Saxones, Brandenburgos & Haſſos
Anno 1614. Naumburgi utrumque pactum renovaretur, è diver-
ſis temporibus diverſam quoque conditionem notare licuit;
ſiquidem Confœderatio die 31. Martii, Confraternitas autem
d. 1. Aprilis reſtaurata eſt. Has differentias obſervant Limnæus,
*de J.P. lib. 4 cap. 8. n. 126.* Guttich. *de Confraternit. concl. 1. lit. B.* &
alii. Prolixius verò easdem tractat Carpzov. *de pact. Confr. Sax.
Haſſ. cap. 1. th. 10. ſeqq.*
37 §. 7. Huc igitur ſpectat inſignis illa quæſtio: ***An Con-
fraternitas inter Familias, Saxonicam, Brandenburgicam atq;
Haſſiacam inſtituta, ab Imperatore ſit confirmata?*** Equidem ob-
ſervant nonnulli rerum Germanicarum Scriptores, jamjam an-
no 1262. alii verò, An. 1268. Saxonicam inter Haſſiacamque Do-
mum ſancitum eſſe pactum Confraternitatis, occaſione belli
noven-

Digitized by Google

novennalis, cui implicabantur Henricus Illuſtris, Marchio 38
Miſniæ, ac Sophia, Mater Henrici Infantis; pace tandem per
iſtud pactum feliciter reſtitutâ. Acceſſit deinceps *anno 1457.* 39
familia Brandenburgica; & inſecuta reſtauratio *An. 1587.* inter
Auguſtum Saxoniæ, & Joh. Georgium Brandenburgicum Ele-
ctorem, nec non IV. Fratres Haſſiæ Landgravios: item *An. 1571.*
menſe Septembri, Schonbergæ, poſtremo *A. 1614.* Naumburgi;
(quæ renovatio cæteris obſervatu dignior) eo cum effectu, ut ſi 40
alterutram ex Saxonicâ vel Haſſiacâ familiâ extingui contige-
rit, ſuperſtes Saxonica vel Haſſiaca duas tertias, Brandenburgi-
ca verò tertiam unam ex pacto caperent. Sin Brandenburgica
prior eſſet extincta, reliquæ ſuccederent in portiones æquales,
ita tamen ut utrobique Haſſiacæ parti ineſſet Electoratus. Ta- 41
bulæ habentur ipſæ apud Limnæ. *Lib. 4. J. P. cap. 8. n. 172. ſeqq.* Ad 42
quæſtionem ergo ut reſpondeamus, de Confraternitate Saxo-
nico-Haſſiacâ res omnino certa eſt, quandoquidem à Carolo
IV. & ſubſeqq. Impp. tum ſpecialibus Sanctionibus, tum in ipſis
Inveſtiturarum literis toties confirmata cernitur. vid. Limn. *Lib.*
*4. J. P. c. 8. n. 161.* ubi Caroli IV. diploma recenſet. Enimverò circa 43
acceſſionem Brandenburgicam dubium moveri poſſet, quo-
niam expreſſa Cæſaris Confirmatio, & Electorum pariter ac
Bohemiæ Poloniæque Regis, ob feuda, quæ Sereniſſimi illi
Confratres ab utroque poſſident, conſenſus adhuc dum deeſſe
ipſi videntur. Quia tamen (1.) confirmationem à Friderico III.
jam fuiſſe impetratum teſtantur Limnæus, *Tom. IV. J. P. ad Lib. 4.* 44
*c. 8. p. 620.* & Winckelmannus *in Chronic. Haſſiaco*; præterea
(2.) Maximilianus II. cùm An. 1574. d. 18. Martii pactum Con-
fraternitatis Pomeranum inter & Brandeburgicum quoad Ter- 45
ras Neo-Marchiæ & Sternbergæ ultra Viadrum, nec non quoad
feuda caſtrorum Lockeniz & Vierraden confirmâſſet, mentio-
nem ſimul injecit Confraternitatis à Brandenburgico, ante cen-
tum & quod excurrit, annos cum Saxone & Haſſo ſtabilitæ;



Digitized by Google

daß Er in ſolche inſerirte Erb-Verbrüderung in allen und jeden
ihren Puncten/ Articuln/ Innhaltungen/ Meinungen und Begreif-
fungen gnädiglich conſentiret/ gewilliget / auch confirmiret und be-
ſtätiget; ut tabulæ docent apud Limn. *Tom. IV. J. P. ad lib. 4. cap. 8.*
46 *pag. 621.* (3.) Accedit Pax Pragenſis, de An. 1635. §. So ſoll auch/
77. ubi dicitur: Daß dardurch der 3. Chur- und Fürſtl. Häuſer/
Sachſen / Brandenburg und Heſſen uhralte von den Römiſchen
Käyſern confirmirte Erb-Einigung und Erb-Verbrüderung un-
47 beſchadet ſeyn ſolle. Et denique (4.) Capitulatio Leopoldi &
Joſephi artic. 6. in fin. Unde meritò pro affirmativâ pronun-
48 ciandum eſt. Quod æquè ad Electoratum extenditur, quippe
dum claris verbis in pactis confratriis eſt comprehenſus, in ge-
nerali quoque Pactorum confirmatione eundem comprehendi
neceſſum eſt. Vid. Limn. *ad A. B. c. 7. §. 3. Obſ. 8.* Rhet. *Inſt. J. P.
Lib. 1. Tit. 7. th. 17.*

49 §. 8. Ex iſtis, quæ ad hunc Art. 6. ſunt dicta, ſequitur: Jus
& Officium Regium Imperatoris quoad conventûs Statuum
Imperii eſſe *limitatum*, adeò ut citra quoque conſenſum Impe-
ratoris Conventus agere queant, quod aliâs meris ſubditis eſt
interdictum, quemadmodum ſupra ad Art. 3. §. 12. ex *L. 1. §. 1. ff.
ad L. Jul. Maj.* & *L. 3. §. 1. ff. de Colleg. L. 1. ff. quod cujusq. Univ. 2.
Feud. 53. §. 2.* demonſtravimus. Quatenus verò Jus illud circa
50 Uniones Statuum & Confraternitates verſatur, *normativum*
eſt, dum ſcil. ea ſaltem confirmat, quæ ab antiquo ſunt conceſ-
ſa. Confraternitates autem futuras quod attinet, quoniam
non niſi cum Electorum conſenſu Imperator eas confir-
mabit, Jus iſthoc itidem *limitatum* dici
convenit.

*COM-*

# COMMENTATIO
## AD
# ARTICULUM VII.
## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA UNIONES ILLICITAS SUBDITORUM STATUUM IMPERII ET
# NOBILITATIS IMMEDIATÆ.
## SUMMARIA.

I. Jus Fœderum *exercetur ab illis qui in Statu naturali vivunt.* 1.
*Unde illud* oriatur? 2.
*Subditis non licet inire fœdera abſq; conſenſu ſummi Imperantis.* 3.
*Qui ſecus faciunt, in* Crimen læſæ Majeſtatis *incidere dicuntur.* 4.
*Nec fœderum nomine digna ſunt* illicitæ *ſubditorum* colligationes. 5.

II. *Quid heic premittat Rex Rom?* 6.
*An Subditorum* proceſsûs *adverſus Imperii Statûs poſſint eſſe* Legitimi. 7.
*Quo caſu prius* informatio *requiritur.* 8.
*Si malitia Subditorum* notoria, *à limine ſtatim judicii repellendi.* 9.
*Statûs Imperii cum auxilio vicinorum ſubditos refractarios ipſi in ordinem redigere poſſunt.* 10.

III. *Per Subditos intelliguntur nobiles æquè ac plebeji.* 11.
*Vox* Nobilium *prioribus Capitulationibus ad Ferdinandum IV. uſq; inſerta.* 12.
*In Capitulatione autem Leopoldinâ vocabulum* Landſaſſiorum *ſubſtitutum.* 13.
*Per* correlatum *Subditorum denotantur Statûs Imperii.* 14.
*Hæc diſpoſitio ad Ordinem Equeſtrem ſeu Nobilitatem immediatam quoq;* extenditur. 15.

IV. *Jus iſthoc Cæſaris Majeſtaticum* non limitatum, *ſed* normativum *eſt, & poteſtatis Regiæ confirmativum.* 16.
*Cur in hoc Articulo mentio fiat Conſilii Statuum Imperii?* 17.
*Superioritas territorialis per hunc Articulum egregiè ſtabilitur.* 18.



Digitized by Google

## §. I.

1 FOederum Jus *ad Jura Majeſtatis* Regia refertur , ſeu ad
eos, qui invicem *in Statu naturali* vivunt, ubi cuilibet
jus & poteſtas eſt ea ſtatuendi, quæ ad ſalutem ſuam facere
2 cenſet : Proinde ſi qui ſoli non ſufficiunt propellendis inju-
riis, (cùm Judice deſtituantur) quærere licet aliena auxilia,
ex quo reſultat *Jus Fœderum.* Cùm verò Civitate introdu-
ctâ haudquaquam alii in Statu naturali vivant, quàm *Sum-*
3 *ma poteſtates* ipſæ : Inde aliis, ceu ſubditis, licitum non eſt
inire fœdera ſine conſenſu Imperantium ; namque eo negle-
4 cto Crimen læſæ Majeſtatis committunt , juxta Ulpianum
in L. 1. ff. ad L. Jul. Maj. Hinc etiam iſtiusmodi uniones
vocantur *fœdera illicita* , *colligationes* , *factiones & conjura-*
5 *tiones* , & ſi quæ ſunt alia factionum nomina. In textu
noſtro dicuntur **unziemliche häſſige Bündnüſſe / Verſtrickun-**
**gen und Zuſammenthun.** Vid. de prohibitis privatorum fœ-
deribus, Feſch. *de Fœd. th. 10. & 3. lit. D.* Dietericus *ad A.B.*
*tit. 15. verb. Et Civitatum.* Wahremund. ab Ehrenberg, *Lib. 1.*
*de Fœd. c. 2. p. 239.* Scharff. *de Jure fœd.*

6 §. 2. Tales itaque *Colligationes* non tantùm, ſed &,
quæ *finis & effectus* ipſarum ſunt , & vim injuſtam ſubdito-
rum contra Electores Principes & Statûs reliquos ſive jam
ſuſceptas , ſive adhuc ſuſcipiendas (1.) *diſſolvere* & amove-
re iisque in tempore occurrere , nec (2.) per decernendos
*Proceſſus*, per Commiſſiones , Reſcripta & Mandata iisdem
*anſam dare* aut frigidam ſuffundere ſe velle promittit Rex
Romanorum. Intelliguntur autem hîc Proceſsûs *non le-*
7 *gitimi*, quos LL. & praxis Imperii etiam ſubditis iniquè op-
preſſis contra Statûs permittunt , ſed reprobati, & illi qui
ex

Digitized by Google

ex *præcipitantiâ* quadam, Statibus inauditis, decerni fortè
poſſent; ceu verba indicant: **Ertheilung unzeitiger** Proceſ-
ſen. Item: **Durch Übereilung Anlaß gegeben werde.** Undè 8
à Judice Camerali æquè ac Judicio Cæſareo Aulico *informa-*
*tio* priùs requiri ſolet, quàm Proceſsûs ejusmodi decernantur,
vel Mandata emittantur; **Wird ein Schreiben umb Bericht er-**
**kannt**: niſi malitia ſubditorum *ſit notoria*, quo caſu à limi- 9
ne Judicii ſtatim repelluntur. Quòd ſi verò lis coram Ju-
dicio Camerali vel Cæſaris Aulico pendens jam eſſet, celerem
(3.) juſtitiæ adminiſtrationem Rex Romanorum promittit.
Quemadmodum & (4.) concedit, ut ipſi Statûs ſubditos 10
ſuos *cum auxilio* Statuum *vicinorum* in ordinem redigant, ſi-
mulatque Jura Superioritatis ſuæ, quæ habent, fortiter pro-
pugnent, ſaltem ut agendi modus Imperii Legibus confor-
mis obſervetur.

§. 3. Sicut autem per Subditos hîc denotantur, 11
omnes, qui Statibus reverâ ſint ſubjecti, ſive *nobiles* illi ſint,
ſive *ignobiles & plebeji*, quod non ſolùm voce: **Landſaſſen;**
& formulâ generali: **und anderer/ was Standes und Würden**
**die ſind**; innuitur, ſed inde etiam, quòd priores Capitula-
tiones ad Ferdinandum IV. uſque *nobilium* expreſſis verbis 12
meminerint; **der Unterthanen/ des Adels und gemeinen Volcks;**
(quanquam in Capitulatione Leopoldinâ id paulò aliter ſi- 13
gnificatum ſit, dum ita habent verba: **Der Landſaſſen/ Un-**
**terthanen/ gemeinen Volcks und anderer/ was Stands und**
**Würden ſie ſeyen;**) Ita hîc per correlatum intelliguntur Stâ- 14
tûs Imperii, qui dum ſuperioritate territoriali & *majeſtate*
quandam *analogâ* gaudent, eandem poteſtatem in ſubditos,
quâ ſummi Imperantes utuntur, jure meritòque heîc ſibi
vindicant. *Extenditur* autem hæc diſpoſitio ad *Nobilitatem* 15
quoque *immediatam*, quæ licèt ſuperioritate territoriali,
quate-

Digitized by Google

quatenus Majeſtas eſt analoga, quam Statûs inde potiſſimum ſibi acquiſivêre, quòd in conſortium aſciti fuerint, non gaudeat: *Ex privilegio* tamen hîc eadem facultas ipſi tanquam egregio Corporis membro tribuitur, quemadmodum in aliis quoque juribus fieri deprehendimus.

16 §. 4. Ex dictis videre eſt, Jus hoc Cæſaris Majeſtaticum non eſſe *reſtrictivum* poteſtatis, *ſeu limitatum*, ſed potius *normativum*, & poteſtatis regiæ *confirmativum*, cùm aliâs ad poteſtatem Principis regiam ſpectet, ejusmodi conſociationes & colligationes diſſolvere, ſeditionibus & tumul-
17 tibus occurrere, ſtrenua contra eas remedia adhibendo. Et quamvis in hoc Articulo mentio fiat Conſilii Statuum Imperii, ibi: **Mit Ihrer der Churfürſten / Fürſten und anderer Stände Rath und Hülff daran ſeyn**; id tamen ſic intelligi poteſt, ut Imperatoris Jus Majeſtaticum prorſus non diminuat. Scil. Imperii Statûs *in ſubſidium quaſi* adſtringuntur, quò Cæſari in repellendis ejusmodi iniquitatibus, quoties opus fuerit, viribus ſuis & conſilio adſiſtant: quin etiam, ſi publicis Sanctionibus ac interdictis tumultûs illi fuerint ſedandi, Statûs utique officium ſuum interponunt, quoniam *poteſtas Legislatoria* ac *Jus Comitiorum* cum ipſis ſunt commu-
18 nicata. Unde ſimul pateſcit hunc Articulum inſigniter *augere* Jus & *poteſtatem* Imperii Statuum *autocraticam*, ſive Superioritatem territorialem, cùm nempe ſubditi illorum uniones ac fœdera pangere ſine prævio conſenſu prohibentur, & talia quoque fœdera in cenſum illicitarum conſociationum ac colligationum apertâ Sanctione referuntur.

# COMMENTATIO
## AD
# ARTICULUM VIII.
## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA PROTECTIONES EXTRANEORUM ET EXEMTIONES.

## SUMMARIA.

I. *Connexio hujus articuli cum* Art. præced. 1.
*Jus Clientelare etiam ad* Uniones *ſpectat, licet* inæquales. 2.
*Hic agitur de Jure Clientelari* intra *Imperii limites exercendo.* 3.
*Cur Materia de* Exemptionibus *huic art. ſit ſubnexa?* 4.

II. *In clientelam aliorum ſe tradunt non tantum* Imperii Statûs. 5.
*Et Libera Imperii* Nobilitas. 6.
*Sed etiam membra Imperii* mediata, *& Statuum Subditi.* 7.
*Quod tamen repugnat Juri Civitatis.* 8.
*Et publicis Imperii Legibus.* 9.
*A.B. tales Uniones diſertè vocat illicitas.* 10.
*Jus fœderum exercere pugnat cum vinculo ſubjectionis.* 11.
*Incommoda, quæ inde ſequuntur.* 12
*Exemplum Civitatis Hildeſienſis.* 13.
*Prohibitio hæc quibusnam Capitulationibus ſit inſerta?* 14.

III. *Dicta prohibitio* limitatur, *ſi tales Uniones fiant*
(1.) *Conſenſu Domini;* 15.
(2.) *Ex privilegio vel præſcriptionis iure.* 16.
(3.) *Urgente extremâ neceſſitate.* 17.
(4.) *Conferendo ſe in tutelam Imperatoris.* 18.

IV. *Rex Romanorum contra protectiones illicitas medelam promittit, & quidem*
[1.] *Se tales non conceſſurum.* 19.
[2.] *Nec conceſſas confirmaturum.* 20.
[3.] *Sed laboraturum, ut revocentur.* 21.
[4.] *Vel ad priſtinos limites reſtringantur.* 22.
*Clientes regulariter patrocinium ſemel ſuſceptum excutere non poſſunt.* 23.
*Fieri tamen interdũ, & quando?* 24.

V. *Inter incommoda Protectionis extraneæ eſt* quoque Turbatio Juriſdictionis. 25.

*Patroni communiter* Juſtitiæ adminiſtrationem *ſibi vendicant.* 26.

*Extraneorum in Juſtitiæ adminiſtratione interventus non poteſt non Imperii Statibus exitio eſſe.* 27.

VI. *Agitur de* Evocationibus *Bullæ Brabantinæ prætextu factis.* 28.

*Quid ſit Bulla Brabantina?* 29.

*Tenor ejus eſt*

*(1.) Ne quisquam in Vaſallos & Subditos Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi Ducum Juriſdictionem exerceat.* 30.

*(2.) Ne repreſſaliæ fiant per arreſta vel quæcunque moleſtationes.* 31.

VII. *Aliter hanc Bullam interpretantur Belgæ & Brabantini.* 32.

*Hinc querelis data eſt occaſio.* 33.

VIII. *Has querelas ſæpius iterarunt Status Circuli Weſtphalici.* 34.

*Jam olim Impp. gravaminibus iſtis occurrere tentarunt.* 35.

*In utroque Pacis Inſtrumento abuſus Bullæ Brabantinæ atro carbone notantur.* 36.

*Nec non in Capitulatione Leopoldinâ.* 37.

IX. Duo *ſunt, quæ Rex Rom. circa hanc rem promittit.* 38.

Primum, *de Proceſſibus hisce* evocatoriis *prorſus abolendis.* 39.

*Ipſo tamen* privilegio *in ſalvo manente.* 40.

*Quod interpretandum eſt ſecundùm Jus Commune.* 41.

*Unde rectè abuſus ſaltem hîc tolluntur.* 42.

X. Alterum *de Conſilio ſeu placito Imperii ſuper hac re, effectui dando.* 43.

*Quod jampridem urgebant Imperii Status.* 44.

*Remedium, quo Statibus gravatis heic ſuccurritur, eſt* Jus retentionis. 45.

XI. *Quæſtio movetur de prætenſâ Exemptione X. Civitatum Alſaticarum.* 46.

*Quarum* Præfectura Provincialis *per J. P. ceſſa eſt Galliarum Regi.* 47.

*Per hanc tamen Præfecturam intelligitur duntaxat* Speciale Jus Protectionis. 48.

*Quemadmodum ipſa Capitulatio Ferdinandi IV. ſic eam appellat.* 49.

*In ſubſeqq. tamen Capitulationibus Stylus aliquantùm eſt immutatus.* 50.

*Rex Galliæ, qua occaſione præter iſtam protectionem plura prætendat Jura?* 51.

*Feuda Epiſcopatuum, Metenſis, Tullenſis & Virodunenſis, titulo* reunitionis *ſibi ſubjecit.* 52.

*Argentoratum deniq; ipſum ſub poteſtatem ſuam redegit.* 53.

Ceſſo

*Ceſſio dd. Civitatum in J. P. non aliter facta eſt, quàm ſalvâ immediatate erga Imper. Rom.* 54.
*Hinc Rex Romanorum huic tuendæ & recuperandæ operam pollicetur.* 55.
XII. *Agitur de* Metatis & inhoſpitationibus Exterorum *in terris Imperii.* 56.
*Per quas via ad exemtionem ſternitur.* 57.
*Quò ſpectant querelæ diverſorum Imperii Statuum contra inhoſpitationes Gallorum.* 58.
XIII. Remedia *quæ malis* in hoc art. *recenſitis ſunt adhibenda, tendunt vel* ad amicabilem compoſitionem *vel* viam facti. 59.
Illuc *reſpicit* Interpoſitio Imperatoris. 60.
Huc *verò pertinent* repreſſaliæ. 61.
XIV. *Jura hactenus tractata non ſunt* reſtrictiva *poteſtatis Regiæ, ſed potius* normativa *& conſervativa.* 62.
*Ratio additur.* 63.
XV. *Nobilitas Imperii Immediata in hoc art. à Statibus Imp. ternâ vice diſtinguitur.* 64.
*Unde pro Imperii Statu ex mente Capitulationis haberi nequit.* 65.

## §. I.

ACtum eſt in Articulo præcedenti de *Unionibus illicitis,* 1
quas invicem ineunt ſubditi in præjudicium ſui Principis ſeu Statûs Imperii. Hîc agitur de *Jure Clientelari*, quando ſubditi unius Statûs in alterius Clientelam vel ſponte concedunt, vel aliâ ratione ea Protectoribus & Advocatis eſt quæſita. Sicuti 2
verò hîc quoque ſubeſt *unio* quædam & conſociatio, licèt *inæqualis*, dum plerumque clientes potentiorum tuitioni ſeſe committunt: ita quin optimè cohæreat cum præcedentibus hæc materia, dubitandum non eſt. Diſpicitur autem inprimis *de* 3
*Jure Clientelari* quod Protectores & Advocati *intra Imperium*, qui videl. & ipſi Statûs ſunt, exercent; nam de aliis, extra Imperii limites degentibus, quorum fortè protectionis auxilium implorare poſſent Statuum ſubditi, tractare hujus loci non eſt. Et 4
quoniam per protectiones ſimul ad exemptionem à ſuperioritate territoriali via ſternitur; inde conſultum habebatur, de *Exemtionibus* quoque nonnulla ſubnecti.



Digitized by Google

§. 2. Clientelæ alterius ſe tradere ſolent non tantùm **Im-**
perii *Status* & ***membra*** ejuſdem *immediata*, (quod facere iiſdem
omnino permiſſum eſt: quippe cùm fœderum jus pro ſuâ cu-
juſque ſecuritate & conſervatione inter ſe & cum exteris exer-
ceant, *per verba textûs in Inſtr. Pac. art. 8.* §. Gaudeant. ſub gene-
re etiam ſpeciem, fœdera nempe Clientelaria pangendi faculta-
6 tem comprehendi oportet.) quemadmodum & *Liberæ Imperii
Nobilitati* idem tribuit atque ex Ordinatione Ferdinandi I.
**von der Freyen Ritterſchafft in Schwaben** A. 1561. confirmatâ pro-
7 bat Mageruſ *de Advoc. Arm. c. 6. num. 98. ſeqq.* Sed etiam *media-
tis* Imperii *membris* & Statuum ſubditis id olim in more erat, ut
ob quamcunque ferè cauſam alterius protectionem ſubirent.
Hinc textus Articuli hujus ad hos quoque dirigitur; **Uber im-
mediat- und mediat-Städte und Stände vor Alters gegebenen
8 Schutz und Schirms-Brieff** &c. *ferè per tot.* Cæterùm ſi de
Jure quæſtio moveatur, certum eſt, qui in Statu ſubjectionis ver-
ſantur, nunquam rectè fœdera ejusmodi clientelaria inire poſſe:
diverſiſſimam proindè heic conditionem eſſe ſubditorum &
Statuum Imperii, quibus iſtam facultatem nemo facilè in du-
9 bium vocaverit. Et ſanè in publicis Imperii Legibus jamdu-
dum erat prohibitum: *Ne ſubditi ſine Domini ſui conſenſu alte-
rius ſe protectioni committant*; ut videre eſt ex *R. J. Spirenſi, de
A. 1529.* §. **Wir auch Churfürſten.** 10. ibi: **Keiner des andern Un-
terthanen und Verwandten des Glaubens oder anderer Urſachen
halber in ſondern Schutz und Schirm wider die Obrigkeit nehmen
ſollen.** Quod repetitum in **Käyſerl. Landfrieden zu Augſpurg** *de
A. 1548. in pr.* §. **Als Weyland Käyſer** *Maximilianus I.* ibi: **Ohne
Ihrer Obrigkeit Wiſſen und Willen in Schutz und Schirm an-
nehmen** &c. *& in R. J. de An. 1555. in Pace Religionis.* §. **Es ſoll auch.**
10 23. Imò in *Aureâ Bullâ tit. 15. in pr.* inter confœderationes & ob-
ligationes illicitas refertur, ſi prætextu parentelæ ſeu receptionis
11 in numerum civium ſubditi cum aliis conſocientur. Eo ipſo
enim

enim Jus fœderum ſibi arrogant, ſeque legitimo Principis aut
Domini ſui Imperio ſubducunt, quod cum vinculo ſubjectionis
pugnat, per ea, quæ dicta ſunt ad *Art. præced.* Hinc oriuntur
tot lites ac diſſidia; hinc pax publica turbatur, & S. R. I. juriſdi- 12
ctio, auctoritas & Jura imminuuntur: Hinc tot egregia Impe-
rii membra eidem ſubtrahuntur; & quæ ſunt alia mala ac in-
commoda in Articulo recenſita? Unde etiam eſt, quòd Carolus
V. Imp. in Mandato quodam Wormatienſi *de A. 1548.* ap. Hort-
leder. *de C. B. Germ. Lib. 5. c. 17.* Hildeſienſem Civitatem graviter
increpet: **Daß dieſelbe nicht befugt geweſen / ſich auß dem ſchuldi-** 13
**gen und Pflichtigen Gehorſamb ſeiner Andacht (Biſchoffs** Valen-
tini) **außzuziehen / Abſchweiff zu nehmen / und in der Einigungs**
**Verwandten Bündnüs zu ergeben.** (vid. hanc quæſt. prolixè tra-
ctantem Mart. Magerum de *Advocat. arm. cap. 6. num. 244. ſeqq.*
& quos allegat *num. 330. ſeqq.* Addatur Rumelinus *ad A. B. p. 2.*
*Diſſ. 5. th. 9. p. 508. ſeqq.*). In Capitulationibus quidem anteriori-
bus illa prohibitio aliquandiu eſt omiſſa: à Ferdinandi tamen 14
IVti tempore diligentiùs inſerta, quemadmodum in Iſtius æquè
ac Auguſtiſſimorum Leopoldi & Joſephi Capitulationibus id
cernere licet.

§. 3. Dicta tamen prohibitio *limitatur*, (1.) Si id fiat con- 15
ſenſu Domini, per **Käyſerl. Landfrieden zu Augſpurg.** *de A. 1548. in*
*princ.* §. **Als Weyland.** ibi: **Ohne Ihrer Obrigkeit Wiſſen und**
**Willen.** (2.) Si Civitati Municipali ex privilegio vel præſcri-
ptione id competat. *d. Conſt. de A. 1548. d. §. ibi:* **Ohne Wiſſen**
**und Willen, anders / dann wie es jederzeit herkommen.** *R. J. de A. 1555.*
**§. Es ſoll auch.** 23. (3.) Si extrema id urgeat neceſſitas, ut ſi Ma- 16
giſtratus ordinarius ipſos deſerat & defendere nolit, vel non poſ-
ſit, vel denique animum Principis exuat ac ſubditos peſſundet.
(4.) Si conferant ſe in tutelam Imperatoris, cui aliâs ſubordi- 17
natè ſubjecti ſunt. Quas limitationes latiùs perſequuntur Ma-
ger. *d. l. n. 339. ſeq.* & Reinking. *de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 4. n. 74. ſeqq.*



Digitized by Google

add. Myler. *in addit. ad Rumelin. ad A. B. p. 2. Diſſ. 5. th. 9. in fin.*

§. 4. Hîc itaque Rex Romanorum contra ſubditorum Statuum Imperii apud exteros & à Jurisdictione Imperii exemtos quæſitam vel uſurpatam protectionem medelam promittit.
19 (1.) Quando Protectiones tales nec ſe conceſſurum nec paſſu-
20 rum eſſe, ut petantur vel recipiantur; (2.) nec à Cæſaribus olim
pro temporum circumſtantiis conceſſas & receptas per Reſcri-
21 pta confirmaturum. Verùm (3.) allaboraturum ſeſe pollice-
tur, quò mediante Interpoſitione ſuâ vel aliâ ratione eædem vel
22 revocentur, vel omnino tollantur, vel (4.) minimùm ad limites
priorum Conceſſionum reducantur, ulterioribus extenſioni-
bus viâ præcluſâ. Hoc ultimum tamen in ſubſidium duntaxat
23 promittitur, quando ſcil. revocatio locum non invenit. Etenim
Clientes regulariter Patrocinium ſemel ſuſceptum illius pertæ-
ſi, ſine juſtâ causâ, invito Protectore, excutere non poſſunt. *arg.
L. fin. ff. de Pact.* vid. Myler. *ad Rumelin. A.B.p.2.Diſſ.5.th.18.ſeqq.
& de Princip. Imp. c.18.n.25.* Mager. *de Adv. armat. c.16.num.220.*
24 Quamvis idipſum fieri interdum poſſit, ut ſi patrocinium non
*in perpetuum*, vel *indefinitè*, ſed ad *certum tempus* ſit ſuſceptum;
vel Protector jure ſuo abutatur, & qui ſunt alii modi, quibus jus
Advocatiæ deſinit, quos vide ap. Mager. *de Advoc. arm. c. 16.
per tot.*

§. 5. Inter *incommoda* verò, quæ ex Protectione extra-
neorum reſultant, recenſentur quoque *turbatio juriſdictionis* in
25 adminiſtrandâ juſtitiâ, cùm ſæpius hac occaſione Imperii ſubdi-
ti ad alienum forum evocentur; ibi: Wider ihre eigene Landes-
Obrigkeit in Civil- und Juſtiz-Sachen des Heil. Reichs Satzun-
26 gen zu wider etc. Nam quia Patroni Clientes & armis & ſcriptis
defendunt, *c. Imperialem. 2. F. 55. c. brevi. X. de Jurejur.* Gail. *2. obſ.
54.* Etiam Juſtitiæ adminiſtrationem ſibi communiter attri-
buere ſolent. Cùm verò in Imperio Romano ſaluberrimæ LL.
ſint

ſint conſtitutæ, adeoque juſtiſſimum ſit, ut Imperii Statûs ipſorumque ſubditi defenſione & Juſtitiæ adminiſtratione, ſive cauſas religionis ſive alias ſpectes, ex æquo gaudeant, absque interventu extraneorum, utpote qui non poteſt non Statibus Impe- 27
rii periculoſus atque exitioſus eſſe: (vid. Autorem Comitiologiæ *in part. 4. cauſ. dimin. Imp. 6. n. 39.* ubi lepidè ait: **daß der Baum frembder** protection **mehr** Occidentaliſche **als** Orientaliſche **Früchte bringe.**) inde meritò Rex Rom. talibus extraneorum protectionibus ſe occurſurum eſſe pollicetur.

§. 6. Qua occaſione ſimul in hoc Articulo agitur de *Evo-* 28
*cationibus*, quæ ſub prætextu *Bullæ Brabantinæ* in præjudicium Electorum, Principum & Statuum Imperii ipſorumque ſubditorum in Hollandiâ, Brabantiâ & ab aliis exteris exercentur.
Eſt autem hæc Bulla Brabantina nihil aliud quàm Privilegium 29
Caroli IV. Imp. Johanni, Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ Duci, Sacrique Rom. Imperii Marchioni ipſiusque hæredibus & ſucceſſoribus A. 1349. octavo Kal. Auguſti, Aquisgrani datum,
cujus tenor is eſt: (1.) Ne ullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Co- 30
mes, Princeps, Baro, Nobilis aut cujusque conditionis, Eccleſiaſticus ſive temporalis, in quibuscunque cauſis aliquam jurisdictionem ſeu judiciariam poteſtatem in ſubditos, Vaſallos & Servitores dicti Ducis, heredum & ſucceſſorum ipſius in Ducatu Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgi, nec non in Marchionatu Imperii, ad inſtantiam cujuscunque perſonæ, tam intra quàm extra limites eorum dominiorum evocando, citando, appellando, abjudicando, præſtando, banniendo, proſcribendo, aut alios actus judiciarios faciendo per ſententias interlocutorias ſeu definitivas exercere præſumat; niſi à Judicibus Ducis & ipſius heredum ac ſucceſſorum juſtitia fuerit denegata; ſed potiùs ſen-
tentiæ illæ irritæ ac inanes declarantur. (2.) Nec repreſſaliæ 31
fieri, vel aliquis ex dictis terris loco & vice alterius arreſtari ſeu detineri, rebus aut corpore moleſtari debeat, ſub pœna indi-
gnatio-

Digitized by Google

gnationis, deſtitutionis & amiſſionis jurium ſuorum & 100. marcarum auri puri; uti Bullam hanc ediderunt Limnæus, *in Lib. 5. J.P.c.3.n.53.* & Thulemarius *in A. B. §. 7.*

32 § 7. Cùm verò hanc Bullam ita interpretentur Belgæ & Brabantini, [1.] ut nemo ſubditorum Brabantinorum in Imperio Rom. neque in foro rei ſitæ, neque in loco delicti vel contractûs conveniri vel puniri poſſit, & ſiquidem id factum fuerit, ipſi reum evocaverint; ſin evocationi non fuerit delatum, Repreſſaliæ contra quoscunque Imperii ſubditos ab illis ſint adhibitæ. [2.] Ut ſi reus in Imperio domicilium & rem ibi ſitam habens tam in actionibus realibus quàm perſonalibus evocetur in Brabantiam, & ſi compareat animo ſaltem declinandi forum, vel ſi non compareat, in contumaciam condemnetur, & poſtea repreſſaliæ inſtituantur, ut loco debiti 100. florenor. tertiis innocentibus 10000. florenorum detineantur & ſub haſtâ vendantur. [3.] Ut immunitatem prætendant in Bonis in Imperio ſitis à quibusvis oneribus, & ſi illa non præſtetur, repreſſalia exerceant. [4.] Ut Princeps, Comes vel Nobilis in Imperio à Rationariis ſuis Brabantinis rationem requirere, vel pro re natâ eos ab officio removere non poſſit; ſed Brabantini repreſſaliis ſuis Dominum eò adſtringant, ut eos in officio retinere vel cauſam judicio Brabantino decidendam committere cogatur, utut Officialis Privilegio Bullæ juratò renunciaverit. [5.] Ut armatâ manu ſingulis luſtris limites circumire atque extendere ſemper præſumant. [6.] Ut ſi reus Brabantinus, qui feudum à Statu Imperii tenet, & à Paribus Curiæ Feloniæ condemnatus appellat ad Cameram; per repreſſalias eò Dominus adigi poſſit, quò Proceſ-
33 ſum Cameralem deferat, & Judicem Brabantinum adeat. Hinc querelis data eſt occaſio, quas exhibent Circuli Weſtphalici Inferioris Memorialia An. 1641. & 1603. ad Statûs Imperii transmiſſa, cum Legatorum Burgund. Reſponſ. ap. Londorp. *in Actis publ. Tom. 5. Lib. 1. num. 169. ſeqq. pag. 685. ſeqq.*

§. 8. Sunt

Digitized by Google

§. 8. Sunt verò querelæ illæ Statuum Circuli Inferioris 34
Weſtphalici ſæpiùs repetitæ, ut Acta Comitiorum Anni 1582.
1594. 1598. 1603. 1641. aliorumque teſtantur. Unde etiam Impe- 35
rator in R. J. de An. 1598. §. Ob Wir nun wohl. 72. promittit, ſe
ad fratrem Albertum, Archiducem Auſtriæ & Belgii tum tem-
poris Gubernatorem Generalem literas daturum, ut Gravami-
nibus iſtis occurrat, atque remedium quærat. In Receſſu quo-
que Imperii *de A. 1641.* §. So haben Wir. 95. Regi Hiſpaniæ pa-
riter ac Cardinali Infanti ſe remonſtraturum aſſerit, quò tales
proceſsûs gravantes omittantur. Nec minùs in Inſtr. Pacis 36
Cæſar. Suecic. art. 9. §. 1. abuſus Bullæ Brabantinæ indeque natæ
Repreſſaliæ & Arreſta tollenda ſtatuuntur; quod etiam *in Inſtr.
P. Cæſ. Gallico* §. *67.* repetitum. Verùm quia res effectu caruit, ad
monita Statuum Imperii de An. 1658. id tandem Capitulationi 37
Leopoldinæ eſt inſertum, idemque poſtea in hac Joſephi ſine
mutatione repetitum.

§. 9. Promittit autem Rex Romanorum in præſenti ar- 38
ticulo præcipuè *duo*, quæ in hoc negotio obſervare velit. *Pri-* 39
*mum* eſt, Proceſsûs illos Evocatorios omnino caſſandos & abo-
lendos eſſe. Sicut enim illi Proceſsûs omnino ad abuſus Bullæ
Brabantinæ pertinent, quos (non verò privilegium ipſum) tol- 40
lendos jubet Inſtrum. Pac. *loc. ſupra cit.* & ipſi quoque Legati
Burgundici in Comitiis A. 1603. Bullam illam non aliter ſunt in-
terpretati, quàm ut ſecundùm Jus Commune & ita intelligere- 41
tur: *Ne ſubditi Brabantini in perſonalibus extra territorium
evocentur, nec Proceſsûs contra eosdem ab arreſto incipiantur*;
id quod colligere licet tum *ex R. J. de A. 1641.* §. Nachdem auch.
*94. in fin.* tum ex ipſo Memoriali *d. 25. Junii A. 1603.* in Comitiis
exhibito, & in Comitiis Ratisbonenſibus *A. 1641.* denuò produ-
cto, ap. Londorp. *Tom. V. Act. Publ. Lib. 1. num. 169. pag. 688.* Ita, 42
cùm Imperator jam ſæpiùs promiſerit, ſe abuſibus illis eſſe oc-
curſurum, uti teſtantur R. J. ſupra allegati, non ſine gravi causâ

hic quoque Rex Romanorum eos ſe ſublaturum & caſſaturum eſſe pollicetur.

§. 10. *Alterum*, cujus hic promiſſio facta, eſt, quòd *Con-*
43 *ſilium* ſeu *Placitum* (Gutachten) Statuum *Imperii*, de quo A. 1594. inter ipſos eſt conventum, ſit executioni dandum. Equidem
44 hoc ipſum jam A. 1598. urſerunt Imperii Statûs; ſed tum temporis nihil ampliùs eſt obtentum, quàm ut literæ ad Albertum Archiducem dandæ promitterentur, uti videre eſt in *R. I. de A. 1598.* §. Ob Wir nun wohl. 72. ibi: **Was auch Uns bey jüngſter Reichs-Verſammlung allhier A. 94. wie dieſen Beſchwerlichkeiten mit andern Proceſſen zu begegnen und abzuhelffen ſeyn möchte / und für ein Bedencken dem gemeinen Reichs-Schluß einzuverleiben überreicht worden / und derowegen itzo unterthänigſt erſucht / daſſelbe / was alſo bedacht / durch jetzigen Abſchied zu bekräfftigen; So haben Wir Uns jedoch &c.** Quale verò id fue-
45 rit remedium, de quo ut Statibus Imperii gravatis ſuccurreretur, eo tempore erat conventum, ſequentia verba textûs noſtri innuunt, JUS ſcilicet *Retorſionis* ſeu *talionis*, quo Germani contra Brabantinos in ſimili caſu utantur, ex regulâ & *tit.* Juris: *Quod quisq; juris in alterum ſtatuerit.* &c.

§. 11. Cùm præterea inter incommoda ex protectione extraneorum reſultantia, etiam hoc reperiatur, quòd inde facilè ad *exemptiones* procedatur, quemadmodum jam ſupra diximus, & ex verbis articuli apparet; ibi: **Dardurch dann des H. Reichs**
46 Jurisdiction, Autorität **und Hochheit auch mit Einziehung anſehnlicher Glieder gar** intervertirt **worden.** Hinc iſtâ occaſione in hoc quoque Articulo agitur de Exemptione decem unitarum Imperialiumque Civitatum Alſatiæ, Hagenojæ, videl. Colmariæ, Seleſtadii, Weiſſenburgi, Landaviæ, Oberehenhemii, Roshemii, Monaſterii in Valle S. Gregorii, Kaiſersbergæ & Turckhemii; quæ recenſentur *in Inſtr. Pac. Cæſareo-Gallico. §. 73.* Ha-
47 rum quippe Civitatum *Præfectura Provincialis* (ut ibi dicitur) ſive

ſive *Landvogtheia*, cum omnibus pagis & aliis quibuscunque Juribus, quæ à dictâ præfecturâ dependent, illo tempore ſunt ceſſa Regi Regnoque Galliarum, per *d. §. 73. Inſtr. P. Caſ. Gallici.* Enimverò decem illæ Civitates Imperii jura illa ceſſa haud aliter interpretabantur, quàm ut Rex Galliæ *Speciale Jus Protectionis*, quo antea gaviſi ſunt Auſtriæ Archiduces, in ipſas eſſet adeptus: Ante enim 300. circiter annos decem illas Civitates contra invaſiones Lotharingorum & Auſtraſiorum fœdere ſemet ſociâſſe, & cum conſenſu Cæſareæ Majeſtatis *in clientelam* Principis alicujus vicini, ſalvâ tamen immedietate ſuâ, ſalvisq; aliis ſuis juribus ac privilegiis, ſe dediſſe, quæ primùm fuerit penes Duces Lucelburgicos, poſtea ad familiam Electoralem Palatinam, denique ad Archiduces Auſtriæ tranſierit, prout non ſolùm dictæ Civitates in Memoriali ac Deductione ſuâ, quam An. 1647. Legatis ad Tractatûs Pacis Weſtphalicæ congregatis exhibuêre, allegant & deducunt, apud Gaſtelium, *de Statu Europæ c. 32. num. 48. ſeqq.* Sed in ipſâ quoque Capitulationi Ferdinandi IV. art. 6. *Speciale jus Advocatiæ* & Protectionis tantummodo ſalutatur, quamvis in Capitulatione Leopol[illegible] & in hac Joſephi ſtylus ſit mutatus, ita, ut loco verborum **auſſer des** *Juris ſpecialis, Advocatiæ ſeu protectionis* poſitum ſit: **auſſer des** *Juris Præfecturæ Provincialis.* Rex verò Galliæ hoc ipſo protectionis Jure non erat contentus, ſed occaſione Epiſcopatuum, per *§. 70. Inſtr. P. Caſ. Gall.* ipſi ceſſorum, Metenſis ſcil. Tullenſis & Virodunenſis, in quorum diſtrictûs Jura ſuperioritatis aliaque omnia, quæ hactenus ad Romanum ſpectabant Imperium, in poſterum poſſidenda accepit, plura prætendere annixus eſt, omnia quæ quondam in dictas Civitates Romanum Imperium exercuit Jura, ſibi ceſſa eſſe aſſerens; Hinc præter alios Imperii Statûs Liberamque Alſatiæ Nobilitatem, (quorum bona tanquam Feuda iſtorum Epiſcopatuum per Edictum Parlamenti Metenſis, *reunire*, uti loquitur, intendebat) dictas non modò

48 49 50 51 52

Pp 2 Civita-

Civitates, ſed brevi poſt (durante adhuc Compromiſſo) ipſum
53 quoque *Argentoratum* poteſtati ſuæ prorſus ſubjecit, inque nu-
merum municipalium reduxit. Vid. Bericht was wegen der Metz⸗
Tull⸗ und Verduniſchen Lehens ⸗ Sachen vorgangen bey denen
vom Heil. Röm. Reich und der Cron Franckreich eligirten und be⸗
liebten Herrn Arbitrorum, Subdelegirten Räthen von A. 1667. biß
1670. apud Fritſchium *in Notis ad Inſtrum. Pacis* & in Diario Eu-
ropæo *Tom. 21. pag. 297. ſeqq.* Quoniam verò Regi Galliæ ceſ-
54 ſio dictarum X. Civitatum, perinde uti Civitatis Argentinenſis,
aliorumque utriusque Alſatiæ Romano Imperio immediatè
ſubjectorum Ordinum, nec non immediatæ Nobilitatis haud
aliâ ratione facta eſt, quàm *ſalvâ libertate & poſſeſſione immedie-
tatis erga Imperium Romanum*, ut cernere licet ex Inſtrum. Pac.
55 Cæſ. Gallic. §. *Teneatur. 87.* Proinde Rex Romanorum tam in
Capitulatione Ferdinandi IV. art. 6. quàm etiam in ſubſequenti-
bus Leopoldi & Joſephi art. 8. promittit, ſe operam daturum,
quò ſæpiùs dictæ Civitates, æquè ac alii Statûs immediati in ſuâ
libertate ſartæ tectæque conſerventur.

§. [illegible]2. Tandem etiam *Exemptioni* illi ſe occurſurum prò-
56 mittit Rex Romanorum, quam exercent & intendunt *Exteri*
in Principatûs, Epiſcopatûs, Comitatûs & Baronatûs Imperii
(contra Leges & pacificationes publicas) *Metatis & inhoſpita-
tionibus* aliisque moleſtiis bellicis eos vexando. Uti enim hoc
modo non tantùm Pacis utilitate nullâ gaudent, ſed perinde ac
57 Subditi vel Statûs mediati tractantur: Ita cùm & hac occaſio-
ne via ad exemtionem ſternatur, fas erat huic Articulo de gra-
vaminibus hujusmodi nonnulla inſerere. Unde etiam ortæ
58 ſunt querelæ Circuli Burgundici, Würtenbergiæ Ducis ratione
Comitatûs Montisbeligardenſis aliorumque Statuum & mem-
brorum Imperii transRhenanorum contra inhoſpitationes Gal-
licas & alia attentata, quæ eousque proceſsêre, ut tandem eos-
dem ſibi omnino ſubjicere fuerit auſus; quam in rem videantur
quæ

Digitized by Google

quæ collegit Fritſchius *ad Inſtrum. Pac. Cæſ. Gall. ad §. 3. ſeqq. pag. 632. ſeqq.*

§. 13. *Remedia* verò, quæ malis in hoc Articulo recenſitis 59
ſe adhibiturum eſſe Rex Rom. promittit, vel ad *amicabilem
compoſitionem*, vel *viam facti* reduci poſſunt. *Illuc* ſpectat *inter-* 60
*poſitio*, quam ſtrenuè ſe præſtiturum binâ vice in hoc articulo
aſſerit, quòd ſcil. mediatione & autoritate ſuâ Cæſareâ, miſſis
eum in finem Legatis, remonſtrando, admonendo, ad paria ſe
offerendo, aliiſque argumentis perſuaſoriis, id quod juris &
æqui ratio efflagitat, obtinere ſit tentaturus. *Huc* verò perti- 61
nent *Repreſſaliæ* & aſſiſtentia realis, quando ſcil. mediante vicinorum Statuum Circularium auxilio violentiis exterorum obviam ire oppreſſòsque defendere promittit. Inter alias enim utilitates Circulorum inſtitutorum & hæc eſt, quòd ad vim externam propellendam in promptu ſint belli auxilia, juxta *R. J. de A. 1570.* §. Und ſollen. 21.

§. 14. Vidimus ergo ex hactenus dictis Jus circa Imperii
Civium Protectionem ab Exteris præſtandam, pariter ac reli-
qua Jura Imperatoris Regia de Exemptione ſive à Jurisdictione 62
ſive ab Immedietate in hoc articulo tractata non eſſe *reſtricti-
va* poteſtatis Regiæ, ſed potius *normativa* & *conſervativa*, ita
ut exinde eorum, quæ aliâs ſunt officii Imperatorii & Regii eò
magis admoneatur. Namque ad officium Summæ poteſtatis 63
Regium pertinet, ut ipſa potius defendat Subditos, quàm ut aliorum protectionem eos quærere vel Clientelæ exterorum ſubmittere ſe patiatur. Quò etiam faciunt verba hujus Articuli: Alſo männiglich forthin in Unſern und des Heil. Reichs alleinigen Schutz und Verthädigung gelaſſen und Churfürſten / Fürſten und Stände des H. Reichs ſamt der ohnmittelbahren Reichs Ritterſchafft und allerſeits angehörigen Unterthanen ohne imploration in- und außwertigen Anhangs und aſſiſtentz bey gleichem Schutz und adminiſtration der Juſtiz in Religion- oder Profan-Sachen

erhalten werde. Quemadmodum ad Officium Regium id quoque ſpectat, ut ipſe ſummus Imperans, non verò alius & peregrinus ſubditis ſuis jus & juſtitiam adminiſtret, inque ſuâ eos ſubjectione & obſequio conſervet, nec eximi aut liberari ab aliis patiatur.

64 §. 15. Antequam hunc Articulum finiamus, notare, præter ea, quæ jam ſupra hanc in rem diximus, liceat obiter, Nobilitatem Imperii immediatam ab Ipſis Imperii Statibus ternâ vice in præſenti articulo contradiſtingui, quanquam ferè ubivis
65 eadem prorſus Jura ac privilegia huic tribui obſerventur. Quæ diſtincta formularum conceptio, cùm valdè frequens ſit in Capitulatione, argumento eſt, ex mente ejuſdem Nobilitatem Immediatam pro Statu Imperii non haberi.

# *COMMENTATIO*
## AD
# ARTICULUM IX.
## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA UNIONES SUBDITORUM MEDIATORUM IMPERII CUM EXTERIS, VEL CUM ALIIS IMPERII STATIBUS HORUMVE SUBDITIS.*

## SUMMARIA.

I. *Connexio hujus Articuli cum præcedente monſtratur.* 1.
*Hic agitur de Unionibus ſubditorum Imperii mediatorum quibuscunq;* 2.
*Quibus obicem ponit Rex Rom.* 3.
*Jus Fœderum Imperii Statibus per J. P. eſt confirmatum.* 4.
*Et reſtrictum.* 5.
*Subditis autem Imperii mediatis nunquam conceſſum.* 6.
*Et Privilegia eum in finem impetrata*

*trata prorſus irrita declarantur.* 7.
*Idq; tribus de cauſis.* 8.
*Ex promiſcuis ſubditorum fœderibus ingens malorum cumulus oritur.* 9.
*Imperii LL. heic ſæpius proſpexerunt.* 10.
II. *Singularis* ratio prohibitiva *horum fœderum qualis ſit?* 11.
*Sub Fœdere Hanſeatico multæ olim Municipales comprehenſæ ſunt.* 12.
*Æquum erat fœdus iſtud tolerari ob utilitatem commerciorum* 13.
*In Receſſibus Imperii nuſpiam rejicitur.* 14.
*In I.P. tacitè approbatur.* 15.
*Nec ergo ex hoc articulo Capit. ejus prohibitio evincitur.* 16.
*Licèt abuſus in hoc quoq; fœdere ſæpiſſimè notati hîc præcaveantur.* 17.
*Exemplum Civitatis Monaſterienſis malè à Belgis Fœderatis prætextu Hanſeatici fœderis auxilium petentis.* 18.
III. *Sub Unionibus iſtiusmodi prohibitis comprehenduntur.*
(1.) *Confœderationes tam defenſivæ quàm offenſivæ.* 19.
(2.) *Protectiones illæ de quibus actum in Art. præc.* 20.
(3.) *Mediationes Exterorum.* 21.
*In Statu Civili Jus eligendi Mediatorem ad arbitrium Principis eſt reſtrictum.* 22.
(4.) *Guarantia ſeu pacis defenſio.* 23.
*Hæ recenſitæ ſpecies in hoc articulo claris innuuntur verbis.* 24.
*Prætextus & color earum ſimiliter hîc indigitatur.* 25.
IV. *Dictæ Uniones illicitæ examinantur* ratione Subjecti? 26.
*Unio cum exteris inprimis ſeverè prohibetur.* 27.
*In his enim periculum omnimodæ exemptionis ſubeſt.* 28.
V. *Quotuplici remedio hasce Uniones impedire velit Rex Rom.?* 29.
*Limitatur iſta prohibitio ex Articulo præced. 8. ſi privilegio ſubditi ſint muniti.* 30.
*Rurſus affertur exemplum Civit. Monaſterienſis.* 31.
*Quæ fruſtra provocavit ad alias Urbes.* 32.
*Omnia iſtiusmodi jura ad poſſeſſionis exercitium ſunt reſtringenda.* 33.
VI. *Colligitur hunc Articulum non eſſe poteſtatis Regiæ* reſtrictivum. 34.
*Sed partim* normativum. 35.
*partim* conſervativum. 36.

§. I.

DIctum eſt in Articulo VII.mo de Unionibus Subditorum, mediatorumque Statuum illicitis, quas inter ſe quadam conſpi-

2 conſpirationis & conjurationis ſpecie inire ſolent. Hîc agitur de Unionibus, quas inſtituere fortè contendunt, ſive cum *Principibus* ſummam poteſtatem, eamque vel *verè* vel *analogicè* talem habentibus, ut ſunt Imperii Statûs; ſive cum ipſorum *Subditis*. Sicut enim Uniones hæ non minùs ac illæ pro colligationi-
3 bus & conſociationibus illicitis ſunt habendæ, ita his quoque obicem ponere conſtituit atque promiſit Rex Romanorum.
4 Equidem Imperii Statibus *Jus fœderum* confirmat Inſtrumentum Pacis Cæſ. Suecicum *art. 8. §. Gaudeant.* (quod etiam antea exercuiſſe eos, conſtat ex *A.B. cap. 15. R.J. de A. 1529.* §. Und als ein Abſchied. *35. in fin.* nec non ex *Ord. Cam. p. 2. tit. 9.* §. So jemand. 2. Ubi jus fœderum amittere dicitur, qui crimen fractæ pacis com-
5 mittit.) modò fiant ejusmodi fœdera *Salvo Jure Imperatoris & Imperii*, inprimis quando tendunt ad Imperii ſalutem & defenſionem publicam, faciliòremque expeditionem Circularis in-
6 tentionis, uti verba & tenor Articuli docent. Neutiquam verò idipſum conceditur ſubditis Imperii *mediatis*, ſed ſi quæ eum in
7 finem impetrarunt privilegia, illa prorſus irrita declarantur: ſiquidem aliâs (1.) iniquè ſibi Majeſtatis Jura, quale omnino eſt
8 Jus Fœderum, arrogarent, (2.) poteſtatem ſuorum Dominorum per indirectum excuterent, (3.) Exteris optatam occaſionem ſuppeditarent, qua negotiis Imperii & inprimis Statuum cauſis, quas cum ſuis ſubditis habent, ſeſe immiſcere, refractariis aſſiſtere, ipſorumque commodis contra Dominos invigilare poſ-
9 ſent. Quæ certè mala ex promiſcuis ſubditorum fœderibus oriunda eò anguſtiarum Imperii Statûs brevi redigerent, ut à ſubjectis vel omne exui obſequium vel ſubinde fræna mordendo ægerrimè illud præſtari, animadvertere & experiri cogeren-
10 tur. Quanquam Imperii Legibus ſuper iſtis incommodis ſæpius cautum appareat, dum non ſolum in *Capitulationibus*, ſed etiam in *A. B. Tit. 15.* & *Receſſibus Imperii*, iſto præſertim *de A. 1548.* vom Käyſerl. Landfrieden. §. *1. &c.* fœdera ſubditorum ſollicitè prohibentur.

§. 2. Sin-

§. 2. Singularis quoque *ratio prohibitiva* ejusmodi fœ- 11
derum eſt, quòd obſervatum ſit, Exteros ſub prætextu *fœderis*
*Hanſeatici* rebus Imperii & Statuum haud rarò ſe immiſcuiſſe.
Conſtat autem, hoc Fœdere non tantùm Civitates quasdam 12
Imperiales, ſed multas quoque Municipales, ut Hannovera,
Eimbecca, Buxtehuda, Stada, Hamelia, Minda, Roſtochium,
Lüneburgum, Gryphiswalda, Colberga aliæque, fuiſſe ſocia-
tas; vid. Catalogum Civitatum Hanſeaticarum apud Hageme-
jerum *de fœdere Civit. Hanſeat.* & Gaſtel. *de Stat. Europ. cap. 32.*
*n. 132.* Et ſanè æquum erat, fœdus iſtud tolerari, ſi commoda 13
& utilitatem commerciorum, quorum causâ primitus eſt ini-
tum, reſpicias: Unde nec in Receſſibus Imperii, utut ejusdem 14
ſæpius ſit facta mentio, ullibi improbatum reperitur. Quin po- 15
tiùs ex Inſtr. Pac. Cæſ. Suecic. art. 10. §. fin. tacita ejus approbatio
haud obſcurè colligi inde poteſt, quòd ex Paciſcentium conſen-
ſu Regina Regesque Sueciæ Civitatibus Hanſeaticis navigatio-
nis & commerciorum libertatem conſervare velint. vid. Limn.
*Lib. 7. Jur. Publ. c. 1. num. 79 ſeqq.* Rhet. *Lib. 2. Inſt. Jur. Publ. Tit. 22.*
*§. 2. ſeqq.* Proinde nec in hoc articulo Capitulationis noſtræ 16
fœderis iſtius multis retrò ſeculis continuati prohibitio ſimpli-
citer facta dici poteſt. Quando tamen Civitates municipales
illo fœdere in Dominorum præjudicium frequentiùs ſunt abu-
ſi, & viciſſim Exteri ſub prætextu illius res Statuum Imperiique
defenſis contra Dominos ſubditis, ac Unionibus horum confir-
matis, turbarunt ſæpiſſimè; ſed cauſarum habebat Rex Rom.
cur Dominis hîc ſuccurrat, fœderis iſtius abusûs atro carbone 17
notatos præcavendo, &, quantum fieri poteſt, è medio tollendo.
Unde cùm An. 1657. Civitas Monaſterienſis, in celebri iſtâ cum 18
Epiſcopo ſuo controverſiâ ab Imperatore A. 1656. d. 9. Dec. De-
cretum impetrâſſet de meliùs probandâ poſſeſſione immemoriali
Juris præſidii & Clavium, portarum, Vallorum, murorum, &
ſymboli ſeu teſſeræ militaris, quam contra Epiſcopum præten-

[illegible] que non contentus à [illegible] Fœderato vi *Hanſeatici Fœ-* [illegible] auxilium ac protectionem petiiſſet, Belgæq; eidem aſſi[illegible] parati eſſent. Civitas ſuccubuit; ut documenta teſtantur [illegible] Londorpium *in Actis publ. Tom. 7. p. 1155. & Tom. 8. pag. 50. ſeqq. & p. 191. ſeqq.* [illegible] Burgoldenſ. ad Inſtr. Pac. Diſcurſ. 19.

19 §. 3. Comprehenduntur autem ſub prohibitis illis Unionibus (1.) Confœderationes tam defenſivæ quàm offenſivæ, cùm, uti ſupra dictum, ad ſummam poteſtatem cujusque Reip., non vero ad extraneos pertineat, defendere Cives. Hinc etiam Epiſcopus Monaſterienſis Civitati aſſerenti, ſe defenſionem ſaltem à Belgis efflagitare, reſpondit: Jus defenſionis Urbis Monaſterienſis adverſus omnem vim competere Principi Epiſcopo, qui cùm ipſam auxilio deſtituere nunquam intenderit, Civitatem externa cum Hollandis fœdera nullo jure quærere.
20 vid. Burgoldenſ. *ad I. P. p. 1. Diſc. 21. pag. 399. n. 11.* (2.) *Protectiones* illæ, de quibus in præcedenti Articulo, qui nunc tractationis ge-
21 neralis locum ſubire poteſt, actum erat. (3.) *Mediationes exterorum*, ita ut nec aliarum poteſtatum mediatio, obortâ lite, quæri debeat. Licèt enim hoc remedium ab ipſo *Jure Naturæ* cuilibet conceſſum videatur, ut ſe ſuaque, quoties virium propriarum defectum ſentiat, adhibitis aliorum auxiliis ac mediationibus defendat atque protegat: id tamen ut æquè in *Statu Civili* inter ſubditos, quorum jus ſtatuendi de ſuâ ſalute adeoque &
22 electio Mediatoris *ad arbitrium Principis* eſt reſtrictum, admittatur, nulla ratio movere poteſt, ſiquidem horum diverſa longè conditio eſt ab iis, qui *in Statu naturali* vivunt, quibus demum rectè facultas iſta & arbitrii libertas competere dicitur. (4.) Sub
23 Unionibus illis prohibitis porrò comprehenditur *Guarantia*, ſeu Pacis & concordiæ initæ defenſio, quoniam, per hactenus
24 demonſtrata & hæc Principi potiùs quàm aliis incumbit. Hæ recenſitæ ſpecies in præſenti Articulo ſat claris & perſpicuis exprimuntur verbis, ibi: Noch einige Confœderation, Protection, Media-

Digitized by Google

Mediation und Guarantie ſub quocunque prætextu vel colore einziehen oder auffrichten mögen. Ipſe verò *prætextus & color* in 25
ſubſequentibus declaratur; nimirum, ſive id fiat per modum petiti auxilii, ſive *Indigenatûs*, ubi quis in Civem vel indigenam alterius ſe recipi deſideret, quæ receptio jam *in A. B. Tit. 16. de Pfalburgeris* eſt prohibita; ſive etiam per modum protectionis, & qui ſunt alii.

§. 4. Porrò etiam hæ Uniones habentur illicitæ *ratione* 26
*ſubjecti*, quoad illos, cum quibus inſtituuntur. Et (1.) quidem ſi unio ſit inita cum exteris Principibus & Rebuspublicis (2.) cum Statibus Imperii, (3.) cum ipſorum Statibus Provincialibus ſeu ſubditis; Inter quas inprimis prior illa ſeverè prohibetur. Nam licèt nec iſta, quæ cum aliis Imperii Statibus vel ipſorum 27
ſubditis initur, absque præjudicio veri Domini fieri facilè queat; quoniam tum quoque ad exemtionem & obſequii detrectationem via ſternitur; Attamen quoad exteros majus periculum 28
idquo *omnimodæ exemptionis* ſubeſt, hinc firmiùs etiam in Articulo ſuper hoc mali genere cautum eſt, per verba: Inſonderheit aber diejenige/welche ſich wider Ihre Lands-Obrigkeit an frembde Gewalt hängen. ꝛc.

§. 5. Hisce ergo ſe occurſurum promittit Rex Roma- 29
norum, *(1.) dehortando*, durch Abmahnungs-Schreiben begegnen/ *nec (2.) permittendo*, ut contra Leges Imperii tale quid committatur; ſed ſi qui ſecus faciant *(3.) procurando*, ut omnia in priſtinum ſtatum reducantur, contumaces verò, maximè illos, qui Exterorum auxilia quærunt, ſecundùm Conſtitutiones Imperii, etiam *(4.) viâ facti*, legitimè tamen, procedendo. Id- 30
ipſum verò *limitatur* ex articulo 8. præced. niſi fortè ſubditi mediati tali jure unionis gaudeant, ſive ex privilegio, ſive immemoriali poſſeſſione; Quemadmodum Civitati Monaſterienſi in 31
Decreto Cæſareo de A. 1656. ſupra allegato probatio poſſeſſionis immemorialis eſt reſervata, & cùm dicta Civitas ad exem-

plum urbium, Lubecæ, Bremæ & Hamburgi, quæ fœdus cum
32 Hollandis contraxerant, provocaret, adeoque ſibi, tanquam Civitati pariter Hanſeaticæ idem licere urgeret, reſponſum tulit, Civitates illas Matriculæ Imperii inſertas, duasque priores in notoriâ immedietatis poſſeſſione eſſe, quod de Monaſterienſi dici nequeat. Quò pertinent ea, quæ tradit Burgoldenſis *ad I. P. p. 1. diſc. 21. pag. 398. n. 4.* Cæterum ut omnia iſtiusmodi jura ad
33 *privilegii* tenorem vel *poſſeſſionis* exercitium reſtringantur, intendunt verba articuli præcedentis, ad quem in noſtro Articulo, ibi: **Jedoch mit der in vorhergehendem** 8. Articul **vermeldter** reſtriction *&c.* remiſſio facta. Sunt autem verba Articuli præcedentis procul dubio ſequentia: **Oder zum wenigſten in die Schrancken ihrer erſten** Conceſſion **ohne eintzige fernere deren** Extenſion reducirt **werden ſollen.**

34 §. 6. Ex hactenus dictis colligere eſt, neque hunc Arti-
35 culum eſſe poteſtatis Cæſareæ *reſtrictivum*, ſed officii ſaltem *normativum*, de cætero verò poteſtatis regiæ *conſervativum*:
36 cùm aliàs regii ſit officii, proſpicere, ne ſubditi mediati cum exterâ poteſtate, & quæ ipſius loco eſt, Uniones faciant, fœdera ineant, aliaque audeant, unde ad exemtionem obſequiique excuſſionem aditus parari queat.

# COMMENTATIO
## AD
# ARTICULUM X.
## *DE IURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA UNIONES ET FOEDERA IMPERII ROMANO-GERMANICI ET STATUUM IPSIUS.*

## SUMMARIA.

*I. Connexio generalis quatuor Articulorum præcedentium indigitatur. 1.*

*Propoſitum hujus Articuli. 2.*

*II. Vex*

II. *Vox* Unionis, *latiùs patet voce* fœderum. 3.

*Jus Fœderum Imperii olim penes Imperatorem & Electores tantum erat.* 4.

*Quamvis jam ante Caroli V. tempora Statibus quoq; illud ipſum fuiſſe communicatum probetur.* 5.

*In I. P. non tam* novum jus *circa fœdera, quàm veteris Juris* confirmatio *Statibus tribuitur.* 6.

*In Capit. Ferdinandi IV. claris verbis conſortium hujus Juris Statibus aſſeritur.* 7.

III. *Dicta* limitantur *in caſibus moram non ferentibus, ubi conſenſus Electorum ſufficit.* 8.

*Idem in aliis Imperii negotiis obſervatur.* 9.

*Verba Capitulationum huc ſpectantia inſeruntur.* 10.

IV. *Conſenſus Electorum tum non à ſingulis, ſed in Conventu Collegiali eſt impetrandus.* 11.

*Limitatio quæ habetur in Capit. Ferdinandi III.* ipſum Jus Electorale, *non verò modum, cujus hic mentio fit, ſpectare videtur.* 12.

*Differentia ſuffragii à ſingulis, & in Collegio petiti.* 13.

*Olim majoris partis conſenſus pro Collegiali reputabatur.* 14.

*Cur hodie unanimis omnium conſenſus requiratur.* 15.

*Conventus illi Electorales auctoritate Imperatoris à Moguntino indicuntur.* 16.

*Vocabulum* Mahlſtatt *unde derivetur?* 17.

*Quid* Mallus *olim denotârit?* 18.

Mahlſtatt *quemvis locum conventus alicujus ſolennis indigitat.* 19.

V. *Diſtinctio circa fœdera, quæ proprio nomine & ratione ſuarum Ditionum Imperator pangit.* 20.

*Imperator circa Ditiones, quas poſſidet ut Status Imperii, fœdera contrahendi æquè ac alius Status, reſtrictam poteſtatem habet.* 21.

*Non tamen ſibimet ipſi obligari dicendus eſt.* 22.

*Idem* ſuo modo *obſervatur reſpectu aliarum terrarum, quæ extra Imperium Cæſari parent.* 23.

*Licèt Rex. Rom. quoad has Imperio non ſit obſtrictus.* 24.

VI. *Jus Fœderum Statuum Imperii ſingulorum hic ſubnectitur.* 25.

*Illud ſimiliter ab antiquo exercuerunt Status.* 26.

*Confirmatio hujus Juris fit ſub eâdem limitatione, quæ traditur in I. P.* 27.

*Nova tamen limitatio in Capitul. ſuperadditur.* 28.

VII. *Docetur in fine, Articulum hunc Regiæ poteſtatis eſſe* reſtrictivum. 29.

§. I.

1 DE Fœderibus ac Unionibus diverſimodè hactenus actum eſt: Et quidem de confirmandis Unionibus Statuum olim initis *in art. 6.* De illicitis unionibus Subditorum mediatorum inter ſe, *in art. 7.* De Protectionibus eorundem, *in art. 8.* Poſtre-
2 mò de Unionibus in genere cum exteris, *in art. 9.* Nunc de Confœderationibus ſeu Unionibus ipſius Regis Romanorum, tam *ſuo* quàm *Imperii* nomine ſanciendis, ut & de Fœderibus *Statuum*, quatenus illa vel *inter ſe* vel *cum exteris* licitè iniri poſſunt, tractatio incidit.

3 §. 2. Jus ergo fœderum ſeu unionum Imperii (utrumq; ſic exprimitur in Capitulatione, ibi: **Keine Bündnüs noch Einigung;** ſiquidem Uniones latiùs patent nec Confœderationes tantùm, ſed & Protectiones, Mediationes & Guarantias, de quibus ad Articulum præcedentem dictum erat, comprehendunt) quod
4 concernit, olim ad Imperatorem & Electores tantùm id ſpectâſſe, manifeſtum evadit ex *Art. 7. Capitulationis Caroli V.* ſive
5 illa cum exteris, ſive cum Imperii Statibus inirentur. Viciſſim tamen conſtat, jam ante tempora Caroli V. & quidem ſub Imperio Maximiliani I. Statuum Juribus & hoc fuiſſe annumeratum: *Ne Imperator cum Exteris ſine ipſorum conſenſu fœdera pangeret:* vid. R. I. ſeu **Ordnung des Landfriedens zu Wormbs** de A. 1495. Tit: **Die Königl. Majeſt. ſoll kein Krieg anfahen;** ibi: **Ohne Wiſſen und Willen jährlicher Verſammlung kein Krieg oder Fehde anfangen / noch einig Bündnüs oder Einigung mit**
6 **frembden** Nationen **oder Gewalten machen.** Unde per Capitulationem Caroli V. ante indigitatam, ſolos quidem Electores in conſortium iſtius Juris fuiſſe admiſſos: de hinc tamen per Pacem Weſtphalicam Statibus non tam *novum jus* attributum quàm veteris juris redingratio & *confirmatio* facta eſſe cernitur, quando in art. 8. §. Gaudeant. Inſtrumenti Pac. Cæſ. Suec. ſtatutum eſt: *Ne ſi pax aut fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia*

*gotia peragenda fuerint*, *id ſine Conſenſu Statuum Imperii fiat.* Cæterum in *Capitulatione Ferdinandi IV. art. 7.* claris verbis 7
Conſortium hujus Juris Statibus aſſeritur, ſimulatque in ſubſequentibus Leopoldi & Joſephi repetitum & confirmatum legitur, ibi: **Wir haben dann zuvorhero der Churfürſten / Fürſten und Stände Bewilligung hierzu erlanget.**

§. 3. Dicta tamen *limitantur* in caſibus moram non fe- 8
rentibus, ubi tantùm Conſenſus Electorum requiritur, prout ita ſeſe explicat Capitulatio Ferdinandi IV. 11; **Es wäre dann daß** publica ſalus **und** utilitas **eine mehrere Beſchleunigung erforderte**; idque eò magis, quoniam ante illa Ferdinandi IV. tempora Electorum conſenſum unicè adhiberi ſufficiens erat. Ut enim ſæpe rebus gerendis cunctatio ſolet eſſe noxia: ita hic inprimis poſtulat ſalutis publicæ ratio, ne deliberatio circa res celeri curſu expediendas, in plures diſtrahatur. Idem in aliis negotiis, 9
quæ ad Imperii ſecuritatem defenſionemque tendunt, obſervandum eſt, ut ſcil. tum indiſtinctè ſufficere debeat conſenſus Electorum, Statuum reliquorum deliberatione ad tempus Comitiorum ſuſpenſâ. Atque hoc indicatur in verbis Articuli, 10
Capitulationi Leopoldinæ primùm inſertis: **Wie ſonſten in allen andern des Reichs Sicherheit concernirenden Sachen / alſo auch in dieſer / erlangen.** Quemadmodum circa Jus Belli infra in *Art. 13.* eſt diſpoſitum, **daß ſolches zum wenigſten mit der ſämtlichen Chur-Fürſten Vorwiſſen / Rath und Einwilligung zu gebrauchen ſeye.**

§. 4. Requiritur autem, ut hic conſenſus *non à ſingulis* 11
ſigillatim, ſed *in Conventu* Electorum *Collegiati* congregatis, **auff einer** Collegial-**Zuſammenkunfft / und nicht durch abſonderliche Erklärungen**; impetretur. Quamvis enim in Ca- 12
pitulatione Ferdinandi III. hoc ſit limitatum & reſtrictum, ſi caſus non ſint ſubiti: attamen, niſi error ſcribentis & tranſpoſitio vocum ſubſit, in aliis Capitulationibus id repetitum non invenitur;

nitur; quamobrem illam limitationem *ipſi Juri* Electorali eſſe
13 appoſitam, probabilius eſt. Cæterùm à ſe invicem differunt ſuffragia à ſingulis, & in Collegio congregatis petita: per illa namq; conſenſus Collegii, ſeu Univerſitatis, quà corpus eſt morale, non ſtatim infertur; quoniam quæ ſunt Collegii, eorum exercitium non habent ſinguli, quà tales. Unde etiam provenisſe dicendum eſt, quòd olim majoris partis conſenſus, tan-
14 quam Collegialis ſuffecerit, ceu conſtat ex Capitulationibus ſuperioribus ad Ferdinandum uſque III. *in verbis:* **ſambtlich oder des mehrern Theils auß Ihnen**; utut in ſeqq. Imperatorum, Ferdinandi IV. Leopoldi & Joſephi Capitulationibus id fuerit mutatum, omiſſâ formulâ: **Oder der mehrern Theils auß Ihnen.**
15 Hodie tamen *unanimis omnium conſenſus* hîc requiritur, cùm circa fœdera ineunda haud facilè tanta ſubeſſe poſſit celeritas, ut ordinario modo procedi, & res in Comitiis tractari nequeat; Nec ſufficit conſenſum illum in ſingulorum Curiis requiri, ſed opus eſt Collegiali conventu, maximè cùm Electores hîc in ſub-
16 ſidium in *caſu* ſaltem *neceſſitatis Comitia* repræſentent. Uti verò Conventûs iſtiusmodi auctoritate Imperatoris à Moguntino indicuntur: ita etiam promittit, ſe opportuno loco & tempore id facturum: ibi, **zu gelegener Zeit und Mahlſtatt.** quemadmodum circa Comitia indicenda ferè eadem proviſio facta, infra in art. 17. Ubi notandum eſt, in textu **Mahlſtatt** dici, non
17 **Wahlſtatt/** prout nonnullis legere placuit. Etenim à *Mallo* ſeu *Mahlo* derivatur, quæ vox Germanis olim metonymicè judi-
18 cium denotabat; ſiquidem *Mallus* ſignum erat in locis, ubi judicium habebatur, ſuſpendi ſolitum. Unde provocare in jus dicitur: *mannire ad mallum*, **für Gericht mahnen oder fordern/** Et *Mahlmann* idem eſt ac **Dingpflichtig/** ſive qui jurisdictioni alte-
19 rius ſubeſſe cogitur. Poſtea tamen invaluit, ut vox **Mahlſtatt** quemvis locum conventûs alicujus ſolennis indigitaret. Vid. Beſold. *in Theſ. Pract.* & Speidel. *in Notabilib. ad vocem: Mallum.*

Tabor.

Digitized by Google

Tabor. de legit. arm. uſu, pag. 162. Schottel. **in der Teutſchen Haubtſprach**. fol. 129.

§. 5. Atque hæc de Fœdere ab Imperatore Imperii no- 20
mine pangendo. Quoad fœdera, quæ proprio tantùm nomi-
ne & ratione ſuarum terrarum facere intendit, diſtinguendum
eſſe videtur, inter eas terras, quarum reſpectu Imperator ipſe pro
Statu Imperii habetur, & quas extra Imperium ſine tali reſpectu
poſſidet. Si circa illas fœdera inſtituat, perinde obligatur, uti 21
alius Imperii Status: Ne ſcil. ineunda vel inita fœdera ſint con-
tra Imperatorem, Imperium, Pacemque ejus Publicam vel
Transactionem Weſtphalicam, fiatque ſalvo, per omnia, jure,
quo quisque Imperatori & Imperio obſtrictus eſt. Vid. *Inſtr.
Pac. art. 8. §. Gaudeant.* Niſi quòd iſthæc obligatio in hoc mi- 22
tigetur, quantùm ſibimetipſi obligandus foret Imperator: quip-
pe cùm Rex Romanorum eadem ſit vel cenſeatur eſſe perſona,
promiſſio, ne fœdera abs ſeſe ineantur Imperatori noxia, ſuper-
flua omninò dicenda eſt. Sin circa has terras, quæ extra Impe- 23
rii Romani limites Cæſari parent, fœdera hujus occupentur, &
ſic alii cum Imperatore, velut extero Principe paciſcantur, con-
trarium fortè dicendum eſſet, niſi hoc quoque caſu ſemet ad
idem obſtrinxiſſet Rex Romanorum in verbis Articuli noſtri:
**So ſoll ſolches anderer Geſtalt nicht geſchehen / als unbeſchädi-
get des Reichs und nach Innhalt des** Inſtrumenti Pacis. Quam-
vis idipſum cum grano ſalis & ita quidem intelligendum ſit, ut
intra terminos habiles promiſſio hæc ſubſiſtat. Etenim in d.
Pacis Inſtrumento ſimiliter conſtitutum legimus, ut fœdera
fiant *ſalvo per omnia juramento*, quo quis Imperio eſt obſtrictus:
Talis verò obſtrictio quoad Regna & Provincias Cæſareas ex- 24
tra Imperium ſitas nulla eſt. Hinc quoniam iſta clauſula Im-
peratori directò applicari nequit, obligationem quoque Ejus
eatenus ceſſare, manifeſtum eſt.

§. 6. Tandem hîc ſubnectitur *Jus Fœderum Statuum Im-* 25

 *perii.*

26 *perii.* Uti enim his tam inter ſe, quàm cum exteris pro ſuâ cujusque conſervatione ac ſecuritate fœdera inire perpetuò liberum eſſe debebat, per *Inſtr: Pac. Art. 8. §. Gaudeant.* Imò jam ante dictæ pacis tempora iſtud Juris ad eos pertinebat, quò faciunt textus ſupra allegati ex A. B. c. 15. ubi Imperator confœderationes Principum & civitatum confirmat. Et ex R. I. de A. 1529. §. Und als im Abſchied. 35. in fin. ubi confirmatur Suevicum Fœdus. Item ex Ord. Cam. part. 2. Tit. 9. §. So Jemands. 2. Ubi Pacis publicæ violatores jus fœderum amittere dicuntur. Privatio autem omnis ſupponit habitum. Ita etiam Jus illud Rex Romanorum in hoc Articulo Statibus confirmat quidem, ſed
27 cum limitationibus in Inſtrumento Pacis comprehenſis, & in
28 præced. §. explicatis. Quibus in Capitulatione & hæc additur: Ne auxilium ab Exteris Principibus efflagitandum aliâ ratione deſideretur, vel etiam reipsâ aliter comparatum ſit, quàm ut Imperium in tuto collocetur, nec habeat, unde rebus ſuis periculum inferri poſſit.

29 §. 7. Ex iis quæ dicta fuêre ad hunc Articulum, ſequitur, Eundem eſſe Regiæ poteſtatis *reſtrictivum*, non tantum in hoc, quòd Imperator ipſe absque conſenſu Statuum fœdera inire nequeat, verùm præcipuè in eo, quòd Statibus Imperii id liberum fore permiſerit, adeoque hîc plus poſſint Statûs in ſuo quisque territorio, quàm Imperator in toto Imperio.

* * *

*COM-*

# COMMENTATIO
## AD
# ARTICULUM XI.
## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM, CIRCA EA QUÆ RESTITUENDA VENIUNT.

### SUMMARIA.

I. *Reſtituenda, circa quæ verſatur hic Articulus, conſiderantur dupliciter*
(1.) *in* genere. 1.
(2.) *in* ſpecie. 2.
*Reſtitutio ſpecialis iterum duplici modo ſe habet; ſit enim vel ex capite*
(1.) *generalis* amneſtiæ. 3.
(2.) gravaminum. 4.
II. Illa *deſcribitur*. 5.
*Et limitatur*. 6.
III. Hujus *norma eſt praxis Anni 1624*. 7.
*Idq;* declaratur. 8.
*Et* ampliatur. 9.
IV. *Catalogus Reſtituendorum ponitur remiſſivè*. 10.
*Clauſula* Salvatoria *huic ſubnexa*. 11.
V. *Remedia LL. publicarum ad effectum Reſtitutionis accelerandum, quænam ſint*. 12.
*Tenor harum LL. jam ſupra explicatus*. 13.
VI. *Differentia Reſtitutionis utriusq; triplex obſervatur*; [1.] *Reſtitutio* Generalis *dicitur eſſe* Juris Communis. 14.
*Hinc actionibus ex hoc Jure reſultantibus tam* poſſeſſoriis *quàm* petitoriis *impetratur*. 15.
*Reſtitutio verò* ſpecialis *oritur ex Jure* Dominii Eminentis. 16.
[2.] Illa, *ſ.* Generalis *via juris tractanda*. 17.
Hæc, *viâ facti, liciti tamen, perfici poteſt*. 18.
[3.] Illic *omnia ſunt reſtituenda, quocunq; tempore vi alteri ſint extorta*. 19.
Hîc *ſaltem ea, quæ occaſione belli tricennalis*. 20.
*Dicta declarantur exemplo Comitum Yſenburgicorum*. 21.
VII. *Utriusq; generis Reſtitutionem ita ſe procuraturum promittit Rex Romanorum, ut unusquisque*
(1.) *Ex æquo recipiat quod ſuum eſt*. 22.

 (2.) *In*

Digitized by Google

*(2.) In iis, quæ reſtituta ſunt, defendatur.* 23.
*Hoc tamen limitatur per clauſulam:* Salvo jure; 24.
*Nam Decretum de* Manutenendo *non nocet, ſi de alterius meliori poſſeſſione conſtet.* 25.
*Quod iterum declaratur Yſenburgicorum exemplo.* 26.

VIII. *Ampliatur iſta promiſſio, quoad ea quæ Rex Rom. ipſe reſtituere debet.* 27.
*Recenſentur exempla taliter reſtituendorum.* 28.
*Hæc obligatio Imp.* ex pacto *reſultat.* 29.
IX. *Articulus hicce* normativus *ſaltem eſt & directivus.* 30.

I.

1 QUæ in hoc Articulo ad Cenſum reſtituendorum ſpectant, dupliciter conſiderari poſſunt, (1.) *in genere*, quod ſcil. Electoribus, Principibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus aliisque perſonis vel ipſorum Majoribus, ſive Secularibus, ſive Eccleſiaſticis, quæ vi injuſtâ his ſunt ablata aut extorta, reſtitui debeant: de quo jam in prioribus Capitulationibus à Carolo V. ad Ferdinandum III. uſque, eodem tenore actum eſt atque cautum: in poſterioribus autem unà cum aliis noviter inſertis repetitio fa-
2 cta. (2.) *In ſpecie*, quatenus nempe punctus Reſtituendorum in Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ injungitur, de quo ſaltem in Capitulatione Ferdinandi IV. & ſequentibus. Enimverò hæc
3 ſpecialis reſtitutio duplici rurſus modo ſpectatur; Aut enim fit
4 & facta eſt ex capite generalis amneſtiæ, aut ex capite Gravaminum. v. Nürnbergiſcher Executions-Receſs §. *2. ſeqq. add.* Fritſch. *ad art. 4. Inſtr. Pac. in pr.*

5 §. 2. Illa eſt, quando Statûs Imperii, Univerſi & ſinguli, comprehensâ itidem immediatâ Imperii Nobilitate, eorumque Vaſalli, ſubditi, Cives & incolæ, quibus occaſione Bohemiæ Germaniæve motuum vel fœderum hinc inde contractorum, ab unâ vel alterâ parte aliquid præjudicii aut damni quocunque modo vel prætextu illatum eſt, tam quoad ditiones & bona feudalia, ſubfeudalia & allodialia, quàm quoad dignitates, immunitates, Jura & privilegia, reſtituti ſunt plenariè in eum utrin-

Digitized by Google

utrinque Statum in ſacris & profanis, quo ante deſtitutionem
gaviſi ſunt, aut jure gaudere potuerunt. Hac tamen cum *reſer-* 6
*vatione*, ut id fiat vel factum ſit ſalvis Juribus tam directi quàm
utilis dominii in bona reſtituenda vel circa eadem competenti-
bus, ſive reſtituenti, ſive reſtituendo, ſive cuivis tertio; ſalvis
item litispendentiis, quæ deſuper in Aulâ Cæſareâ ſive in Ca-
merâ Imperiali vel aliis Imperii Dicaſteriis immediatis media-
tisve habentur, dum illæ cauſæ poſt factam reſtitutionem co-
ram competenti Judice ſunt diſcutiendæ. Prout hoc ipſum cla-
rè definitur *in Inſtr. Pac. Cæſ. Suecic. art. 3. §. 1. & 2.* ac imprimis,
quoad ſingulos Statûs, *in Art. 4.*

§. 3. *Altera* reſtitutio in ſpecie ſic dicta eſt ex capite
*Gravaminum* Eccleſiaſticorum, & quæ eorum intuitu in Poli-
ticis mutata ſunt, ubi velut norma, ſecundùm quàm reſtitutio
fieri debeat, in d. Pacis Inſtrumento præſcribitur, ſtatus & con- 7
ditio rerum qualis erat Anno 1624. die 1. Januarii vel qualibet
anni parte. *Art. 5. §. 2. & 12. vers. Hoc tamen non obſtante. 31. &*
*ſeqq.* Unde quemadmodum Status ipſe Eccleſiaſticus, vel ea- 8
tenus etiam Politicus d. 1. Januarii dicti anni ſeſe habuit, ita ille
pro termino reſtitutionis eſt conſtitutus: Quin & præterea, ſi
quavis illius anni parte, ſive certo aut privilegio, ſive longo uſu, 9
ſive ſolâ denique obſervantiâ dicti anni publicum privatum-
que religionis ſuæ, in Imperio alioquin toleratæ exercitium quis
habuerit, id etiam in poſterum una cum annexis juribus retinere
potuit; quod ipſum de Landſaſſiis potiſſimum, Vaſallis atque
ſubditis Statuum Catholicorum enunciat d. *Pacis Inſtrum. Cæſ.*
*Suec. art. 5. §. 12. vers. 31.*

§. 4. Qui verò reſtituendi ſint ex Capite amneſtiæ, pro- 10
lixè recenſentur *in art. 4. Inſtrum. Pac. Cæſ. Suecici*, nec non *Cæſ.*
*Gallici*, & *apud* Fritſchium *ad hunc articulum in pr.* Ubi Cata-
logum reſtituendorum ex utroque tam *Amneſtiæ* quàm *Gra-*
*vaminum* capite ſiſtit, de quo conficiendo An. 1654. conventum



Digitized by Google

eſt, (quanquam Norimbergæ jam antea deſignationis alicujus
faciendæ mentio facta **im Nürnbergiſchen Friedens**-Executions-
Receſs.§.3.& 23.) ita tamen,ut ſine præjudicio ſe habeat,& ſi qui
*Gravamina* ſua tum temporis nondum exhibuere , id ipſis ad-
11 huc facere ſit integrum , quæ Clauſula *ſalvatoria* deſignationi
illi Reſtituendorum eſt ſubnexa. Imò quorundam reſtitutio,
cùm variæ difficultates inciderent,ad Deputatos Imperii eſt re-
jecta: ut videre licet apud Fritſchium *d.l.p.427.*
12 §. 5. Ut autem hæc ipſa in Inſtrumento Pacis decreta &
conventa Reſtitutio effectum ſortiatur,non tantùm de Execu-
tione prorſus accelerandâ diſpoſitum , in *d. Pacis Inſtrum. art.16.*
*§. inprimis quidem. 2.* Verùm etiam Edictum Executionis Cæ-
ſareum cum arctiori modo exequendi & Receſſu Executionis
Noribergenſi emanavit, quæ omnia Receſſui Imperii noviſſimo
de An.1654. poſt Inſtrumentum Pacis ſunt inſerta; quorum in
13 præſenti Atticulo remiſſio facta eſt. Quæ autem in ſe conti-
neant dictæ Leges circa Executionem latæ, breviter explicatum
eſt ſupra *ad Art.2.hujus Capitulationis.*
§. 6. Utraque hæc reſtitutio ſpecialis &ſingularis , quæ
fit ex capite Amneſtiæ & Gravaminum differt à reſtitutione
illâ generali , de qua jam olim in Capitulationibus cautum eſt;
14 Dum ſcil. illa (1.) *Juris* eſt *communis* , proinde ad eam impetran-
dam actiones & remedia competunt,tam poſſeſſoria , quale eſt
15 illud ex *L. 7. C. Unde vi.* Inprimis verò ex Jure Can. remedium
*Can. redintegranda c. 3. quæſt. 1.* de quibus Menoch. *in recup. poſ-*
*ſeſſ.remediis & Dd.paſſim.* quàm petitoria, *Rei* ſcil. *vindicatio* ei-
16 que affines actiones. Hæc autem ſpecialis ſive ſingularis reſti-
tutio ex Jure *Dominii eminentis* reſultat,propter neceſſitatem &
17 utilitatem publicam & ex amore pacis. (2.) Illa *viâ juris* tra-
18 ctanda,proceſſu vel ordinario,vel ſummario obſervato : Hæc
verò absque omni proceſſu *viâ* penè *facti* , liciti tamen , peragi-
tur; quamvis proceſſus poſt factam demum reſtitutionem lo-
cum

Digitized by Google

cum inveniat. (3.) Illic omnis reſtituere debet, qui rem alteri, 19
ſive olim, ſive hodie vi extorſit. Hîc ſaltem ille, qui occaſione 20
Bohemiæ Germaniæve motuum rerum poſſeſſionem nactus eſt.
Unde cùm Yſenburgici Comites à Sereniſſimis Landgraviis 21
Haſſiæ, Lineæ Darmſtadinenſis ex capite Amneſtiæ reſtitutionem peterent præfecturæ Kelſterbacenſis & pagorum Triquernatenſium (**dreyeichiſche Dörffer:**) vi §. 34. art. 4. Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. adeoque ſe inter reſtituendos referrent, uti Catalogus docet apud Fritſchium ad Inſtr. Pac. p. 423. non fuêre auditi; eò quòd Sereniſſimi Haſſiæ Landgravii terram illam non occaſione motuum Bohemicorum Germanicorumve, ſed emptionis titulo jam ab Anno 1601. poſſiderent.

§. 7. Utrobique verò tam quoad generalem quàm ſpecialiter ita dictam Reſtitutionem promittit Rex Romanorum
(1.) ſe curaturum, quò unicuique ex juſto & æquo tribuatur & 22
reſtituatur, quod ſuum eſt, & quidem abſque intuitu Religionis, **Ohne Unterſcheid der Religion**; quæ formula in Pace quoque Religioſâ *R. I. Aug. d. A. 1555.* §. **Und damit ſolcher Friede.** 15. ſeqq. cernitur, itemque in *Inſtrumento* Pacis Weſtphalicæ, *art. 5. §. 1.* in fin. repetitur, ibi: *Sit æqualitas exacta, mutuaq́, ita ut quod uni parti juſtum eſt, alteri quoq́ ſit juſtum*; nec minùs ea Capitula-
tionibus, puta Ferdinandi IV. & reliquis inſerta eſt. (2.) promit- 23
tit, ſe unumquemque in iis, quæ ipſi reſtituta ſunt, absque morâ defenſurum; **bey ſolchen zu ſchützen und zu ſchirmen / ohne alle Verhinderung / Auffhalten und Verſäumnüs.** Quodipſum ta-
men *limitatur*, per clauſulam: *Salvo Jure*, ſeu quatenus id Juri 24
conſentaneum eſt, &c. ut ipſa verba ſonant, **ſo viel er Recht hat.**
Etenim hoc Jus commune dictitat, ut Decretum de *manutenen-* 25
*do* non noceat, ſi de alterius meliori poſſeſſione vel quaſi conſtiterit, ſed revocari poſſit, uti docet Ludovicus Poſtius, de Ma-
nutenend. Obſ. 106. n. 65. ſequ. & ibi allegati. Unde cum Comi- 26
tes Yſenburgici per Inſtrumentum Pacis reſtituti eſſent in Præ-

fectu-

fecturam Cleebergenſem, unà cum pago Peterweil & Langenſtede. Illa tamen reſtitutio facta ſit, ſalvis juribus Domino Georgio Haſſiæ Landgravio contra eosdem competentibus, per *Inſtr.Pac.Caſ.Suecic.art.4.* §. Comites de Yſenburg. 34. dicta loca, causâ cognitâ & per ſententiam An.1675. definitâ, Sereniſſimis Haſſiæ Landgraviis, Lineæ Darmſtadinæ rurſus ceſsêre.

27 §. 8. *Ampliatur* etiam iſthæc promiſſio quoad ea, quæ ipſe Rex Romanorum vi Inſtrumenti Pacis, Edictorumque circa *Executionem* & arctiorem modum exequendi conditorum reſtituere tenetur; quòd ſcil. illa ſine morâ vel oppoſitione plenariè reſtituere, nec non in iisdem reſtitutos defendere velit.

28 Reſtitui verò ab Archiducibus Auſtriæ deſiderârunt Marchiones Brandenburgici Culmbacenſes, quoad *Contributiones* & Onera in locis quibusdam Auſtriæ inferioris ad Burggraviatum Norimbergenſem ſub Feudi Imperialis titulo ſpectantibus. Quemadmodum & Duces Würtembergiæ quoad *Documenta* Monaſteriorum Würtembergicorum; ut & Marchiones Badenſes, Lineæ Durlacenſis, quoad *Dominium* Hohen Gerolſeck/ nec non Ulmenſis Civitatis, quoad *Parochiam* in Holtzheim. vid.
29 *Catalogus Fritſchii.* Unde ne fortè reſtitutio ceſſet, cùm obligatio adverſus *ſemetipſum* ex Edicto & Mandato Cæſareo inefficax cenſeri queat, (quamvis exemplum proſtet, ubi Carolus V. Imperator ſibi tanquam Archiduci Auſtriæ mandâſſe deprehenditur) inſuper ex abundanti *vi pacti* quoque ad illa præſtanda hic adſtringitur.

30 §. 9. Sicut igitur totus hic Articulus, ſive generalem, ſive etiam ſpecialem ex Inſtrumento Pacis debitam reſtitutionem conſideres, unicè ad adminiſtrationem Juſtitiæ pertinet; Ita etiam poteſtatis Regiæ non eſt *limitativus* vel reſtrictivus, ſed *normativus* ſaltem & directivus; cùm & illa, quæ de ipſo Rege heîc diſponuntur, ad ipſum, non quà Regem, ſed quà Archiducem Auſtriæ, ceu Statum & ſubditum Imperii, ſint referenda.

COM-

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
# ARTICULUM XII.
## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA BONORUM IMPERII ALIENATIONEM, ALIENATORUMq; REDUNITIONEM, ADEOq; ET REDINTEGRATIONEM CIRCULORUM, RECTIFICATIONEMq; MATRICULÆ.

## SUMMARIA.

I. *Tranſitio ab Art. prac. ad hunc art.* 1.
*Alenationes Bonorum Imperii conſiderantur vel*
(1.) *In genere*, vid. hunc & ſeqq. §. §.
(2.) *in ſpecie*, vid. §. 11. & ſequ.
II. *Docetur, quænam cauſæ comprehendantur ſub alienationibus Bonorum in genere.* 2.
*Non terræ ſolùm Imperii, ſed & pertinentiæ quæcunq; , Jura ſcil. & Regalia alienari prohibentur.* 3.
*Limitatio Art. 29. quomodo intelligenda?* 4.
III. *Ratio petitur inde, quod Imperium non ſit in patrimonio Imperatoris.* 5.
*Explicatur indoles Regnorum Uſufructuariorum.* 6.
IV. *Procedunt tamen ejusmodi alienationes, & ſubſiſtunt, ſi accedat conſenſus Electorum.* 7.
*Qui tum reliquos Status repræſentant.* 8.
*Quo tempore jus hoc primùm exercuerit Imperium, non convenit inter Dd.* 9.
*Monſtratur, antiquius eſſe Caroli V. avo.* 10.
*Exemplum colliſionis Juramentorum in Friderico II. antiquitatem iſtius Juris abundè probat.* 11.
*Nec non Juramenti formula, quæ extat in Speculo Saxonico.* 12.
*Repetendum ab Origine Imperii Romano-Germanici.* 13.
V. *Quæſtio tractatur, utrum hoc Jus eſſe alienationes bonorum Imperii cum reliquis quoq; Statibus* communicatum *ſit?* 14.
*Rationes pro* affirmativâ *ducuntur.*

 1. Ab

1. *Ab antiquitate* Juris Comitiorum; *ſeu Deliberationum circa res magni momenti;* 15.

2. *Ab exemplis Tractatuum pacis Weſtphalicæ.* 16.

*Negativam tamen prævalere obſervantia docet.* 17.

*Et Statuum Monitis in Capitulatione locus non dabatur.* 18.

VI. Omnium *Electorum conſenſum hic requiri, adſtruitur* quinque *rationibus.* 19.

*Vox* ſambtlich *non tam conſenſum* collegialem *quàm* Unanimem *denotat.* 20, 21.

VII. *Multa Imperii bona de facto ſunt alienata.* 22.

*Pro quibus recuperandis Rex Rom. ſummam promittit diligentiam:* 23.

*Specialis enumeratio amiſſorum non excludit reliqua.* 24.

*Neq; alienatio ſtrictè talis hîc intelligitur. ſed & quælibet occupatio violentà ſeu injuſta detentio.* 25.

*Excipiuntur ergo ſaltem illa bona, quæ communi Imperii conſenſu alienata ſunt.* 26.

VIII. *Hæc promiſſio Regis Rom. præbet argumentum interruptæ præſcriptionis.* 27.

*Jure* Civili *quid ad præſcriptionem requiratur?* 28.

*Præſcriptio* Juris Gentium *ſimpliciter, & in ſolâ derelictionis præſumtione fundatur.* 29.

*Promiſſio Regia, de qua hîc agitur, eſt inſtar alicujus* proteſtationis. 30.

*Quæ certis in caſibus etiam Civili Jure ad præſcriptionis ſufficit interruptionem* 31.

*Ratio additur.* 32.

IX. *Agitur nunc de redintegratione Circulorum & rectificatione Matriculæ.* 33.

*Occaſio narratur, quâ Capitulationibus primùm fuerit inſerta hæc materia.* 34.

X. *Redintegratio Circulorum dupliciter ſe habet: vel enim ſpectat ad* Exemptos reducendos, *vel etiam* Circulos *in integritate ſuâ* conſervandos. 35.

*Exemptio iterum duplex eſt: vel à finibus Imperii.* 36.

*Vel intra Imperium à Conſtatibus tentata.* 37.

*Exemptio ab Inſtantiâ Judiciali huc non pertinet.* 38.

XI. *Actum eſt hactenus de alienationibus Imperii bonorum in genere: nunc de recuperandis* (1.) Bonis *in Italiâ* alienatis. 39.

*Qualia ſunt terræ Pontificiæ, Regnum Neapolitanum, &c.* 40. 41.

*Non tamen bello vindicanda.* 42.

*Sed* informatio *deſuper petenda & Cancellariæ Moguntinæ inſinuanda.* 43.

*Omnia hactenus ſine effectu.* 44.

*Statuum conſenſus quatenus hic ſit neceſſarius.* 45.

XII. (2.) *De*

Digitized by Google

XII. (2.) *De bonis Ordini Johannitico abreptis diſquiritur.* 46.
*Generalia quædam circa hunc Ordinem prænotantur.* 47.
*Reſtitutionem* viâ pacis *procuraturum ſe promittit Rex Rom.* 48.
XIII. *Semetipſum ad reſtitutionem obligat Rex Rom. ſi qua bona ab Imperio, nec juſto titulo, detineat.* 49.
*Exempla quædam apponuntur eorum qui ſic reſtitui volunt.* 50.
XIV. *Articulum hunc partim* limitativum *eſſe, partim* normativum *& poteſtatis Regiæ* confirmativum *docetur.* 51.

## §. I.

1 AB iis quæ in Art. præced. circa reſtitutionem eorum, quæ ſunt vel cenſentur ablata, tranſitio fit ad ea: *Ne bona ab Imperio ſubtrahantur, ſed potiùs ſubtracta cum ipſo reduniantur.* De quo tam *in genere*, quàm *in ſpecie*, de Bonis Imperii in Italiâ alienatis, ut & Ordini Johannitico in Belgio ſubtractis agitur, eâque occaſione de redintegratione Circulorum, & poſtremò de rectificatione Matriculæ tractatur.

2 §. 2. Quantum itaque concernit alienationes Imperii *in genere*, ſub illis non tantùm comprehenduntur alienationes propriè ſic dictæ, ſed quilibet actus, quo vel Dominium vel jus aliquod in re Imperii, dominio ſimile, vel unde Dominium ſequitur, in aliquem transfertur, quales ſunt, donationes, venditiones, permutationes, compenſationes, dationes in ſolutum, conceſſiones in feudum, emphyteuſin, dotem &c. conſtitutum poſſeſſorium, & quævis oppignorationes, imò etiam hypothecæ conſtitutiones & obligationes quæcunque; ut verba innuunt: **Hingeben / verſchreiben / verpfänden / verſetzen / noch in andere Wege veräuſſern oder beſchweren /** quæ omnia ſub voce alienationum venire obſervant JCti; vid. Vultej. *de Feud. lib. 1. c. 10. n. 57.* Roſenthal. *de Feud. c. 9. Concl. 6. ſequ.* Mynſing. *c. 6. Obſ. 30.*
3 Quemadmodum nec *terræ* Imperii ſolùm ſed & *pertinentia* quæcunque, *Jura* ſcil. & quicquid nomine pertinentiarum venit, alienari & oppignorari vetantur, adeò ut nec ea, quæ minoris

 ſunt

ſunt momenti, excludantur, dum verba in textu ita ſunt con-
cepta **dem Heil. Reich ꝛc.** vel ut clarius loquitur Capitulatio
Ferdinandi II. & III. Art. 8. & 9 **von dem Heil. Reich und deſſen
Zugehörungen/nichts hingeben.** Quod enim meum non eſt,
alienare non poſſum, per *L. 6. C. de reb. alien. non alienand.* ſive res
tota, ſive pars ejus intelligatur; prout hæc latiùs tractat Limnæus
4 *ad Capit. Caroli V. art. 9. in princip.* Et quamvis infra Art. 29. hoc
limitari videatur, per verba, **ſo etwas mercklisches ertragen;**
tamen id non tam *de alienatione* de novo faciendâ, de qua hoc
in loco, quàm de re *in feudum dari ſolitâ* ita continuandâ & rein-
feudandâ intelligendum eſſe ipſe textus innuit.

5 §. 3. Etenim Imperium Romano-Germanicum non
*patrimoniale* ſeu proprium Imperatoris ita eſt, ut pro lubitu, in-
vitis etiam Statibus Imperii de eodem diſponere idque in alium
transferre queat, quem effectum regnis Patrimonialibus alio-
quin tribuunt Doctores Juris Univerſalis. v. Grotius, *de J. B. &
P. Lib 1. c. 3. th. 12.* Pufendorfius *de J. N. & G. Lib. 8. c. 5. §. 10.* Verùm
*uſufructuarium*, & tale, ubi in certam perſonam, certamque fa-
6 miliam eſt conſenſum. Ubi verò certæ perſonæ familiæve in
collatione regni (*ſucceſſivum* ſit an *electivum*, nihil refert; *modus*
enim *habendi* non afficit *ipſam poteſtatem*) reſpectus habetur,
ibi *citra conſenſum Populi*, ſeu eorum, qui hunc repræſentant,
alium à Rege ſubſtitui vel quicquam de regno alienari, iniquum
foret ac injuſtitiæ plenum; Unde quando Reges ejusmodi con-
ſenſu populi conſtituti de Regnis teſtati leguntur, id *commen-
dationis* magis vim apud populum habuit, quàm veræ *alienatio-
nis*, uti loquitur Grotius *d. l. num. 13.*

7 §. 4. *Limitantur* tamen in textu ea, quæ de alienatione
diximus, ſiquidem id fiat cum *conſenſu Electorum*; **Ohne Wiſ-
ſen/ Willen und Zulaſſen gemelter Churfürſten;** (quæ verba
8 in omnibus Capitulationibus æqualiter ſonant;) adeoque Ele-
ctores tunc reliquos Imperii Statûs eatenus repræſentare, affe-

rendum

rendum eſt. Quo verò tempore jus hoc Imperium exercere 9
cœperit, non concors eſt Dd. opinio; cùm Dominus Strauchius
demum Caroli V. ævo id factum eſſe ſtatuat in *Diſſert. de Oppi-*
*gnorat. rer. Imp. th. 25. ſeqq.* Conringius autem jam à Friderici II.
ævo id introductum eſſe doceat, *in Tr. de Finibus Imperii, cap. 19.*
*pag. 375. ſeqq.* Et ſanè Jus iſtud Imperii Caroli V. ævo antiquius 10
eſſe, vel exinde patet, quòd inter abdicandi Wenceslai cauſas
juſtas fuerit reputatum, quòd plures Urbes atque terras, tam in
Germaniâ quàm Italiâ ad Imperium pertinentes alienaverit; &
quòd Sigonius, Scriptor fide dignus, *Lib. 18. Hiſtor. Ital.* de Fride- 11
rico II. narret, hunc Imperatorem Pontifici Rom. Sardiniam ex
Juramento, pro Eccleſiæ bonis defendendis præſtito, repetenti
reſpondiſſe: *Priùs ſe juraſſe ad repetendas res Imperii, à quibus*
*cùm Sardinia injuſtè eſſet abalienata, priori juramento ſe fortiùs*
*urgeri.* Ut formulam Juramenti, quæ *in Speculo Saxonico, Lib. 3.* 12
*art. 54.* habetur, & quâ ſubſequentes etiam Impp. Otto IV. &
Guilielmus Hollandiæ Comes, ſemet obſtrinxerunt, ut & alia à
Conringio d. l. allegata, ſicco pede nunc prætercam. Imò ſi Jus 13
non tam *quoad exercitium*, quàm *in ſe* conſideremus, haud de-
mum à Friderici II. ævo, ſed ab illo tempore Imperio adſcriben-
dum eſt, quo ad Germanos pervenit; cùm iſtud nunquam fue-
rit *patrimoniale*, utut ab initio *ſucceſſivum*. vid. Grot. *de J. B. &*
*P. Lib. 1. c. 3. th. 13.*

§. 5. Utrum verò hoc jus ſaltem cum Electoribus, an re- 14
liquis quoque Statibus Imperii communicatum cenſeri debeat,
difficultate ſuâ iterum non caret. Equidem pro ſolis Electori-
bus verba Capitulationum *in §. præced.* allegata pugnant. In
contrarium tamen facit, quòd in primis Reip. Romano-Ger- 15
manicæ exordiis Principes Imperii ad omnia ſummæ poteſtatis
munia, de quibus in publicis Comitiis deliberari ſolet, fuerint
adſciti; nullâ hac in re Electoribus conceſsâ prærogativâ; quor-
ſum meritò refertur iſthæc alienandi licentia, de qua nobis ſer-

 mo eſt.

Google

mo eſt. Eſt enim hoc jus maximi momenti, de quo præ reliquis participare Statibus convenit, præſertim cùm nullibi ei-
16 dem renunciatum eſſe appareat. Unde etiam cum de Epiſcopatibus, Metenſi, Tullenſi & Virodunenſi parteque Alſatiæ ab Imperio alienandis ſtatuendum eſſet, non Electorum ſolummodò conſenſus adhibebatur, ſed omnes omnino Statûs atque Ordines Imperii Monaſterii & Osnabrugæ eâ de re deliberârunt; quin deinceps in Comitiis quoque Anno ſequenti 1653. celebratis, (quò provocabant Galli in Inſtrumento Pac. Cæſ. Gall. §.79.& 80.) alienationem dictam unà cum ipſo Inſtrumento Pacis confirmârunt; quemadmodum hanc ſententiam latiùs defendimus, ſimulque ad contraria reſpondimus *in Notis ad Bœcleri Notitiam Imperii, Lib.2.cap.2. de Donat. Pontif. ad verba: Quid*
17 *ſi Collegii totius conſenſus. &c.* Sed quicquid horum verius exiſtimetur, hactenus tamen jus iſtud ſolis Electoribus adſcribi
18 certum eſt; Unde etiam *Monita Statuum* ad eundem locum Capitulationis Leopoldinæ art. 9. hoc modo data: **Daß der künfftige Römiſche Käyſer ohne der Churfürſten / Fürſten und Stände** Conſens **nichts vom Reich veräuſſere ꝛc.** prout habentur apud Autorem **der Grundveſte/** p. 3. c. 3. pag. 221. in ipsâ dein Capitulatione non fuêre aliter obſervata, quàm ut rerum conditione & neceſſitate ita demum exigente, Statuum conſenſus in alienationibus iſtiusmodi adhibeatur. Ibi: **in dieſem und obigem allen/ mit Rath/ Hülff und Beyſtand der 7. Churfürſten allein/ oder nach Gelegenheit der Sachen auch anderer Fürſten und Stände. ꝛc.**

19 §. 6. Utrùm verò *unanimis* Electorum conſenſus requiratur, an ſufficiat Conſenſus majoris partis, diverſa rurſus eſt Dd. opinio, uti etiam obſervat Dn. Schvvederus, *part. ſpec. Sect. 1. c.23.th.3.* Verior tamen eſſe videtur illa ſententia, quæ unanimem Electorum conſenſum requirit, propterea 1. quoniam in Capitulationibus omnibus emphaticè expreſſum eſt, quòd

Rex

Rex ſine omnium Electorum conſenſu nihil alienare velit ohne Wiſſen / Willen und Zulaſſen ermeldter Churfürſten ſambtlich nichts hingeben. 2. Quoniam vox ſambtlich non tam conſenſum *Collegialem*, quàm *unanimem* denotat, cùm contradiſtin- 20
guatur conſenſui majoris partis, in *art. 7. Capit. Caroli V.* ibi: ſambtlich oder der mehrere Theil auß Ihnen. 3. Quoniam & conſenſus *Collegialis* ex ſtylo Capitulationum regulariter ſignificat conſenſum *unanimem*, *per Capitul. Leopoldi*, *art. 21.* ibi: Mit aller und jeder 7. Churfürſten Wiſſen / Willen / Zulaſſen und Collegial-Rath / daß keines Churfürſten Widerrede oder Diſſens dargegen; &c. 4. Quoniam ad *odioſa* ſpectat alienatio, adeóque facultas illa *reſtringenda*, & ita interpretanda, ut quàm minimum circa eandem liceat, ſed ut cauſa faciliùs ad *Univerſalia* Imperii Comitia reducatur, ibique cum Statibus communicetur. vid. Notæ ad Schvveder. *part. ſpec. Sect. 1. c. 23. th. 3.* Quòd verò 5. vox ſambtlich / hîc idem denotet atque *conjunctim*, uti Dominus Schvvederus vult, eſt quod negamus, cùm uti ad u- 21
num præmiſſorum, ita & ad alterum & æquali modò ſe referat. Unde quemadmodum quoad verbum Wiſſen vox ſambtlich idem denotare neceſſe eſt, ac omnes, ut ſcil. omnes ſciant, nec tantùm major ipſorum pars; ita etiam quoad voces Willen und Zulaſſen eandem ſignificationem habebit; cùm una eademque vox in unâ oratione non poſſit habere diverſas ſignificationes, & nunc omnes, nunc verò conjunctos & congregatos denotare. Neque etiam, (quod notandum,) in textu dicitur: Ohne Wiſſen / Willen und Zulaſſen der verſamlleten Churfürſten / quod conjunctionem denotaret, ſed ohne Wiſſen / Willen und Zulaſſen der Churfürſten ſambtlich.

§. 7. Quamvis autem absque conſenſu Statuum, vel ſal- 22
tem Imperii Electorum unanimi nihil ab Imperio alienari debeat, multa tamen ab Imperio de facto ſunt alienata, atque decerpta, de quibus Publici Juris Dd. paſſim, & Bœclerus *in*

*Noti-*

23 *Notitiâ Imperii Lib. 2. cap. 2. cum Annotat. noſtris prolixè.* Pro iis ergo bonis ab Imperio diſtractis, ut recuperentur & cum Imperio reduniantur eidemque conſerventur, omnem porrò promittit diligentiam, ſummumque ſtudium & conatum, ſive per viam pacis ſive viam facti & belli adhibendum, in verbis: **Uns auffs höchſte bearbeiten / und allen möglichſten Fleiß und Ernſt fürwenden**; quorſum etiam ſpectat *R. I. Spirenſis d. A. 1570.* §. **Wir**
24 **haben auch.** *105. ſeqq.* Et quanquam amiſſorum quorundam ſpecialior hîc fiat mentio, ſcil. Principatuum & Dominiorum apertorum, ut & Bonorum fiſco addictorum, non tamen excluduntur reliqua, ſed illorum quaſi exempli loco aliqua fit mentio, quod innuunt non tantùm hæc verba in genere prolata, **das-**
25 **jenige ſo darvon kommen** / ſive alienatione id factum ſit illicitâ & invalidâ, ſive etiam occupatione violentâ & detentione, uti eò faciunt verba *R. I. Auguſtani, de A. 1566.* §. **Nach obgeſetzten.** 125. ibi: **dem Heil. Reich vor Jahren und ſonderlich bey jetzigen Zeiten etliche anſehnliche Stände / Land und Güther durch frembde Potentaten entzogen / entwendet / und von demſelben thätlicher Weiſe innbehalten worden.** Add. *R. I. Spirenſ. A. 1570.* §. **Wir haben auch.** 105. *R. I. Ratisbonenſ. A. 1576.* §. **Wir haben auch.** 105. *R. I. Auguſtan. de A. 1582.* §. **Und als Wir.** *46. R. I. Ratisbonenſ. de A. 1603.* §. **Als Wir dann.** 28. Sed etiam membra diviſionum univerſalia id indicant, quando notantur, **verfallene Fürſtenthumb und andere** confiſcirte **und un**confiſcirte **merckliche Güther / die zum Theil an anderer frembden** Nationen **Hände gewachſen /** vel quod idem eſt, **Sie mö-**
26 **gen in frembder** Nationen **Hände erwachſen ſeyn oder nicht.** Ita ut hæc redunitio & recuperatio bonorum amiſſorum generaliter hîc ſit concepta, & excluſis ſaltem illis, quæ communi Imperii conſenſu & per Sanctionem pragmaticam ab Imperio ſunt alienata, intelligi debeat. De quibus plura propoſui ad Bœcler. Lib. 2. cap. 3. n. 2.

§. 8. Egregium verò hæc ipſa inculcatio & promiſſio Regia

Digitized by Google

Regia argumentum *interruptæ præſcriptionis* præbet, quando 27
non tantùm Electores nomine Imperii futurum Imperatorem
officii hîc ſui admonent, ſed etiam ipſe Rex omnem diligentiam
pro recuperatione bonorum Imperii ſe adhibiturum promittit.
Nam licèt hîc intelligantur ea bona, quæ vel nullo vel invalido
titulo ab Imperio avulſa poſſidentur & detinentur, ibi: **In andere Hände ungebührlicher Weiſe gewachſen** / ne tamen poſſeſſores
talium bonorũ præſcriptionis titulo tuti eſſe queant, cùm & hæc
ſecundùm veriorem Dd. ſententiam inter Principes etiam ſummos obtineat, uti in Jure Nat. demonſtramus, iſtud quoque argumentum à promiſſione Regiâ petitum obſtat, & proptereà
rectè attenditur. De *Jure Civili* Romano ad interruptionem 28
præſcriptionis communiter requiritur ſive *ſententia*, ſive *litis
conteſtatio*, ſive ſaltem *Citatio*, uti notat Brunnem. *ad Proc. Civilem, cap. 4. num. 3. cum aliis.* Hîc verò ubi præſcriptio tantùm
eſt *Juris Gentium*, quæ in derelictione tacitâ & præſumptivâ 29
fundatur, & ex diuturnâ negligentiâ rei reſultat, ſufficit hæc
ipſa injunctio & promiſſio Regia publicè facta & inſtar alicujus
*Proteſtationis* Legibus Imperii à multis ſeculis inſerta ac toties 30
repetita, ut in omnium facilè notitiam pervenire potuerit;
quemadmodum & tali caſu præſcriptionem civilem ob Adverſarii potentiam, abſentiam, ætatem & ſimiles circumſtantias, 31
etiam extrajudicialiter factâ proteſtatione & denunciatione inter privatos quoque interrumpi docent Hahn. *ad Weſenbec. de Uſucap. in fin.* Bachov. *ad Treutler. Vol. 2. Diſp. 22. num. 7. in fin.*
Brunnem. *d. l.* quia & tunc ad ſimplicitatem Juris Gentium ex 32
æquitate res reducitur. Dum enim tali modo animus non-derelinquendi ſed repetendi ſufficienter eſt declaratus, derelictio
præſumptiva quoque ſeu Præſcriptio locum habere non poteſt,
cùm omnis præſumptio & conjectura ceſſet, ubi adeſt veritas in
contrarium. *per vulgat.*

§. 9. Ad materiam de redunitione & recuperatione bonorum

norum Imperii ſpectat etiam materia de *redintegratione Circu-*
33 *lorum & rectificatione Matriculæ*. Unde etiam Capitulationi Leopoldinæ ad monita Statuum Imperii ea primitus eſt inſerta, vid. Autor der Grundfeſte / *p.3. c.3. p.222. num.3.* & hoc loco repetita. Clauſula verò de rectificatione Matriculæ primùm in
34 Capitulatione Joſephi conſpicitur. Cùm enim in Conventu Osnabrugenſi ibique concluſo Inſtrumento Pacis Cæſareo-Suecico, *art. 8. §. Habeantur 3.* inter alia etiam materia de redintegrandis Circulis, renovandâ Matriculâ, reducendisque Statibus exemptis ad proxima *Comitia* ſit rejecta, poſtea verò *Deputationi* Imperii *Ordinariæ* commiſſa, prout refert Autor der Grundfeſte part.3. cap.6. Quamvis interea temporis Confirmatio *Ordinationis Executionis de A. 1555. & ſubſeqq.* in dictis Comitiis *A. 1654.* §. Nachdem auch Churfürſten. 178. ſit facta, tandem majoris curæ ergò Capitulationi Imperatoriæ cœpit inſeri.

35 §. 10. Materia verò redintegrationis Circulorum vel ad *Exemptos reducendos*, vel ad *Circulos* in Statu ſuo integro *conſervandos* pertinet, quemadmodum innuere cenſetur formula, die Ergäntzung und rectification der geſambten 10. Crayſen und Ma-
36 tricul & totius articuli harmonia. Exemptio vel eſt à *finibus Imperii*, ſeu ubi quis omnimodè ab Imperio eximitur, nec Impera-
37 toriam Majeſtatem ulteriùs reſpicit; Vel eſt *intra Imperium*, ubi Status Conſtatum ab immediatâ ſubjectione Imperii ſalvâ tamen poteſtate Imperii mediatâ, eximit. Wann nemlich ein Stand des Reichs den andern auß den Reichs-Anlagen und Matricul außziehet; juxta R. J. de A. 1548. §. Als auch durch. ſeqq. Maximè ſi id fiat ſine onere, wann der eximirende Stand den andern an Stimm / Vermögen und Hülffe auff denen Reichs-Tägen nicht vertritt. uti huc facit R. I. de An. 1570. §. Als Wir dann weiters. 108. vid. Victor. *de Exempt. Concl. 2. & 9.* Reinking. *Lib. 1.*
38 *Claſſ. 2. cap. 9. num. 90.* In utrâque dictâ Exemptione (Tertia enim illa, quæ eſt exemptio ab *inſtantiâ judiciali*, quòd v. gr. quis non

tenea-

teneatur comparere coram judicio Rotvvilenſi &c. huc non
ſpectat) auxilium ſuum & reducendos exemtos hîc per redin-
tegrationem Circulorum Rex Rom. promittit, modò aliquan-
do ad Decem Circulos pertinuerint, quemadmodum in antece-
dentibus eſt probatum.

§. 11. *In ſpecie* circa redunitionem terrarum ab Imperio
amiſſarum ſoliciti ſunt Paciſcentes de *Bonis in Italiâ alienatis.* 39
Recenſentur enim inter bona illa inprimis *terræ Pontificiæ*, quas 40
tam antiquiores quàm recentiores Imperatores, (ex quibus ulti-
mus refertur Carolus V. qui Parmam & Placentiam ita alienâſſe
dicitur,) Pontificibus donâſſe alleganrur, de quibus prolixè egi-
mus *in Notis ad Bœclerum, Lib. 2. cap. 2.* Quò etiam referunt *Re-* 41
*gnum Neapolitanum* & libertatem Italis à Rudolpho I. vel Hen-
rico VII. & Carolo IV. venditam, de quo ut & de Ducatu *Man-*
*tuano, Montisferrati, Mediolanenſi, Sabaudico*, &c. qui adhuc ex
parte Imperium recognoſcunt, ut & Civitatibus *Lucenſi, Ge-*
*nuenſi*, &c. pluribus agunt Conring. *de Finib. cap. 22. & c. 23.*
Limnæus, *de Jur. Publ. Lib. 1. c. 9. §. 37. & in Addit.* Bodinus *de Re-*
*publ. Lib. 1. cap. 9.* Harum ergo terrarum non quidem *vindica-* 42
*tionem* promittit Rex Romanorum, ut quæ bello facilè impli-
care poſſet Germaniam, ſed quemadmodum alienationes illæ ſe
habeant, *informationem* quærendam, quam Cancellariæ Mo- 43
guntinæ intra anni ſpatium à tempore ſuſcepti Regiminis inſi-
nuari curabit. Quod ipſum primâ quidem vice Capitulationi
Matthiæ art. 9. injunctum, & in ſubſeqq. continuatum, ſed effe- 44
ctu hactenus caruit. Quæ omnia verò tam quod ad terras has
Italicas quàm ſupra tradita attinet, cum conſenſu ſive Electo- 45
rum, ſive pro re natâ Statuum Imperii, quidque eâ in re bonum
& utile judicabitur, ſuſcipiet. Uti enim informatio, quam cu-
raturum promittit Rex Romanorum æquè periculoſa non cen-
ſetur Imperio ac vindicatio; Ita hîc quidem Imperii Statuum
conſenſus neceſſarius eſt: ibi v. Electorum Conſilium ſufficere
videtur.



§. 12. Por-

46 §. 12. Porrò hîc etiam ſpecialis mentio fit bonorum *Ordinis Johannitici Equeſtri* tam intra quàm extra Imperium abre-
47 ptorum. Ordo Johanniticus ab Hoſpitio in honorem Dei & D. Johannis Hieroſolymæ ædificato nomen eſt ſortitus, propter victoriam contra Turcam, recuperatamque An. 1099. Civitatem Hieroſolymam inſtitutus. Vocati ſunt Equites etiam *Rhodii* & hodie *Melitenſes*, ab Inſulis Maris Mediterranei, Rhodo, quam olim, & Inſulâ Maltâ, quam hodie adhuc poſſident. Magiſter Ordinis Johannitici *Status Imperii eſt*, & votum habet in *Scamno Eccleſiaſtico*, ſedem verò in *Oppido Briſgojæ Hei-*
48 *dersheim*, ſpectatque ad Circulum Superiorem Rhenanum. vid. Zeilerum, *de X. Circulis pag. 633.* Quæ ergo bona, uti ſunt *Commendæ*, *Ballivie* & alia huic ipſi Ordini, maximè occaſione Belli Hiſpanici in Belgio geſti, ſunt detracta, & adhuc ſive in Belgio ſive etiam alibi à privatis detinentur, (quemadmodum inter alia *Commenda Argentoratenſis*, ut & quædam Commendæ ab Electore Brandenburgico An. 1654. Noribergæ fuêre repetitæ) illorum reſtitutionem *viâ Pacis* ſe curaturum Rex Romanorum promittit. Et inſertum hoc eſt primâ vice *Capitulationi Leopoldi*, ex Statuum *Monitis de A. 1658. d. 17. & 27. Aprilis*, uti habet Autor der Grundfeſte/ *Lib. 3. cap. 3.*

49 §. 13. Tandem & in ſpecie ſemetipſum obligat Rex Romanorum, quòd, ſi quæ bona poſſideat, quæ ad Imperium ſpectarent, nec feudi vel alio juſto titulo acquiſiiverit, illa ad in-
50 ſtantiam Electorum reſtituere velit. Deſideravit enim *Marchio Durlacenſis* ab Auſtriacis ſibi reſtitui Dominium *HohenGerolzeck* & *Marchio Culmbacenſis* pertinentias quaſdam *Burggraviatûs Norimbergenſis*, Alii alia; quæ ex parte habentur in *Catalogo Reſtituendorum* Norimbergæ An. 1654. exhibito apud Fritſch. in *Not. ad Inſtrum. Pac. art. 4.*

51 §. 14. Uti verò hic ipſe Articulus diverſa continet, ita etiam *partim limitativus eſt* poteſtatis Regiæ; *partim* verò *Norma-*

*Normativus*; Quod *poteſtatem alienandi bona* Imperii concernit, eatenus *limitativum* eſſe, quivis primâ fronte intelligit, quemadmodum & illa quæ de *redunitione* heïc tractantur, unde Imperium faciliimè bello implicari poſſet, vel quæ materiam de *reducendis* Statibus *exemptis* & *rectificatione Matriculæ* comprehendunt, cùm hæc ſit *cauſa Comitiorum*, per *Inſtr. Pac. art. 8. §. Habeantur.* Quoad *obligationem* verò *generalem* ea, quæ ab Imperio ſunt alienata *recuperandi*, ut & quemadmodum, ſi id fiat per viam pacis; nullum dubium eſt, quin eatenus ſit ſaltem *directivus*, & poteſtatis Regiæ, cui idipſum aliâs vi officii incumbit, *confirmativus*.

# COMMENTATIO AD ARTICULUM XIII.

## *DE IVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA BELLVM ET PACEM CVM EXTERIS, ET QVÆ SVNT AFFINIA.*

### SUMMARIA.

I. *Bellum diſtinguitur in* Offenſivum *&* Defenſivum. 1.

*Offenſivum Imperator non niſi cum Statuum conſenſu parare debet.* 2.

*Quod jam olim obtinuiſſe exemplis probatur.* 3.

*Ratio additur.* 4.

II. Limitatur *quoad caſus ſubitos & extraordinarios* 5.

*Tum enim ſufficit conſenſus Electorum* Collegialis. 6.

*Suſpectum tamen id videtur reliquis Imperii Statibus; nec ſine cauſâ.* 7.

*Hippolithi invectiva in Electores.* 8.

*Statuum monita circa hanc rem inſuper habita.* 9.

*Obligatio Ferdinandi IV.* relativa *ad Inſtr. Pacis.* 10.

*Hic res ad formulam antiquam eſt redacta.* 11.

*Hippolithus injuſtè in Electores invectus eſſe dicitur.* 12.

III. Limitatur *porrò, quoad bellum* Imperii nomine *ſuſcipiendum.* 13.
*Secus eſſe monſtratur, ſi ratione Provinciarum, quas ſuo nomine poſſidet, Imperator bellum ſuſcipiat.* 14.
*Tum enim Status nec conſentire nec contribuere neceſſe eſt.* 15.
*Allegatur Exemplum Maximiliani I.* 16.
*In ditionibus hereditariis quæ ad Imperium ſpectant, idem Jus circa bellum habet Imperator, quod reliqui Status.* 17.
*Statuum Imperii Monitorum hic iterum nulla ratio habita.* 18.
IV. *Docetur quid in Capitulatione Leopoldi hoc Artic. XIII. ſpecialiter ſit conſtitutum;* 19.
*Cur idem in præſenti Capit. Joſephi omiſſum?* 20.
*Annon injuſtè? cùm & aliorum interſit, iſtud denuò exprimi.* 21.
V. Ampliatur *è contrario: Ne liceat quoq; militem in Imperium deducere, ſine Statuum Electorumve præſcitu.* 22.
*Diſtinctio inter militem peregrinum & domeſticum hodie non attenditur.* 23.
VI. Ampliatur *ulterius, ut etiam ab aliis id fieri nequaquam permittat Rex Rom.* 24.
*Explicatur, qua ratione tunc vim vi repellere poſſit.* 25.
*Ordinatio Executionis, in diverſis Imperii Comitiis ſtabilita heic attendi debet.* 26.
*Modus in dictâ Ord. Exec. præſcriptus ſummatim proponitur.* 27.
VII. *Jus Regis Rom. circa bellum* defenſivum *planè* illimitatum *eſſe docetur.* 28.
*Ratio petitur à naturâ defenſionis in genere.* 29.
*Declarantur dicta, ſi bellum ex improviſo ſit gerendum.* 30.
*Quid intelligatur per vocem Imperii?* 31.
VIII. *Affinitas utriusq; Juris, & Belli & Fortalitiorum monſtratur.* 32.
*Quantum hic Imperator poſſit?* 33.
*Jus nova munimenta intra Statuum ditiones exſtruendi eſt Jus Comitiorum.* 34.
*Monita Statuum clauſulæ huic anſam dederunt.* 35.
IX. *Agitur de Jure* metatorum; *quod etiam connexum & affine eſt Juris Belli.* 36.
*Proinde nec hoc Jus ſine Comitiali Statuum conſenſu exercere valet Imperator.* 37.
*Militum inhoſpitationes tum demum fiunt juxta Imperii Conſtitutiones, ſi ſint* ordinatæ. 38.
*Scilicet ſi fiant*
*(1.) Ex neceſſitate.* 39.
*(2.) Præviâ communicatione cum Domino Territoriali.* 40.
*(3.) Cum benignâ ejusdem compellatione.* 41.

(4.) *Sub*

(4.) *Sub directione Præfectorum Circuli, ut & Domini recipientis.* 42.

(5.) *Servando æqualitatem in diſtributione.* 43.

(6.) *Absq; læſione & ſumtu recipientis.* 44.

*Quid Jure Rom. obtinuerit circa militum inhoſpitationes?* 45.

Salgami *nomen unde ſit ortum.* 46.

*Canatica quid ſint.* 47.

*Hodie in Imperio* ſtricto jure *ſuis ſumtibus vivere deberent milites.* 48.

*Quanquam præter Salgamum* (Services) *etiam victum pabulumq; prætendant.* 49.

*A quota Contributionum id poſtea deducendum.* 50.

X. Jus Pacis *ſimiliter ut* Jus Belli *eſſe* Jus Comitiorum *& Statibus Imp. communicatum, diverſis rationibus adſtruitur.* 51.

*Ducum Brunſvicenſium Literæ ſuper hanc rem ad Electorem Saxoniæ.* 52.

*Clauſula hæc promiſſionem Regis Rom. continens de adhibendo Statuum conſenſu huic Joſephinæ Capit. primitus eſt inſerta.* 53.

XI. *Qualiter de futurâ cum Gallo Pacificatione mentio fiat in hoc Articulo, monſtratur.* 54.

*Gallorum invaſiones & occupationes recenſentur.* 55.

*Multa tam in Eccleſiaſticis quàm in Politicis iidem mutârunt.* 56.

*Utrobiq; reſtitutio Statibus oppreſſis procuranda, vi promiſſionis Regiæ hoc art. factæ.* 57.

XII. *Articulus hic potiſſimam partem* limitativus *eſt.* 58.

*In eo tamen &* Normativus, *quatenus Imperii Statuumq; defenſionem reſpicit.* 59.

## I.

QUoad *Jus & Officium Regium* circa *bellum* cum exteris di- 1
ſtinguendum eſt primò inter bellum *offenſivum & defenſivum.* *Offenſivum*, de quo priùs agendum, quod concernit, Im- 2
perator ſolus ſub ullo prætextu incipere nec ſolet nec debet, ſed potiùs *conſenſus Statuum Imperii* requiritur, ibi: **Ohne der Chur-fürſten/Fürſten und Stände Vorwiſſen/Rath und Einwilligung** ꝛc. quod jam olim *Capitulationi Caroli V. art. 11.* inſertum; & *in R. I. Wormatienſi*, qui inſcribitur **die Handhabung** A. 1495. diſertè habetur §. **die Königliche Majeſtät ſoll keinen Krieg anfahen.** vers. **Auch ſollen Wir** ꝛc. ne id fiat **ohne Wiſſen und Willen jährlicher**

**Ver-**

Verſam̃lung/ quo innuuntur Comitia Imperii, uti patet ex *princ.*
angezogener Handhabung *in fin.* ibi: Wir und Unſer Churfürſten/
Fürſten/ Prælaten/ Graffen/ Freyen/ Herren/ und des Reichs Stän-
de gen Franckfort perſönlich kommen. Accedit etiam *Inſtr. Pac.*
*art. 8. §. Gaudeant* Statûs jure ſuffragii, *præſertim ubi bellum de-*
3 *cernendum.* Id quod jam olim obtinuiſſe demonſtrant exem-
pla Henricorum II. & V. Friderici I. Ottonis IV. Ludovici Bava-
ri & aliorum, quæ Limnæus citat ad Capitulationem Caroli V.
4 art. 11. ad voc. der Reichs-Ständ. Uti enim facilè implicari bel-
lo poteſt totum Imperium, adeòque cauſa omnium omnino in-
tereſt: ita etiam, juxta vulgatam Juris regulam, æquum erit, ut
omnes in eam conſentiant.

5 §. 2. *Limitatur* tamen iſthoc in caſibus *ſubitis & extra-*
*ordinariis*, quando res moram non patitur, ubi ſufficit *Conſenſus*
6 *Electorum Collegialis*, ibi: Zum wenigſten der ſämbtlichen Chur-
Fürſten Vorwiſſen/ Rath und Einwilligung &c. quod in Capitu-
latione Ferdinandi IV. art. 11. his verbis porrò expreſſum: In
Sachen/ da in dem Verzug Gefahr ſtünde/ biß man zu einer Reichs-
Verſam̃lung/ ſo ſolchen falls zum förderlichſten außzuſchreiben/ ge-
langen kan ꝛc. Unde etiã Ferdinandus II. A. 1630. adhibito ſolùm
Electorum conſenſu bellum contra Suecorum Regem decre-
vit, uti habet Theatrum Europæum part. 2. pag. 197. Quod
7 ipſum tamen Imperii Statibus *ſuſpectum* videbatur. Ne ſcil.
Imperatori & Electoribus *prætextu casûs ſubiti* detur copia bel-
lo implicandi Imperium. Unde in *Monitis* ſuis ad *Capitulatio-*
*nem An. 1658. die 17. & 27. Aprilis* exhibitis, apud Autorem der
Grundfeſte/ *p. 3. c. 3. p. 226.* hæc verba ſine ullâ reſtrictione deſi-
derabant inſeri: daß der künfftige Römiſche Käyſer kein Krieges-
Heer zuſammen bringen ſolle/ es werde dann zuvorhero Comitiali
8 Statuum Conſenſu geſchloſſen; Et *invectivam* in Electores exer-
cet Hippolithus à Lapide, *part. 1. c. 15. ſect. 2. de Rat. Stat.* quòd cùm
olim Imperatori & Ordinibus Imperii ſimul hoc jus competie-
rit, id-

rit, idipſum unà cum Imperatore Statibus ſubtraxerint, ita ut ab Ordinibus malè adminiſtratæ rei & ſuppreſſæ libertatis publicæ inſimulari poſſent. Non tamen Statuum *monitis* hac in re 9
eſt delatum, ſed potiùs expreſſio nova in *Capitulatione* Ferdinandi facta ſupra allegata denuò eſt omiſſa, & generaliter tantum ſtatutum, *quòd Imperator ſervare debeat ea, quæ in Inſtru-* 10
*mento Pacis ſunt concluſa.* In præſenti autem Capitulatione res ad *formulam antiquam*, uti in Capitulatione Caroli V. habetur, 11
eſt redacta. Neque verò juſtè invehitur *Hippolithus* in Electo- 12
res: cùm his non fuerit animus jura Statuum reliquorum reſtringendi vel auferendi, ſed *extraordinariè* ſaltem, & in caſu ubi res moram non patitur, Imperio ſuccurrendi. Add. quæ habet Schützius *Vol. 2. Coll. Jur. publ. Diſp. 10. th. 2. lit. D.*

§. 3. Quæ ſupra diximus, porrò *limitantur* ratione belli *nomine Imperii* ſuſcipiendi, per verba: Jn- und auſſerhalb des 13
Reichs / von deſſelben wegen ꝛc. Sicut enim Imperator Regna & 14
provincias v. gr. Hungariam, ut olim Carolus V. Hiſpaniam, *ſuo nomine* poſſidet: ita, ſi ratione iſtorum regnorum bellum ſit gerendum, conſenſu Statuum opus non habet, modò non per in- 15
directum Imperium implicetur. Quemadmodum nec Statûs Imperii propterea quidquam contribuere ſunt obligati. Unde 16
cùm Maximilianus I. in belli uſum contra Venetos pecuniam peteret à Principibus & Civitatibus Imperii, teſte Henrico Mutio *in Chron. German. Lib. 29. pag. 314. inter Scriptores rer. Germ. Piſtorianos*, reſponſum tulit: *Cùm bellum hoc non gereret Imperii, ſed ſuo nomine, Statûs toties exhauſtos nihil mittere poſſe.* Quod 17
verò Bohemiam, Auſtriam, aliasque ditiones ad Romanum Imperium ſpectantes attinet, ibi *idem Juris* habere debet Imperator, quòd reliqui Statûs habent, qui jure armorum gaudent, etiam ut ſinguli, ceu textûs probant: *in R. I. Spirenſ. de An. 1570.* §. Deßhalben ſolcher. 19. ſeq. *R. I. de A. 1555.* §. So ſich dann abermahls. 65. & §. Wo Sie aber keine Herren. 50. *ſequ.* Ita ut etiam 18

bellum offenſivum cum peregrino gerere valeant, ſiquidem de causâ Imperatorem certiorem reddant. *R. I. de A. 1555.* §. Und ſollen in oberzehlten. 64. *O. Cam. part. 2. Tit. 9.* §. Und ob ſichs zutrüge; & *Tit. 15. R. I. de A. 1564.* §. Dann erſtlich. 4. *ſeqq.* Et quamvis Imperii Statûs *ad Capit. Leopold. art. 11.* monuerint: Daß der künfftige Käyſer ohne der Stände Conſens weder von des Reichs noch ſeines Hauſes wegen einen Krieg anfangen ſolle. Autor der Grundfeſte. *p. 3. c. 3.* vid. Schvveder. *pag. 615.* id tamen hactenus non fuit attentum.

19 §. 4. Speciatim verò in Capitulatione Leopoldi hoc articulo 13. cautum eſt, (1.) Ne *Pax Weſtphalica* Osnabrugæ & Monaſterii inter Imperatorem & Imperium Romanum ex una, & compaciſcentes ex alterâ parte concluſa turbetur vel frangatur, ſed æterna conſervetur. (2.) Ne Hoſtibus *Coronæ Galliæ*, ſub ullo prætextu contra memoratam coronam, armis, pecuniâ, milite, commeatu aliterve ſuccurrat, nec ullis copiis, quæ contra aliquem hujus Pacificationis conſortem duci contigerit, receptum, ſtativa, tranſitumve indulgeat. Imò (3.) Imperator illi, quod de *Circulo Burgundico* in dictâ Pace conventum, conformem ſe geſturum promittit. Illud autem in hoc conſiſtit: Ne Imperator vel ullus Imperii Status Bellis, quæ in Circulo Burgundico tum temporis fuêre geſta, ſeſe immiſceat, quanquam dictus Circulus ſit & maneat membrum Imperii, & poſt controverſias inter Galliam Hiſpaniamque ſopitas in allegatâ pace comprehendi debeat, prout in Inſtrumento Pacis
20 Cæſareo-Gallico §. *Et ut eò ſincerior.* 3. deciſum. Sed quia Corona Galliæ mutuam fidem Imperatori, Electoribus, Principibus & Statibus Imperii in *d. §. Inſtrumenti Pac. Cæſ. Gallici* promiſſam non ſervavit, ut tempora moderna docent, adeoque nec Imperatorem nec Imperium ampliùs obligatio ulla ſtringit: inde omnia illa puncta ſupra notata in Capitulatione Joſephi ſunt omiſſa. Et quamvis contra hanc omiſſionem allegari poſſet; quod

Digitized by Google

quòd *primum* & *ſecundum* punctum non tantùm de Coronâ 21
Galliæ, ſed etiam Coronâ Sueciæ, aliisque in Inſtrumento Pacis comprehenſis loquatur; Cùm tamen non alteriùs, quàm Coronæ Gallicæ expreſſa ibidem fiat mentio, adeòque paſſus iſte in favorem ejus, Hiſpanorum verò odium ſine dubio Capitulationi Leopoldinæ ſit inſertus, & Coronæ Suecicæ aliisque Statibus in dictâ Pace comprehenſis, alibi per LL. Imperii ſit cautum, nominata puncta meritò in Capitulatione Joſephi ſunt omiſſa.

§. 5. *Ampliatur* contrà dicta diſpoſitio in eo: *Ne ſcil. abſq;* 22
*conſenſu Statuum Imperii vel ſaltem Electorum deducere liceat militem in Imperium.* In prioribus Capitulationibus à Carolo V. uſque ad Leopoldum clauſula de *Milite peregrino* erat concepta, videl. ne libertatis periculum exinde immineat, uti notat Moguntinus in *Orat.* apud Sleidanum, *Lib. 1. de Statu Relig. & Reip.* vid. Limn. *ad Capit. Caroli V. art. 11.* ad verba: **Einig frembd Kriegs-Volck.** In Leopoldi verò Capitulatione, & quæ 23
eam ſequitur, Joſephi, omiſsâ voce *peregrini* generaliter eſt diſpoſitum: **Einiges Kriegs-Volck**; cùm etiam ex milite non peregrino plurima ſæpe incommoda, nec minoris ponderis ſint expectanda.

§. 6. *Ampliantur* porrò quæ ſunt dicta, & extenduntur 24
*etiam ad alios.* Ita ut non tantùm ipſe militem in Imperium adducere nolit, ſed nec in alio, ſive Statu Imperii, ſive etiam Principe extraneo, quocunque prætextû id fiat, id tolerare, ſed auſibus iſtis ſeriò occurrere, vim vi repellere & exinde læſis ſuccurrere velit. Quam verò defenſionem juxta Imperii Conſti- 25
tutiones & maximè *Ordinationem Executionis* ſe facturum promittit. Ubi intelligitur inprimis Ordinatio Executionis, quæ 26
ſtabilita in Comitiis de A. 1555. & poſtea cum augmento An. 1559. 1564. 1570. 1576. 1582. 1594. 1598. 1603. 1641. §. **die Durchzüge.** 43. *Inſtr. Pac. art. 17. §. Quoties autem milites. in R. I. de A. 1654.* §. **Nachdem auch Churfürſten.** 178. & inprimis in adhuc duran-

27 tibus Comitiis eſt confirmata. Ubi inter alia habentur huc
ſpectantia, ut ſiquidem miles ſit ducendus, caveat (1.) *Duci Circuli* ne ducatur adverſus Imperatorem vel Regem Romanorum,
vel etiam Statûs Imperii. (2.) petatur *conceſſio* ab iis in & per
quorum territoria ſit ducendus. (3.) Exercitus in modicas copias diviſus transmittendus. (4.) Ejus, ad quem miles ſpectat,
ſumtu; & (5.) datis fidejuſſoribus vel obſidibus Domino Territorii, de omni futuro damno reſarciendo. Quæ videantur in
dictis Imperii Conſtitutionibus, & inprimis **in der Erneuerten**
Executions-**Ordnung** in præſentibus Comitiis concluſa, *cap. 6.*
apud Fritzſchium *de Tranſitu Militari*, *cap. 8. n. 7.* add. quæ de
*Ord. Execut.* ſunt dicta *in Notis ad Bæclerum Lib. 3. c. 3. ad voc.*
*Ordinatio ſuperior confirmata.*

28 §. 7. Atque hæc quoad bellum offenſivum. Jus Regis
Romanorum circa bellum *defenſivum* quod concernit, id *illimitatum* omnino eſt juxta verba: **Wo Wir aber von des Reichs-wegen / oder das Heil. Reich angegriffen und bekrieget würden / als-dann mögen Wir Uns aller Hülffe gebrauchen.** Quæ ipſa etiam
in Capitulatione Caroli V. art. 11. habentur & in ſeqq. repetun-
29 tur. Neque id immeritò, cùm defenſio ſit Juris Naturalis &
Gentium, adeoque nemini, nec Statui Imperii, qui etiam absque
Imperatoris conſenſu reſiſtere oppugnanti ſive Extero ſive
Conſtatui ſeque defendere poteſt; **Ordnung vom Landfrieden**
*de A. 1521. & 1548. art. 3.* §. **Und ob Jemand.** multò minùs Impe-
30 ratori auferenda. Maximè cùm tale bellum ex improviſo gerendum, ita ut non ſatis temporis ſuppetat ad conſultandum,
quomodo & quibus auxiliis ſit ſuſcipiendum, adeò ut etiam extraneo milite, nec infidelibus excluſis, cum cautelâ tamen &
prudentiâ, uti queat; per verba: **Aller Hülffe gebrauchen.** vid.
Lampadius *part. 3. c. 19. §. 17.* Limnæus *ad Capitulat. Caroli V.* ad
verba: **Wo Wir aber von des Reichs-wegen / oder das Heil. Reich**
31 **angegriffen würde.** Sub voce autem *Imperii* ſubjectum, ſeu pars
ſub-

Digitized by Google

ſubjecti intelligitur, hoc eſt, Unusquisque Status Imperii qui
bello petitur. Hunc enim iniquè oppreſſum ex promiſſione
hic factâ juvare tenetur Imperator , dum quisque Statuum
membrum eſt & pars Imperii. .

§. 8. *Affine* Juris Belli eſt *Jus fortalitiorum extruendo-* 32
*rum*; Nam cum defenſio juſtitiam belli fundat, & fortalitia pro
defenſione ſint inventa, jura hæc Majeſtatica comodè ſatis hîc
connectuntur. Imperatori ergo vi hujus articuli nec belli nec 33
pacis tempore fortalitia de novo exſtruere aut demolita reſtau-
rare licet, in territoriis Electorum, Principum & Statuum Im-
perii, absque conſenſu Statuum & maximè eorum, quorum in-
tereſt. Utut enim conſensûs hujus in textu Articuli expreſſa
non fiat mentio: quia tamen argumentum à pari ſcil. à Jure Bel-
li trahitur, & jus nova munimenta intra Statuum ditiones ex-
ſtrüendi eſt Jus Comitiorum, *in I.P. art. 8. §. Gaudeant.* prœterea-
que Statûs Imperii in *Monitis ad Capitulationem Leopoldi ad art.* 34
*11. n. 7. A. 1658.* exhibitis hoc ſigillatim referunt: **Daß künfftiger
Römiſcher Kayſer in der Churfürſten / Fürſten und Stände Lande
ohne der geſambten Stände / inſonderheit der** Intereſſir**ten Vorwiſ-
ſen und Bewilligung keine neue Feſtung baue / noch die Alten er-
neuern laſſe**/apud Autorem **der Grundfeſte**/ part. 3. cap. 3. p. 224. & 35
ſequ. quæ etiam monita huic Clauſulæ Articulo Cap. Leopoldi-
næ 13 inſerendæ anſam dedêre: ſine dubio intenderunt Paciſcen-
tes, ut eodem Jure haberetur *Jus fortalitiorum*, quo determina-
tum eſt in Articulo ipſum *Jus belli.* Quod hîc de ipſo Imperatore
dictum eſt, in Articulo etiam ad alios extenditur, ne ſcil. tale
quid nec ab aliis fieri concedat, ibi: **Vielweniger andern ſolches
geſtatten oder zulaſſen.**

§. 9. Alterum affine ſeu connexum juris belli eſt *jus me-* 36
*tatorum*, ſeu milites bellicis expeditionibus intentos inhoſpi-
tandi, id quod eodem omnino jure quoq; æſtimatur, prout ipſum
Jus belli, ſcilicet quòd Imperator non aliter quàm *Comitiali* li- 37

beroque omnium Imperii *Statuum conſenſu* idipſum exercere debeat, cùm non tantùm ut conſequens & acceſſorium belli ſequatur ipſum Jus Belli tanquam principale, verùm etiam expreſſis verbis in *Inſtrum. Pac. art. 8.* §. *Gaudeant* ſit conſtitutum, ut ſcil. inhoſpitationes militum faciendæ ſint *Jus Comitiorum.* Unde quæ huic articulo tam Leopoldinæ quàm Joſephinæ Capitulationis inſerta leguntur, ibi: **Kein Stand mit Einquartierung wider die Reichs-** Conſtitutiones **belegen ꝛc.** ſecundùm ea, quæ modò diximus, explicari fas eſt. Fiunt autem hoſpitationes militum tum demum juxta Conſtitutiones Imperii, ſi præter adhibitum Conſenſum Comitialem etiam ſint *ordinatæ*;
38 Videlicet ſi fiant [1.] ex *neceſſitate*, **in höchſter unumbgänglicher**
39 **Noth.** Capit. Ferdinandi III. art. 29. Ord. Cam. part. 2. Tit. 15. ibi:
40 **Bedrängte redliche Urſachen.** [2.] Accedente non ſolùm tempeſtivâ communicatione cum Statu, in cujus territorio eſt, faciendâ, ſed & deſignatione numeri, ſeu rotulo militum. *Cap. Ferd. III. art. 29.* ibi: **Wie auch die Cräyßſtände ſo darmit betroffen werden.** *R. I. de An. 1641.* §. **Demnach aber.** *26. in fin.* ibi: **Mit des Orts Obrigkeit Vorwiſſen/neben Beyſchlieſſung der Roll berichten/ darmit ein jeder Stand wie viel und welche Mannſchafften Ihme im**
41 **Quartier zu unterhalten obliege ꝛc.** & [3.] cum benignâ ejus compellatione & perſuaſione juxta R. I. de An. 1641. §. **Setzen** ibi: **deſ-**
42 **ſen bey zeiten freund- und gnädiglich.** [4.] Si Duces & Præfecti Circuli habeant directionem & diſtributionem in Circulo, Dominus v. Territorii in ſuo territorio per Capit. Ferd. III. art. 29. ibi: **Mit Vorbewuſt der Cräyß-Obriſten/ uñ deren Nach- und Zugeordneten.** R. I. de A. 1641. §. **Setzen ſolchem nach.** 22. & de An. 1654. §. **Und damit.** ibi: **Cräyß-außſchreibende Fürſten / als welchen Wir die Außtheilung der Quartieren in denen Cräyſen anheim geſtellt.** [5.] Si diſtributio fiat æqualiter, tam quoad ipſos Statûs inter ſe,
43 non habitâ differentiâ Religionis, quàm reſpectu hoſtis & periculi imminentis, ut & reſpectu onerum, per R. I. de An. 1641.

§. **Dem-**

§. **Demnach aber.** 26. ibi: **denen alſo beſchwerten Crayſen von den andern eine erkleckliche Beyhülff geſchehen ſoll.** add. R.I. de A.1544. §. **Als aber Wir.** 26. ibi: **keiner vor den andern beſchwehret werde ꝛc.** & R.I. paſſim. [6.] Si uſurpatio fiat absque læſione, diſpendio 44
& ſumptu recipientis. Jure Romano onus Hoſpitationis con- 45
ſiſtebat in nudâ receptione (**Obdach**) & *Salgamo*, quo ſignificabantur fructûs & herbæ ut plurimùm conditæ, veluti capparis, braſſica, beta & aliæ, quæ ad victum ex ſale & aceto in vaſis continebantur, unde & nomen *Salgami* eſt ortum. Milites enim 46
buccellato ſuo, ſeu bis coctò, quo utebantur duobus ſemper diebus, & tertio demùm pane, per *L. 1. C. de Erogat. Milit. annon.* addebant Salgamum, quo contenti eſſe debebant. Poſtea acetum quoque, lignum, culcitræ & oleum hac appellatione venerunt & in univerſum res neceſſariæ ad apparatum victûs & refocillationem corporis, quæ aliâs in Jure *Canatica* vocantur, in 47
*L. 3. C. de Erogat. milit. annon.* noſtris: *Services*, quo nempe ligna, candelæ, ſal, acetum, & lectus comprehenduntur, juxta Schvvederum *part. ſpec. ſect. 11. pag. 619.* Equidem laſcivia militaris ipſum ſæpe victum Salgami obtentu depoſcebat, verùm ne hic integrè præbeatur, ſeverè interdicit *L. un. C. de Salgamo hoſpitibus non præbend.* vid. Jac. Gothofr. *ad L. 3. C. d. tit.* In Imperio Romano-Germanico *ſtricto jure* ſuis ſumptibus vivere 48
debent milites, per *Ord. Cam. p. 2. Tit. 15. R. I. de An. 1555.* §. **Wo ſich aber.** 49. Et quanquam in Pacificatione Pirnenſi conventum, **daß das Quartier nur auff das bloſſe Lager/ Liecht und Holtz zu verſtehen**; ut notat Dn. Tabor *de Metat. p. 1. c. 8. n. 13. p. 60.* In Pacificatione tamen Pragenſi ſubſecutâ quemadmodum & Osnabrugenſi determinatio illa confirmata non eſt. Sed hodie præter 49
Salgamum etiam victus pabulumque equorum prætenditur, **Obdach/ Mund**-portion, Service, **Stroh/ glatt und rauh Futter**; quod dicitur: **Einquartier- und Verpflegung** / & facit eò *R. I. de A. 1641.* §. **Und demnach.** 24. §. **Demnach.** 26. §. **Setzen.** 22. ibi: **Im Quar-**

50 **Quartier zu unterhalten.** Ita tamen ut poſtea deducatur à quotâ contributionum adeoque res ad æqualitatem reducatur. vid. Tabor. *de Metat. d. c. 8.*

§. 10. Atque hæc de *Jure Belli*; Quæ circa finem Articuli *Pacem* concernunt, vel ad *Jus* ſpectant, vel ad *futuram Pacificationem.*
51 Ad *Jus Pacis* quod attinet, (1.) promittit hic Rex Romanorum in genere, ſe abſque conſenſu & ſuffragio Statuum Imperii pacem non facturum, **keinen Frieden ohne Zuthun und Einwilligung der Stände ſchlieſſen.** Quod ipſum jam olim (2.) in *R. I. Trevirenſi de A. 1512.* §. **Item ob Uns.** 9. ibi: **Das Beſte darinn getreulich helffen und rathen ſolle ꝛc.** cautum erat; Et ne quis (3.) *nudo conſilio* hæc adſcribat, in *Inſtr. Pacis art. 8. §. Gaudeant.* clarè eſt deciſum, pacem ſcil. non aliter iniri poſſe, quàm Comitiali liberoque omnium Imperii Statuum ſuffragio & conſenſu. Accedit (4.) Jus pacis, ex naturâ contrariorum, ejusdem qualitatis, atque eſt Jus belli, ad Jura Comitiorum pertinens, eſſe debere. Inprimis cùm (5.) bello totum lædatur Imperium; proinde omnes etiam Status ad reparationem iſtius læſionis con-
52 ſentire fas eſt. Unde etiam Duces Brunſvicenſes An. 1641. d. 8. Maji ad Electorem Saxoniæ ſcripsêre: **Das aller Stände und Unterthanen Wohl und Wehe nach ſich ziehende** Jus Pacis & Belli **gehöre Vermöge der Reichs-Abſchiede und Wahl**-Capitulation **unſtreittig für die geſambte Reichs-Stände/** uti eſt in Theatro Europæo, *part. 4. pag. 440.* vid. Schüz. *in Coll. I. P. vol. 2. Diſp. 10. th. 2.*
53 *lit. Z. & Diſp. 13. th. 2. lit. C.* Interim tamen hæc Clauſula primâ vice Capitulationi Joſephi eſt inſerta, ita ut nec in *Capit. Leopoldi* hoc articulo conſpiciatur, utut ea prima fuerit, quæ *Inſtr. Pacis* ſit inſecuta, ut ſine dubio Diſpoſitioni huic generali Tractatûs Pacis aliquando, DEO volente, cum Gallo ineundi, occaſionem dederint.

54 §. 11. Alterum, quod de Pace in hoc Articulo habetur, ſpeciale eſt, & *futuram* cum Gallo *Pacificationem* reſpicit, uti

patet

patet ex verbis: **Bey deſſen Erfolg**/quod futurum denotat. Poſt- 55
quam enim hoſtis ille bellicoſus in Bello hodienum durante
plures Provincias, Lotharingiam, Comitatum Burgundiæ, Mon-
tisbelicardenſem, utramque Alſatiam, Diœceſes Trevirenſem
& Moguntinam, Ducatus Bipontinum, Simmerenſem, Tra-
ctum Vogeſi & Auſtraſiæ cum Comitatu Saræpontano, Vel-
dentiæ, Leiningenſi & Bitſchenſi, provincias item Belgicas, Lu-
zenburgum, Limburgum, Arteſiam, Hannoniam, Namurcum,
Flandriæ & Brabantiæ partem, &c. cum infinitis ferè Urbibus,
pluribusque Civitatibus Imperialibus, (Loca in Italiâ, Sabaudiâ
ſcil. occupata, hîc ſicco tranſimus pede) occupavit, de quo Hi-
ſtoriæ noſtrorum temporum loquuntur; multa etiam tam in
*Eccleſiaſticis*, quàm in Regimine *Politico* mutavit, dum ſcil. Re- 56
ligionem Pontificiam paſſim introduxit & Evangelicorum loca
reformavit; Status Imperii liberamque Imperii Nobilitatem,
ſpretâ eorum im̃edietate ſibi ſubjecit; Hinc Rex Romanorum 57
ſeriò ſe effecturum promittit, **ernſtlich daran zu ſeyn** / quò in ſola-
tium oppreſſorum Statuum & ſubditorum ipſorum, occupata
in Imperio loca, & quæ in iisdem in *Eccleſiaſticis* æquè ac *Politi-
cis* rebus immutata ſunt, in priſtinum *Legibusq́.* Imperii *funda-
mentalibus* nec non *anterioribus Pacificationibus* conformem
ſtatum reſtituantur.

§. 12. Hic Articulus maxima ex parte Regiam poteſtatem *limitat* ac reſtringit; dum nimirum in *Jure Pacis ac Belli*, *Jure* item *fortalitiorum* in Statuum territoriis exſtruendorum, nec minùs in *Jure Hoſpitandorum & deducendorum militum* ſuffragio *Statuum* Imperii, vel ſaltem *Electorum* ſe acturum promittit, adeòque *Jus* illud cum ipſis *communicat*. *Normativus* verò idem eſt & directivus, quatenus *defenſionem* Imperii Statuumq; reſpicit, ſive ea in Copiis militaribus per Imperium ſine Lege non deducendis, vel in ipſum irruentibus expellendis & retundendis, ſive etiam in ipſo bello defenſivo conſiſtat.

# COMMENTATIO
AD
# ARTICULUM XIV.
## DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA BELLA INTESTINA ET PACEM IMPERII PUBLICAM.

### SUMMARIA.

I. *Connexio hujus & præcedentis Articuli.* 1.
*Generaliter hic prohibetur vis injuſta.* 2.
*Quæ prohibitio nihil novi continet;*
*Sed partim in Inſtrumento Pacis.* 3.
*partim in Conſtitutionibus Imperii paſſim.* 4.
*partim in omnibus retrò Capitulationibus legitur.* 5.

II. *Cauſa impulſiva Articuli hujus Capitulationibus inſerendi exponitur.* 6.
*Reliquæ pacis publicæ Conſtitutiones Cæſaris vel Regis Rom. nullam expreſſam faciunt mentionem.* 7.
*Naturalis injuſtitia Bellorum inteſtinorum.* 8.
*Imperator neq; per ſe neq; per alium vim alteri illaturum promittit.* 9.

III. *Pax Publica Imperii duplex eſt:*
[1.] *Profana.* der Käyſerl. Landfrieden. 10.
[2.] *Religioſa.* 11.
*Utramq; ſervare tenetur Rex Romanorum.* 12.

IV. *Nobilitatis quoq; immediatæ, quòd* Pace Publicâ *gaudeat, expreſſa mentio injicitur.* 13.
*Quod in Capitulatione Ferdinandi IV. primò factum.* 14.

V. *Vis illa injuſta, quæ hic inferri denuò prohibetur, ad 4. genera revocatur.* 15.
*Eſt enim vel* ablativa. 16.
*vel* turbativa. 17.
*vel* offenſiva. 18.
*vel* compulſiva. 19.

VI. *Explicatur, qua ratione Rex Rom. vim quamvis injuſtam ab aliis fortè Imperio inferendam avertere & præcavere teneatur.* 20.

VII. *Docetur quonam in judicio & ex quibus principiis Jure ſit agendum.* 21.
*Imperator ipſe conveniendus coram Comite Palatino Rheni.* 22.

Singulii

*Singuli Statuum conveniuntur vel in Aulâ vel in Camerâ, obſervatâ inſtantiâ Auſtregali.* 23.

*Status autem* conjunctim *ſumpti nullum habere Judicem videtur.* 24.

*Ratio additur.* 25.

*Ad arbitrum tunc deferri poſſe litem innuitur.* 26.

VIII. *Remedium Juris, quod inter Summas poteſtates locum habeat*, arbitrium *eſſe oſtenditur.* 27.

*In textu autem indiſtinctè* ad Ordinarium Judicem *cauſa remittitur.* 28.

*Qualis non eſt* arbiter compromiſſarius. 29.

*Diſtinguendum an Status Imperii* conjunctim *ab alio, an ab ipſo Imperatore conveniantur.* 30.

Illo *in caſu nihil prohibet, quò minùs Aula vel Camera ſit Judex.* 31.

*Quoniam Imperator univerſis quoque Juſtitiam adminiſtrat;* 32.

*Siquidem omnibus & ſingulis imperat ex plenitudine poteſtatis:*

*Ceu patet ex ſtylo LL. publicarum, quæ hîc allegantur.* 33.

IX. Hoc *in caſu, ſi ſcil. Imperator ipſe Actor eſt, obſtare quidem videtur, neminem & Judicem & Actorem eſſe poſſe in eâdem causâ.* 34.

*Sed quoniam in* cauſis *quoq;* fiſcalibus *hæc regula fallit.* 35.

*Adhæc Judicia illa juramento ſunt devincta, ut æqualiter omnibus jus dicant.* 36.

*Princeps etiam aliàs coram ſuis* Conſiliariis *conventus, & vice versâ ſubditis litem movere poteſt.* 37.

*Conſequens eſt, Jurisdictionem Imperatoris & tunc fundatam eſſe.* 38.

X. *Hactenus dicta* limitantur; *modò adverſarius jure experiri non detrectet.* 39.

*Secus enim vim vi repellere licet.* 40.

*Et hoc demum caſu bellum inter Imperii Statûs permiſſum eſt.* 41.

*Conſtatibus in Pace publ. turbatis ſuccurri debet.* 42.

*Ipſi quoq; Imperatori Statum Imperii contra publ. Pacem offendenti reſiſti poſſe LL. Imperii docent.* 43.

XI. *Articulus hic ſaltem* normativus *eſſe dicitur.* 44.

*Idq; demonſtratur ex doctrina Juris publ. Univerſalis.* 45.

## §. I.

POſtquam in Articulo præcedente de Jure & Officio Regis Romanorum circa Bellum & Pacem cum exteris eſt actum,

præſens Articulus hîc ſubnectitur, in quo de ipſius Jure & Officio circa *bella inteſtina pacemq́; adeò publicam* agitur, quod *partim* adverſus ipſum Regem, *partim* adverſus alios ſeſe exercere de-
2 bet. *Generaliter* in eo prohibetur omnis omnino *vis injuſta* in Imperio, quocunque etiam prætextu illa inferatur, & contrà præcipitur, ut quisque, cui controverſia ſuboritur, jure experiatur. Quod ipſum in Inſtrumento quoque Pacis Cæſareo-Sue-
3 cico, *art. 17. vers. Et nulli omnino, &c.* ita eſt expreſſum: *Nulli omnino Statuum Imperii liceat Jus ſuum vi vel armis perſequi, ſed ſi quid controverſiæ ſive jam exortum ſit, ſive poſthac inciderit, unusquisq́; jure experiatur, ſecus faciens reus ſit fractæ pacis*
4 Imò in ipsâ Conſtitutione de Pace Publicâ ſeu profanâ, **vom Käyſerlichen** vel **Königlichen Landfrieden** *de A. 1548. in pr. §. 1. vers.* **Erneuern / auffrichten / beſſern / ꝛc.** & in *R. I. de A. 1555.* §. **Setzen demnach.** 14. idem eſt ſancitum. ibi: **daß hinführo Niemands / was Würden / Standes oder Weſen der ſey / umb keinerley Urſachen willen / wie die Namen haben möchten / auch in was geſuchtē Schein das geſchehe / den andern befehden / bekriegen / berauben / fahen / überziehen / belägern / ꝛc. ſolle.** Quod etiam volunt *Conſtitutiones anteriores*, quas Maximilianus I. An. 1495. & ſecuti Imperatores pro-
5 mulgârunt. Unde poſtmodum hic Articulus Capitulationi Cæſareæ cœpit inſeri, etſi diverſo in plerisque numero collocetur, dum, qui nobis eſt Articulus 14. in Leopoldinâ eſt 15. in Ferdinandi IV. 12. in Ferdinandi III. 27. in Ferdinandi II. 25. in Capitulatione Matthiæ 26. Rudolphinâ 22. Maximiliani II. 10. Ferdinandi I. 20. & in Carolinâ 21.

6 §. 2. Scilicet inſertus eſt hic Articulus Capitulationi ideo, ut omnis anſa dubitandi præcideretur, ſi quis fortè in ancipiti ponere vellet, an ex Publicæ Pacis Conſtitutione ipſe ſit obligatus Imperator, cùm Inſtrumentum Pacis d. l. tantùm loquatur
7 de Statibus Imperii, perinde uti reliquæ Pacis Publicæ Conſtitutiones pene omnes de Imperatore & Principe ſilent, niſi quòd in ge-

in generali formulâ ſint conceptæ : **Was Würden / Standes**
**oder Weſens die ſeyen** ; Et quod Conſtitutio de Pace Publicâ *de*
*A. 1555.* §. **Solches und Jedes.** *29. & §. ſequenti :* **Ferner verpflich-**
**ten.** 31. Majeſtatis Cæſareæ & Regis Romanorum eorumq; obli-
gationis expreſſam quoque mentionem faciat. Sicut autem 8
ipſa naturalis ratio dictitat, in Civitatibus bene conſtitutis non
eſſe viâ facti procedendum, quandoquidem id, de quo contro-
vertitur, Juris viâ mediisque pacificis obtinere licet; Unde in
*L. 3. ff. quod met. cauſ.* pro regulâ ſtatuitur: *Optimum eſſe, ſi quis*
*putet ſe habere petitiones, actione experiatur, nec vim Juri præfe-*
*rat:* Ita nec ipſe Imperator ab hoc Juris Naturalis præcepto ſo-
lutus eſſe cenſetur, ſed per Capitulationem expreſſis verbis 9
ſemetipſum obligat: **Wir ſollen und wollen auch die Churfürſten/**
**Fürſten und** Prælaten / **Grafen / Herren ꝛc. nicht ſelbſt vergewalti-**
**gen ꝛc.** adeò quidem, ut non ſolùm ipſe vim nullam aliis inferat,
ſed nec per alium id fieri permittat; ibi: **ſolches auch nicht ſchaffen.**

§. 3. Quemadmodum verò Pax publica Imperii duplex 10
eſt: *Una*, quæ circa negotia profana verſatur, & plerumque Pax
publica in ſpecie, ſeu profana appellatur, **der Käyſerliche Land-**
**frieden.** *Altera*, quæ Religioni data eſt, ut nimirùm ob diſſi- 11
dium circa eandem in Imperio, poſt Reformationem Lutheri,
exortum nemini vis fiat, quæ *Pax Religioſa* dicitur, & An. 1555.
triennio ſcil. poſt *Tranſactionem Paſſavienſem* in Comitiis Au-
guſtanis ſancita atque confirmata eſt. §. **Und damit ſolcher Fried.**
15. ſeqq. Ita etiam Rex Romanorum non minùs Pacem Reli- 12
gioſam quàm profanam æquo jure ſervare tenetur, ſiquidem
præter verba textûs noſtri, quæ generalia ſunt, *in d.* §. Pacis Re-
ligioſæ ſpecialiùs ſancitum eſt: **So ſollen die Käyſerliche Maje-**
**ſtät / Wir** (Rex ſcil. Romanorum Ferdinandus) **auch Churfürſten/**
**Fürſten und Stände des Heil. Reichs keinen Stand des Reichs von**
**wegen der Augſpurgiſchen** Confeſſion **und derſelbigen Lehr /** Reli-

gion und Glaubens halber mit der That gewaltiger Weiſe überziehen/beſchädigen/vergewaltigen; ꝛc.

§. 4. Statibus Imperii, qui propter Pacem Publicam, qua
13 fruuntur, à vi injuſtâ ſecuri eſſe debent, annectitur etiam *Nobilitas immediata*, de quâ nempe, quòd ejusdem Pacis immunitatibus ac Privilegiis citra controverſiam gaudeat, in textu noſtro aſſeritur. Et licèt in *Conſtitutione Pacis Publicæ* generalis formula: Daß Niemand/wes Standes/Würdens oder Weſens der ſey/den andern beſchden/bekriegen ſolle/ꝛc. id ſatis innuere videatur: creditum tamen eſt, è re Nobilitatis fore, ſi nominatim Capitulationibus (quod primâ vice factum apparet in Capitulatione
14 Ferdinandi IV.) inſererentur, quæ fortè omiſſa litibus anſam & materiam ſuppeditare, Pacemque adeò Publicam ipſis dubiam reddere poterant, maximè cùm *Statûs eſſe* eos à plerisque negetur.

15 §. 5. Cœterùm *vis* illa *injuſta* variis expreſſionibus ob oculos in textu ponitur. Ut enim violentia ſ. vis omnis ad 4. genera referri ſolet, *vim* ſcil. *ablativam*, *turbativam*, *offenſivam*, & *compulſivam*, de quibus vid. Bocer. *Claſſ. 4. Diſp. 5. & 6.* Ita ſi textûs noſtri formulas commodè huc applices, ad vim *ab-*
16 *lativam* ſpectabit, Raub und Nehmen/ Rapina & ablatio rei ſive mobilis ſive immobilis, quo caſu vis ablativa ſpecialiter dicitur
17 expulſiva, ſeu violenta dejectio. Ad *turbativam* verò, pigno-
18 rationes, die Pfandungen: ad *offenſivam*, incendia, diffidationes
19 & ipſa bella, Brand/Vehd und Kriegen: Et denique ad vim *compulſivam* die Exactionen und Anlagen/ exactiones & impoſitiones pertinent, dum nimirum injuſto metu alios ad præſtationem illarum compellunt; quæ ultima ſpecies demum in Capitulatione Leopoldinâ, quemadmodum vox pignorationis in Ferdinandi IV. Capitulatione primùm legitur; reliqua verba etiam priores exhibent.

20 §. 6. Quod verò de *Obligatione ipſius Regis*, quòd vim intermit-

permittere ipſe debeat, eſt dictum; idem & de *Officio ejus quoad alios* dicitur, in verbis: Noch andern zu thun verhengen ꝛc. Item: Mit nichten geſtatten/ daß Sie mit Raub / &c. beſchädiget / angegriffen / überfallen oder beſchwehret werden ꝛc. Regium certè eſt Officium, vim quamvis injuſtam à ſubditis arcere ac propellere; Unde etiam promittit Rex Romanorum: ſe talem vim in Imperio molientes non toleraturum, verùm id potiùs curaturum eſſe, ut unusquisque jure experiatur, nemo verò ſibimetipſi jus dicat.

§. 7. Ubi verò & *in quo judicio* nec non *ex quibus principiis* Jure ſit agendum, in textu quoque declaratur ſcil. vor den ordentlichen Gerichten / nach Außweiſung der Reichs-Abſchiede/ Cammer-Gerichts-Executions-Ordnung / und zu Münſter und Oßnabrüg-auffgerichteten Friedenſchluß / auch zu Nürnberg darauff erfolgten Edicten &c. de quibus principiis jam ſupra ſpecialiter eſt actum. 21

Nec ratione Judicii res habet dubium:
Nam quoad *Imperatorem* & *Statûs ſingulos*, vel adeundus eſt Comes Palatinus Rheni, ſi Imperator ipſe conveniendus, juxta 22
*A.B.cap.5.§.fin.* vel ad Judicium Cæſareo-Aulicum & Camerale cauſa defertur, obſervatâ inſtantiâ Auſtregali, ſi ſinguli Statûs 23
conveniendi; quod innuunt verba Capitulationis, ibi: Vor die ordentliche Gerichte / nach Außweiſung der Reichs-Abſchiede ꝛc.
Sin autem *Statibus conjunctim* ſumptis lis moveatur, prout verba textûs caſum formant, wo Wir oder jemand anders zu JHNEN (denen Ständen) ALLEN oder einen inſonderheit zu ſprechen / oder einige Forderung vorzunehmen hätten / dieſelbe ſollen Wir SAMBT und ſonders ꝛc. aliud omnino dicendum eſſe videtur, ſiquidem nec Judicii Cæſareo-Aulici, nec Cameralis nec alius cujusquam Judicis Juriſdictio in Statûs omnes, æqualem cum Cæſare, vi LL. & Praxeos Imperii, poteſtatem exercentes, fundata erit, cùm Pari in parem non detur imperium. Unde 24
25
etiam

Limnæus, *ad Capitulat. Caroli V. art. 21. voc.* **zu Jhnen allen.** haud-
26 quaquam aliud remedium hîc ſupereſſe tradit, quàm ut ab
utrisque Arbitri eligantur qui jure cauſam decidant.

27 §. 8. Equidem tale remedium Juris, quod inter ſummas
poteſtates locum habeat, *arbitrium* eſſe, adeò diffiteri non poſ-
ſumus, quin demonſtratione perſpicuâ iſtud in *Inſtitutionibus*
28 *Juris Naturalis & Gentium* aſſertum eamus. An verò idipſum
in textu intendatur, propterea dubitamus, quòd cauſa ibi ad or-
29 dinarium Judicem, **vor die ordentliche Gerichte** remittatur, qualis
non eſt *arbiter compromiſſarius*, qui extra ordinem eligitur, par-
tium conſenſu, ita ut Civili Jure ad id non poſſint cogi. Unde
30 noſtro quidem judicio res ita erit diſtinguenda: *Aut* conve-
niendi ſunt Statûs Imperii omnes ſimul ab ipſo Imperatore, *aut*
31 ab alio. *vid. text.* ibi: **Wo Wir oder jemand anders ꝛc.** *Poſteriori*
hoc *caſu* nihil prohibet, quò minùs coram Judicio Cæſareo-
Aulico vel Camerali id fieri poſſit, quippe Status Imperii *etiam*
*ut univerſi* ſpectati ſunt ſubditi Imperatoris & Imperii, videl. in
iis rebus, in quibus Imperatoria poteſtas cum ipſis non eſt comu-
32 nicata, qualis omnino eſt *Juſtitia adminiſtratio*, quæ *Reſervatis*
accenſetur. Unde Imperator omnibus & ſingulis imperat ex
33 plenitudine poteſtatis ſuæ. *Reformat. Francof. Friderici III. de
A. 1442. in pr.* ibi: **Haben Wir Churfürſten / Fürſten / Geiſtliche
und Weltliche ꝛc. zu Uns zu kommen gebothen und geheiſſen**; Item:
**Gebiethen allen und jeglichen Unſern und des Heil. Reichs⸗Unter⸗
thanen.** Porrò: In Reformatione **des Weſtphäliſchen Gerichts**
*Maximiliani I. de A. 1495.* §. **Demnach haben Wir.** *5. vers.* **Und
befehlen darauff Euch allen ſämbtlich und beſonder von derſelben
Unſer Königlichen Macht / bey Vermeidung Unſer und des Reichs
ſchweren Ungnad und Straffe ꝛc.** Et ulteriùs **in Ordnung des
Landfriedens** *Caroli V. de A. 1521. in pr.* ibi: **Entbiethen allen und
jeglichen Unſern und des Heil. Reichs⸗Churfürſten / Fürſten /** Præla-
ten / **Graffen ꝛc. Unſern und des Reichs Unterthanen; in was Wür⸗
den /**

Digitized by Google

den / Stand oder Weſen die ſind ꝛc. *& art. 3. ſequ.* §. Und darauff befehlen Wir allen und jeden Churfürſten / Fürſten / &c. Et ibidem in der Handhabung des Friedens. §. 4. darauff befehlen Wir allen und jeden obbeſchriebenen / Euch auch hiermit auß Röm. Käyſerl. Macht ꝛc. bey Verluſt aller Gnade / Privilegien und Rechten ꝛc. de quo videatur pluribus Reinking. *de Regim. Secul. & Eccleſiaſt. Lib. 1. Claſſ. 2. cap. 2 num. 66. ſeqq.* Stamler. *de Reſervat.* §. 12.

§. 9. Quòd ſi verò Imperator ipſe *loco Actoris* eſt, ibi: 34
Wo Wir zu Ihnen allen zu ſprechen / oder einige Forderung vorzunehmen hätten / hæc quidem dubitandi ratio ſuboritur, quòd cùm ſumma Imperii judicia nomine Imperatoris juſtitiam adminiſtrent, Imperator ita ſit actor & Judex in unâ eâdemque causâ: ſed quoniam hæc ratio non obſtat, quò minùs Imperator cum ſingulis Statuum jure agere poſſit, ut ferè quotidiè, in *cauſis* præſertim *fiſcalibus* illud fieri videmus; Adhæc Judicia illa jura- 35
mento ſunt devincta, ut æqualiter omnibus, cujuscunque ſint conditionis, jus dicant, id quod in causâ quoque Imperatoris 36
contra Statum vertente præſumendum eſt; Inprimis cùm nec quidquam impediat, Principem, ſi qua lis inter ipſum & ſubditos verſetur, coram ſuis Conſiliariis & Judiciis eam ventilare, 37
quemadmodum in ſummâ poteſtate dictam Regulam limitant Dd. prout videre eſt apud Ziegler. *ad Praxin auream Calvoli*, §. *Nobilis. Concluſ. 1.* & alios, quos allegat Struvius in *Synt. J. Civ. Exerc. 4. th. 56.* conſequens eſt, ut neque obſtare tum dicatur, 38
quoties Imperatori cum Univerſis Statibus jure agendum eſt, cùm quoad punctum Juſtitiæ hi æquè ac ſinguli certo reſpectu ſint ſubditi; per ſupra dicta.

§. 10. Cæterum inſignem *limitationem* textus habet, 39
quòd ſcil. Jure contra Statum & ſubditum Imperii ſit agendum, violentia autem omnis ceſſare debeat, quocunque ſub prætextu ea inferatur; dummodo adverſarius jure experiri non detrectet. Ibi: In Sachen darinn Sie ordentlich Recht leben mögen und

 deſſen

40 deſſen erbiethig ſind. rc. Ubi verò Pacis & Juris remedia ipſe reſpuit, & viam facti eligit, tunc quoque in Imperio Romano vim
41 vi repellere licebit; Et tali caſu bellum inter Statûs Imperii permiſſum eſt, juxta Ordnung des Landfriedens *de A. 1521. art. 2. & de A. 1548. art. 3.* §. Und ob Jemand. *Ord. Cam. part. 2. Tit. 9. §. 1.* ibi: In friſcher That mit der Gegenwehr. & §. 2. ibi: Derſelben Leib
42 und Guth jedermänniglich erlaubt ſeyn. Imò ipſi in aliorum auxilium, quibus contra Pacem publicam à ConStatibus vis infertur, præſtò eſſe poſſunt ac debent. vid. Landfrieden *de A. 1521. & 1548. art. 3.* §. Und ob Jemand. *2. R. I. de A. 1555.* §. Nachdem aber. 54. Quod eò extenditur, ut ſiquidem Imperator ipſe contra Leges Imperii, Pacem puta publicam, vel Religioſam, Sta-
43 tum aliquem offendat, Eidem reſiſti poſſit, per *R. I. de* A. *1555.* §. Und damit ſolcher Fried. *15. ſeq. &* §. Solches. *29. ſeqq.* addatur arg. textûs præſentis Capitulationis cum parallelis ſupra allegatis. vid. Schüz. *in Coll. Jur. Publ. Vol. 2. Diſp. 10. th. 2. lit. C. ſeqq.* Limn. *Lib. 4. c. 8. num. 207. ſeqq. Notæ ad Bœcler. Lib. 5. cap. 2. voc. Jus Armorum.*

44 §. 11. Eſt igitur hic Articulus ſaltem *normativus* & directivus, dum Regem Romanorum illius admonet, quod aliâs ſecundùm præcepta Politica & Juris publici Univerſalis Regii eſt
45 Officii. Videlicet ut Summus Imperans vim nullam ferat in Republicâ, multò minùs ipſe inferat, ſed potiùs, ſi quid controverſiæ ſit obortum, viâ pacis & Juris componi & decidi faciat; Quorſum facit, *L. 13. ff. quod met. cauſ.* it: *L. pen. ff. ad L. Jul. de Vi privatâ; Deuteron. cap. 24. verſ. 10. ſeqq.*

* * *

COM-

# *COMMENTATIO*
AD
# ARTICULUM XV.
## *DE IURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA DELECTUM MILITUM ET LIBERTATEM IMPERII SUBDITORUM EXTERIS MILITANDI.*

## SUMMARIA.

I. *Connexio hujus & precedentium Articulorum.* 1.
*Primò hic agitur de* Collectione *militum pro Imperio.* 2.
*Quod Jus Imperator exercet cum conſenſu Statuum.* 3.
*Ipq; vi Inſtr. Pacis.* 4.
*Argumento etiam à Jure Belli petito.* 5.
*Monita Statuum ad Capitulationem, circa hoc jus recenſentur.* 6.

II. *Textus Capitulationis cum ſolis Electoribus communicationem hujus juris admittere videtur.* 7.
*Sed loquitur de* Defenſione *Imperii.* 8.
*Et intelligendus eſt de caſibus Belli ſubitis.* 9.
*Textus autem I. P. loquitur de militum delectu extra neceſſitatem defenſionis faciendo.* 10.

III. *Finis hujus* Collectionis *eſt Imperii ſalus & incolumitas.* 11.
*Extra Imperii limites miles pro Imperio collectus duci non debet.* 12.
*Niſi conſentiant Imperii Status.* 13.
*Conſenſus hic neceſſarius eſt, ſive miles educatur ad bellum* Offenſivum *Imperii nomine gerendum.* 14.
*Sive in* auxilium *Exterorum.* 15.

IV. *Collectio militum Imperii pro exteris regulariter eſt prohibita.* 16.
*Ratio habetur in textu: Neſc. Imperium Rom. Viris denudetur.* 17.

V. *Dicta prohibitio limitatur in Amicis & Confœderatis Imperatoris & Imperii.* 18.
*Ratio ſubſternitur.* 19.

VI. *Diſpicitur cujus ſit poteſtas, concedere exteris hanc militum collectionem.* 20.



Digitized by Google

*Ad jura Comitiorum & Status Univerſos, propter affinitatem quam habet cum jure Belli & fœderum, nec non propter clauſulas Receſſibus innexas, referri poſſe videtur.* 21.

*Aliunde tamen conſtat, Jus iſtud Imperatori ſoli competere.* 22.

*Quod etiam Capitulationes noviſſimæ expreſſis verbis confirmant.* 23.

*Reſpondetur ad rationes obſtantes.* 24. 25. 26.

*Et concluditur, Jus hoc prohibendi vel concedendi Exteris delectum eſſe* Reſervatum *Imperatoris.* 27.

VII. *Collectio militum pro hujusmodi Confœderatis non cum gravamine Statuum ſed Legibus Imperii conformiter fieri debet.* 28.

*Ut iſtud factum dicatur, diverſa requiruntur.* 29.

*Qui contra facit, incidit in Bannum Imperii.* 30.

VIII. *Collectio militum pro extero hoſte vel Ejus Confœderato ſub pœnâ prohibetur.* 31.

*Idq; primùm in hac* Capit. 32.

*Ratio additur.* 33.

*Qui contra faciunt, incidunt in Crimen læſæ Majeſtatis.* 34. *Et fractæ pacis pub.* §. *ſeq.*

IX. *Unde puniuntur, tam in bonis.* 35. *quàm in perſonâ.* 36.

X. *Libertas militandi quæ Statibus Imperii antiquo Jure competit, nihilominus in tuto collocatur.* 37

*Poſtquam multis Imperii Legibus eadem eſt confirmata.* 38.

*Nobiles Germaniæ Adoleſcentes jam Taciti temporibus eam ſibi vendicabant.* 39.

*Hodiè non ſolùm Imperii Statibus ſed ſubditis quoq; data eſt.* 40.

*Etiam irrequiſito Imperatore hac libertate uti poſſunt, quibus ea competit* 41.

*Hoc tamen aliter ſe habet* quoad exteros. 42.

XI. *Iſta Libertas* adimitur, *ſi quis eâ abutatur, contra Imperium vel Statum illius* 43.

*Et* reſtringitur, *quando ipſa Patria milite opus habet.* 44.

XII. *Articulus hic partim* limitativus *eſt*; 45. *partim normativus.* 46.


## I.

1 CUm de Bello in præcedentibus Articulis ſit actum, id verò ſine militibus geri non poſſit; hinc in præſenti Articulo tractandum erat de Jure & Officio Regis Romanorum circa militem, quatenus colligitur vel pro Imperio, vel pro exteris, ſimulatque de Libertate ſubditorum Imperii Exteris militandi.

*Colle-*

*Collectionem militum* pro Imperio quod concernit; cauſa effi- 2
ciens inprimis & finalis in textu attenditur. Et illa quidem ex
Inſtrumento Pacis certa eſt, quòd ſcil. *ſolus Imperator* militem 3
in Imperio conſcribere *non poſſit*, verùm conſenſum Statuum adhibere
teneatur. Ita enim in Inſtrumento Pacis Cæſareo-Suecico, *art. 8. §. Gaudeant* &c. eſt cautum; quòd Status Imperii jure
ſuffragii, *ubi delectus aut hoſpitationes militum inſtituendæ*, gau- 4
dere debeant; nec poſthac unquam ſimile quid fiat aut admittatur,
*niſi de Comitiali liberoq; omnium Imperii Statuum ſuffragio
& conſenſu.* Porrò id demonſtrat ratio à Jure Belli petita: Ut 5
enim hoc Jus eſt Jus Comitiorum, per ea quæ ad Articulum
præced. 13. ſunt dicta: ita de requiſito belli quàm maximè neceſſario,
ſeu Collectione militum idem eſt dicendum. Unde Status
Imperii in *Monitis ad Capitulationem de A. 1658. ap. Aut.* der 6
Grundfeſte *p. 3. c. 3. p. 226.* verba, quæ ſequuntur, urgebant apponi:
**Daß der Römiſche Kayſer für ſich wegen des Reichs keine Werbung anſtellen / oder einig Kriegs-Heer zuſammen bringen ſolle / es werde dann zuvorhero** Comitiali Statuum conſenſu **geſchloſſen. ꝛc. ꝛc.**

§. 2. Multùm verò huic aſſerto obſtare videtur *textus* 7
*Capitulationis*, ubi idipſum non tam Statibus Imperii quàm Electoribus
adſcribitur; in verbis: **Auff vorgehabten Rath mit den 7. Churfürſten und deren darauff gefolgter Bewilligung und** Conſens &c. quæ clauſula primitus Capitulationi Leopoldinæ *art.
16.* inſerta eſt, cùm nec in Ferdinandi IV. nec anterioribus Capit.
conſpiciatur. Verùm quia textus loquitur de *Defenſione Im-* 8
*perii*, pro qua delectus militum ſit faciendus, quæ ſæpe propter
moræ periculum & temporis anguſtiam, Comitialem requiri
conſenſum non patitur; In caſibus autem Belli ſubitis Electo- 9
rum conſenſus ſufficit, prout *ſupra ad Art. XIII. §. 2.* pluribus indicatum.
Hinc ubi neceſſitas exigit, ut pro defenſione Imperii
milites conſcribantur, pariter Electorum conſenſus ſufficere

 dicen-

Digitized by Google

dicendus eſt; præſertim cùm circa bellum defenſivum, Rex Romanorum JUS habeat illimitatum; per *d. art. 13. Capitulat.* ibi: **Alsdann mögen Wir Uns aller Hülffe gebrauchen**; adeòque pro militibus ad Imperii defenſionem colligendis, Electorum
10 conquirere conſenſum ſatis eſſe videbatur. Ex quibus patet, Textum Inſtrumenti Pacis, & ea, quæ ſupra §. 1. adducta, de delectu militum extra neceſſitatem defenſionis faciendo, intelligenda eſſe.

11 §. 3. Finalis cauſa hujus delectûs ideò exprimitur, quò nimirum habeantur & applicentur copiæ tales in auxilium & ſalutem Imperii inque defenſionem Statuum Imperii oppreſſorum, cùm milites noſtri defenſores non Domini appellentur; in
12 *L. 12. C. de poſtlim. revers.* Neutiquam verò extra Imperii limites ducantur. Quod iterum primâ vice Capitulationi Ferdinandi tertii eſt inſertum, cui, ut Limnæus *ad modò dictam Capitulationem, art. 12.* obſervavit, Ferdinandus II. militem Imperii, non ſine gravi ejusdem damno, quò voluerat, mittens, occaſionem dedit. Quæ clauſula poſtea in R.I. de An. 1641. §. **So haben Wir Uns.** 67. vers. **Setzen und verordnen**/ denuò repetita, his verbis: **Von denen zu Unſerer Käyſerl. Reichs**-Armada **gehörigen Völckern keine Hülffe und** Succurſen **auſſer Reichs anderwerts verſchicken.** *Limitatur* tamen hoc ipſum, ut miles Imperii tum
13 extra illud educi queat, quando *Status Imperii* in id *conſentiunt*; per verba textûs: **Ohne Churfürſten/ Fürſten und Stände Vorwiſſen und Bewilligung auſſerhalb des Reichs nicht führen.** *Aut*
14 enim educitur ad bellum *offenſivum* Imperii nomine gerendum, & *ſupra Art. 13.* eâ de re eſt actum, non id licere abſque Sta-
15 tuum Imperii conſenſu. *Aut* verò miles educitur in ***auxilium exterorum***, ubi Conſenſus Comitialis tantò magis præcedat neceſſe eſt, tum quod res moram ferat, tum etiam quod facilè ita bello implicari poſſit Germania.

16 §. 4. Collectio militum in Imperio pro Exteris *regulariter*

*ter* eſt prohibita, per verba textûs: **Wir wollen alles Ernſts verbiethen/und in keine Weiſe geſtatten/daß im H. Röm. Reich jemand vor keinen andern/Wer der auch ſey/als das Vatterland werbe.** Nam licèt circa principium Articuli res non videatur deciſa, ſed ad *Concluſum Judiciale futurum*, quod Rex Romanorum executioni darè promittit, ſit remiſſa, quæ *Clauſula* ex Capitulatione Leopoldi repetita eſt: Quia tamen hoc jam eſt prohibitum in *R. I. Ratisbon. de A. 1598.* §. **Wir haben auch.** 38. ibi: **Die frembde Werbungen weder heimlich noch offentlich zu geſtatten.** *addatur R. I. de An. 1603.* § **Dieweil aber.** 12. & admonitionibus Mandatisque Cæſareis ſtabilitum *d. R. de A. 1603. Jungatur R. I. de A. 1654.* §. **Nachdem auch.** 186. Inſuper & ratio in principio textûs noſtri allata prohibitionem inferat, *ne ſcil. Romanum Im-* 17
*perium Viris denudatum ulterius debilitetur:* non immeritò delectus militum pro exteris regulariter in Capitulatione prohibitus eſſe ſtatuitur, uſque dum Imperiale deciſum eâ de re diſponat, quid caſu eveniente ampliùs ſit obſervandum.

§. 5. Prohibitio tamen iſta *limitatur* in *Amicis & Confœ-* 18
*deratis Imperatoris & Imperii* Romano-Germanici, ibi: **Uns und dem Reich wohl zugethaner** Alliirten **und** Potentaten; Item: **Als das Vatterland und deſſen jederzeitliche Bundsgenoſſene.** Uti 19
enim fœdera ineuntur in mutuum Unitorum auxilium, cùm quòd ſoli non poſſint, alieno auxilio freti pares eſſe queant: ita nec militum collectio fœderatis ejusmodi deneganda eſt.

§. 6. Penes quem verò poteſtas in Imperio prohibendi 20
vel concedendi Exteris delectum militum reſideat, etiam hîc diſpiciendum eſt. Equidem illam ſpectare ad *jura Comitio-* 21
*rum*, exinde concludi poſſe videtur, quòd jus belli & fœderum, cum ipſo jure inſtituendi delectûs militum ſint jura cum Statibus Univerſis communicata. *vid. quæ ſupra diximus*, §. *1.* Accedit, quòd in Comitiis eâ de re ſæpe deliberationes factæ, & Receſſibus innexæ clauſulæ, quemadmodum loca §. *4. ſupra* allega-

Digitized by Google

22 allegata docent. Cùm tamen aliunde quoque conſtet, *Jus*
iſtud *Imperatori ſolùm* adſcribi, nec Principes exteros militem è
finibus Imperii petentes alium præter Imperatorem adire tene-
ri: vid. *R. I. de An. 1570.* §. **Dieweil dann.** 7. ibi: **daß hinführo**
**ein jeder frembder** Potentat, **wer der auch ſey / ſo im Heil. Reich**
**Kriegsleute werben laſſen wolle / zuförderſt bey Uns als Römi-**
**ſcher Käyſer/ darumb anſuchen ſolle**; quæ formula repetitur *in*
*R. I. de A. 1576.* §. **Setzen / ordnen**; *38. R. I. de A. 1582.* §. **Demnach**
23 **ſetzen.** *32. & R. I. de A. 1594.* §. **Demnach ſetzen.** *28.* Quæ facultas
Imperatori nusquam adeò adempta cernitur, ut potiùs dicta
Conſtitutio *de* A. *1570.* in Capitulatione Leopoldinâ *art. 16.* nec
minùs in textu noſtro præſente expreſſis verbis ſit confirmata &
Regi Rom. ſaltem injunctum, ut jus ſuum exequatur, eique ef-
24 fectum addat. Neque à Jure belli pro Imperio ſuſcipiendi ſeu
Collectionis militum pro ipſo inſtituendæ ad Collectionem ab
exteris faciendam, per quam Imperium viris citra neceſſitatem
25 denudatur, argumentum peti poteſt. Multò minùs à Jure fœ-
derum argumentari licet, cùm id non impediat, conceſſionem
de colligendis militibus Imperatoris diſpoſitioni relictam eſſe.
26 Poſtremò nec deliberatio in Comitiis facta hoc Jus Cæſari adi-
mit, ſed potiùs eidem adſtruit; Quorſum faciunt tam modò al-
legata loca, quàm ſuperiùs §. *4.* citati textus, ubi admonitiones
27 & Mandata Imperator idcirco emittit. Unde ſuâ ſponte ſe-
quitur, Imperatori hoc Jus prohibendi & concedendi Exteris
Collectionem militum in Imperio tanquam *Reſervatum* meritò
eſſe attribuendum. vid. Schvveder. *p. 615. ſeqq.*

28 §. 7. Præterea etiam in textu diſponitur, quòd providere
velit Rex Romanorum, ne militum pro Amicis & Confœdera-
tis in Imperio inſtituta Collectio cum gravamine Statuum, ſed
Legibus Imperii, Inſtrumento Pacis & inprimis *R. I. de An. 1570.*
conformiter fiat. Quæ diſpoſitio jam in *Capitulatione* Ferdi-
nandi III. *art. 12.* Ferdinandi IV. *art. 13.* & inprimis in *Capit.* Leo-
poldi

poldi *art. 16.* continetur. Ut autem iſtud factum dicatur, ſequentia cumprimis requiſita ſunt obſervanda: (1.) Ut ad iſtius- 29
modi delectum ante omnia accedat Conſenſus Imperatoris, prout in §. præc. docuimus. (2.) Ut exprimatur Eidem numerus conſcribendorum militum, cum denominatione Præfectorum, Magiſtrorum Equitum & Centurionum. *R. I. de An. 1570.* §. **Dieweil dann.** 7. *R. I. de* A. *1576.* §. **Setzen.** 38. (3.) Ut promittat, ſe Copias illas collectas adverſus Imperatorem & Status eorumque ſubditos non ducturum. *dd. R. I.* A. *1570.* & *1576. dd.* §§. (4.) Ut promittat, acceſſus, tranſitus & diſceſſus militares ſine gravamine aliorum fore ſuſcipiendos. *dd. ll.* (5.) Copias collectas, omnia quibus opus habent, ſoluturas. dd. ll. (6.) Luſtrationes, dimiſſiones & diſſolutiones copiarum intra Imperium vel ditiones Fœderatorum non fore inſtituendas. *Ibid.* (7.) Ut caveant Duces, Magiſtri Equitum & Officiales, datis Fidejuſſoribus ex Statibus Imperii ipſi Duci Circuli cum Adjunctis, de non ducendo milite contra Imperium, de acceſſu & tranſitu militum innoxio, item, de luſtratione militum intra Imperii fines non faciendâ. *d. R. I. de* A. *1570.* §. **Die Oberſten / Rittmeiſter.** 8. *R. I. de* A. *1576.* §. **die Oberſten.** 39. Quemadmodum & ipſam formulam Cautionis in *d. Receſſu de* A. *1570.* §. **Wir** N. **oder Ich** N. *10. 11. 12.* & *R. I. de* A. *1576.* §. *41. ſeqq.* cernere licet. (8.) Ibidem ſancitur, ut 30
qui Collectionem militum absque præſcripto moderamine ſuſcipere audeat, is facto ipſo, nullâ ulteriori declaratione accedente, in *Bannum Imperii* incidiſſe cenſendus, arreſtoque conſtringendus ſit; ut proinde diſſolutis copiis prohibitâque enim colligendi facultate contra eum obſervari debeant, quæ Ordinatio Executionis deſiderat; *vid. dd. Rec. Imp. de* A. *1570.* §. **da aber.** 15. *R. I. de* A. *1576.* §. **da aber.** 46. *Add. R. I. de* A. *1582.* §. **demnach ſetzen.** *32. ſeqq. R. I. de* A. *1594.* §. **Was und soviel.** *27. ſeqq.* **Fußknechtsbeſtallung zu Speyer;** *de An. 1570. Tit.* **Verzeichnus alſcher ſonderen Puncten.** §. *1.* Quò etiam ſpectat Inſtrumentum

*Pacis Caſ.Suec.art.17.§. Quoties 9.* ubi dicitur, ſumptu Ducentis, atque adeò ſine maleficio, damno & noxâ eorum, quorum per territoria ducuntur, fieri debere.

31 §. 8. Inprimis verò & quidem ſub pœnâ prohibetur collectio militum pro Exteris, tam paſſivè, quàm activè in Imperio Romano, ſiquidem illa fiat pro Hoſte. Imperii vel Ejus Confœderatis & Auxiliatoribus, adeò ut nemini fas ſit milites pro iisdem conſcribere, nec nomen dare ipſorum militiæ: **Niemand**
32 **werbe/oder ſich werben laſſe/oder Kriegsdienſt annehme.** Quæ ipſa diſpoſitio *noviter* Capitulationi Joſephi eſt adjecta, nec in prioribus, ne quidem in Capit. Leopoldi habetur, cui absque dubio anſam dedit ultimum bellum à Rege Galliæ Germanis illatum.
33 *Ratio* ejus in aprico eſt: ne videl. quisquam Germaniæ Civium libertate ſuâ militandi abutens patriam quoque directè vel indi-
34 rectè oppugnet. Sicut enim indubiè *Crimen læſæ Majeſtatis* incurrunt, qui contra Rempublicam, cujus Cives exiſtunt, arma ferre, hoſtes commeatu, equis aliisve rebus juvare non dubitant; qui copias eisdem adducunt, vel ſemetipſos iis aſſociant; quique adeò ex amicis hoſtes faciunt, *L.1.§.1.L.3.L.4.pr.ff. & ibi Dd.ad L.Jul.Maj.* Ita non immeritò talia attentata tam in *Avocatoriis* conſuetis, quàm hîc in textu ſub gravi pœnâ prohibentur.

§. 9. Quæ verò pœna delinquentes hosce maneat, in textu prolixè determinatur. Nimirum præter id, quòd pro Imperii hoſtibus ſint habendi, ſpeciatim tam in perſonâ quàm in
35 bonis puniri jubentur. *In bonis* quidem, ut hæc fiſco addicantur, & præterea hereditates, Feuda, Expectantiæ cum Juribus
36 quibuscunque auferantur. In *perſonâ* verò, ut officiis & dignitatibus omnino priventur, ut inſignia quoque ipſis adimantur, nec capaces ampliùs honorum habeantur, nec in Ordinibus Equeſtribus vel Cathedralibus tolerentur, ſed pœnâ corporis afflictivâ, aut etiam Capitali, prout circumſtantiæ graviores lenioresve ſuadent, affici, vel ſaltem ita puniri debeant, ut exe-

cutio

Digitized by Google

outio in effigie fiat. Quæ ferè pœna eadem eſt & obſervatur in reis læſæ Majeſtatis, & criminis fractæ pacis, juxta *L.5.C.ad L.Jul. Maj. & l.fin.ff. eod. Et Conſt. Caroli V. de Pac. publ. de* A*n.1521. &* A*.1548. Tit:* Die Pön der Friedbrecher. *Ord. Cameral.part.2.Tit.9. & alibi.*

§. 10. Exinde tamen libertas militandi Statibus Imperii antiquo jure competens nullum detrimentum patitur aut reſtringi cœpit, quin potiùs expreſſis verbis eadem confirmata eſt, *in fin. art.* ibi: Es ſoll jedoch auch keinem Reichs-Stand oder Eingeſeſſenen verbotten ſeyn/ ſich bey Außwertigen in Kriegsdienſt zu begeben / und einzulaſſen: Quæ cautela primitus quidem Capitulationi Leopoldinæ art. 16. eſt inſerta, aliis tamen Imperii Legibus jamdudum ſuffulta; Quemadmodum huc facit *R. I. de* A*.1570.* §. denſelben. 4. ibi: Wie es im Heil. Reich Teutſcher Nation von Alters eine löbliche Geſtalt Teutſcher Freyheit iſt / umb Ehr und Ruhm mit Ritterlichen Thaten frembden Potentaten zu dienen Quod repetitum in *R. I. de* A*.1582.* §. Ferners obwohl. 31. Addatur Fußknechts-Beſtallung; *de* A*n.1570. in fin. Tit.* Verzeichnüs etlicher ſonderer Puncten/ §.*1.* ibi: Vermöge der Teutſchen herbrachten libertät und Freyheit frembden Potentaten Teutſch Kriegesvolck zu zuführen / zugelaſſen und frey iſt. Imò hæc ipſa libertas non hodie demum aut heri nata, ſed jam ab antiquis temporibus apud Germanos in uſu fuit, ut egregius eam in rem locus occurrit apud Tacitum *de Morib. Germanor. cap. 14.* ibi: *Pleriq; Nobilium Adoleſcentum petebant ultrò eas Nationes, quæ tum bella gerebant, quia ingrata genti quies.* Quæ libertas non tantùm *Statibus* Imperii, ſed *ſubditis* quoque data eſt, per verba: Keinen Reichs-Stand oder Eingeſeſſenen ꝛc. Cùm LL. ſupra allegatæ eam ad Status ſolummodo pertinere minimè dicant, verùm Germanis in genere tribuant, nec immeritò; Siquidem ex indole nationis antiquâ ipſa profluat. Obſervandum, verò eſt, etiam irrequiſito Imperatore hâc libertate uti poſſe, quibus ea

37
38
39
40
41

competit: Fruſtra namque precibus impetratur, quod jure
42 competit, per *L. 1. C. de Theſaur.* Quamvis enim *quoad exteros* res aliter ſe habeat, uti *ſupra* §. 6. monſtratum dedimus: Iſta tamen prohibitio neutiquam Germanos tangit, adeoque ultra fines ſuos non eſt extendenda, ſicuti clarius diſtinguit **die Fußknechts-Beſtallung** / *d.* A. *1570. d. l.*

§. 11. Limitatur autem dicta libertas in textu hac ratio-
43 ne: (1.) Ne quis eâ abutatur contra Imperium vel Statum illius. Quod pariter in *R. I. de* A. *1544.* §. **Und wiewohl Wir.** 72. cautum; ibi: **Wie die Unſere und des Reichs Mitglieder.** Et in *R. I. Spir. de* A. *1570.* §. **denſelben.** 4. ibi: **Ohn alles Beleidigen des Vatterlandes und deſſen Angehörigen.** Nec non in *R. I. de An. 1582.* §. **Ferners**
44 **obwohl.** 31. Add. quæ ſupra diximus §. 8. (2.) Ne iſtud tum fiat, quando ipſa Patria milite opus habet, per ea quæ ab initio Articulus noſter exhibet. Add. **Fußknechts-Beſtallung.** *de A. 1570.* in fin. ſub Tit. **Verzeichnüs ſonderer puncten.** in fin. §. **Zum andern.** 2. ibi: **Vor allen andern des Vatterlands Wohlfahrt und Beſtes ſchaffen und befördern.**

§. 12. Eſt igitur hic Articulus partim *limitativus*, ſiquidem collectionem Copiarum militarium pro Imperio vel Earundem eductionem extra Imperium, ut & ſi ſubditorum Imperii militandi libertatem, quatenus illa conformis ſit Legibus Imperii reſpicias. Sicut enim hoc Lege ſubditis conceſſum eſt, invito etiam Principe, ita illud Conſenſu Statuum, aut omnium, aut Electorum tantùm, ſi collectio fiat pro defenſione Imperii, expediri debet. *Normativus* autem eſt, cum pro Exteris facienda collectio, ſive Amici illi ſint & Confœderati, ubi ſolius Cæſaris diſpoſitioni conceſſio relinquitur, ſive in hoſtium numero habeantur, ſive etiam copiæ collectæ ſint deducendæ per Statuum territoria: Dum aliâs quoque ad Officium Regium ſpectat, providere, ne terræ ſubjectæ denudentur viris, multò minùs ab hoſte, ita ut tandem propriis jugulati poſſint telis; quemadmo-

admodum & cavere, ne copiæ collectæ detrimenti quid ſubditis eorumque rei familiari inferant; quæ dicta ad Art. XV. ſufficiant.

*COMMENTATIO*

AD

# ARTICULUM XVI.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA INDICENDA COMITIA ET COLLECTAS IMPERII.*

### SUMMARIA.

I. *Tranſitio à præcedentibus ad hanc materiam.* 1.

II. *Promiſſio Regis Rom.* [1.] *de Comitiis præter neceſſitatem non indicendis.* 2.

*Comitiorum utilitas.* 3.

*abuſus & incommoda* 4.

*Crebris Statuum Conventibus exhauriuntur æraria.* 5.

*Maximilianum I. huic diſpoſitioni occaſionem dediſſe, Limnæus putat.* 6.

III. [2.] *Ne* Comitia *indicantur in loco extra Germaniam ſito.* 7.

*Limnæi diſputatio ſuâ non caret difficultate.* 8.

*Clauſula hæc Germanicæ Nationis gratiâ eſt adjecta.* 9.

IV. [3.] *De adhibendo conſenſu Electorum, præprimis circa tempus & locum.* 10.

*Iſthoc conſenſu olim non erat opus.* 11.

*Quid obtinuerit Friderici III. & Maximiliani I. ævo.* 12. 13.

*Jus Electorum in A. B. jam fundatum eſſe probatur.* 14.

*Explicatur ſenſus Conſtitutionum Friderici III. & Maximiliani I.* 15.

*Hodie res clarè eſt deciſa.* 16.

V. *Quæſtio inter Limnæum & Stamlerum ventilata: An determinatio loci & temporis* Comitiorum *ſit Reſervatum Imperatoris? proponitur.* 17.

*Stamleri ſententia diſcutitur.* 18.

*Limnæus hic diſtinguit inter poteſtatem Cæſaris abſolutam & reſtrictam.* 19.

*Diſputatio tamen hæc in Capitulatione Leopoldi, & Joſephi* pro Electoribus *eſt deciſa.* 20.

VI. *Modus eliciendi conſenſum Electoralem duplex eſt : Vel enim ſit per* requiſitionem *Imperatoris. Vel per* admonitionem *Electorum.* 21.

Prior *modus etſi demum in* Capitulatione *Ferdinandi III. ſit expreſſus.* 22.

*Jam antea tamen in uſu erat* 23.

*Verba :* **Durch ſonderbahre Schickung** ; *non excludunt Literas* Credentiales. 24.

VII. Alter *modus , quando Electores Regem Rom. officii ſui admonent, itidem non eſt novus.* 25.

*Error Hippolithi circa explicationem vocum :* **Fürzunehmen uñ außzuſchreiben**; *notatur.* 26.

*Non omnis admonitio Imperium infert.* 27.

*Neq; plus inde auctoritatis Electoribus , quàm ipſi Imperatori adſcribi poteſt.* 28.

*Siquidem illa admonitio officii ſupplicibus precibus fieri debet.* 29.

*Reſpondetur ad argumentum Hippolithi ab Ordinatione Regimenti deſumptum.* 30.

VIII. *Hactenus de* Jure indicendorum Comitiorum : *nunc ad* Jus Collectandi *Autor progreditur.* 31.

*Rex Rom. promittit*

*(1.) Se abſq; urgente neceſſitate Status Imperii Collectis , Exactionibus & Oneribus gravare nolle.* 32.

*(2.) Se in ejusmodi collectis indicendis præſcriptam in I. P. methodum obſervaturum.* § *ſequ.*

*Sub Oneribus Imperialibus comprehenduntur etiam Sportulæ Cancellariæ ,* **der Canzley-Tax.** 33.

*In favorem tamen Brandenburgici aliorumq; Statuum , quibus in compenſationem novæ acceſſerunt ditiones (per I.P.) ſingulariter cautum eſt de taxâ remittendâ ; in Capit. Leopoldinâ.* 34.

*Quid intelligatur voce :* **Nachreiſen.** 35.

*Comparitio ad Aulam Regiam à Cæſare præter neceſſitatem non eſt depoſcenda.* 36.

IX. *In Capitul. Caroli V. & ſeqq. ad Ferd. III. uſq; in* Collectis *indicendis ſex Electorum conſenſus tantùm requirebatur.* 37.

*Nihilominus in Receſſibus Imperii etiam vetuſtioribus Statuum cõnſenſus adhibitus eſſe legitur.* 38

*Hac textuum diſcrepantia diſtinctione conciliatur.* 39.

*Poſt Inſtrum. Pacis ne quidem in caſibus ſubitis Status excluduntur.* 40.

*Major tamen numerus ſuffragiorum ſufficit.* 41.

*Ratio additur.* 42.

*Secus in negotio Religionis , ubi disertè contrarium ſtatutum.* 43.

X. *Promittit Rex Rom.*

*(3.) Quòd Imperii collectas in aliuno*

Digitized by Google

*lium uſum impendere nolit, quàm in quem ſunt collata.* 44.
*Idem ad alia auxiliorum genera extenditur.* 45.
*Ratio additur.* 46.
*Si tamen conſentiant contrahentes, etiam in alias Imperii neceſſitate collectæ poſſunt impendi,* 47.
XI. *Promittit Rex Rom.*
(4.) *Se nemini quotam Collectarum in præjudicium aliorum remiſſurum.* 48.
*Hæc clauſula dudum in LL. Imperii eſt fundata.* 49.
*In Jure quoq; communi & æquitate naturali ſtabilita.* 50.
XII. *Exemptiones Statuum ab onere collectarum* Exteris *nullo modo ſunt indulgendæ.* 51.
Conſtatus *eximens exemptum in collectis repræſentat.* 52.
XIII. *Hic Articulus partim normativus eſt.* 53. 54.
*Partim verò limitativus.* 55.

§. I.

TRanſitus à Jure Belli & quæ eidem affinia ſunt, fit ad Jus & 1
officium circa Comitia & Collectas. Cùm enim pecunia ſit nervus belli, nec ſine illâ bellum geri poſſit: hinc commodè ſatis tractatio ſequitur, *de Jure & Officio Regis Romanorum circa collectas.* Et quoniam hæ in Comitiis ſunt impetrandæ, materia de indicendis Imperii Comitiis non minùs congruè hîc præmittitur.

§. 2. Igitur Rex Romanorum hîc *primo loco* promittit, 2
ſe curaturum, *ne nimium frequenter ac præter neceſſitatem Comitia in poſterum indicantur*, unde Statibus Imperii grave onus & incommodum parari poſſet. Ibi: **Die Churfürſten und andere Stände mit denen Röm. Reichs-Tagen unnothdürfftiglich nicht beladen noch beſchwehren.** Qualis Sanctio jam reperitur in Capitular. Caroli V. art. 12. Licèt enim frequentior conſiliorum 3
collatio è re Reipubl. eſſe videatur, præſertim quando ea periclitatur, adeoque auxilium poſtulat; ut taceam alia commoda, quorum poſtremum non eſt, quòd metu Comitiorum faciliùs in officio continentur, qui gratiâ Cæſaris nefanda ſæpe molimina tegere ac velare geſtiunt: Abuſus tamen rei in ſe bonæ 4
ex nimiâ & non-neceſſariâ iſtorum frequentiâ abundè conſpicitur: præter id enim, quòd non ſemper ſalutis publicæ ratio,



Digitized by Google

ſed Cauſa Cæſaris privata , ſub alio licèt prætextu , illis anſam
præbere poſſet, certiſſimum eſt, crebris hujusmodi conventi-
5 bus exhauriri æraria Statuum, dum non ſine magnis ſumptibus
illis intereſſe licet, ſive ipſi ſive per Legatos compareant. Vid.
**Ordnung des Regiments zu Augſpurg** *de An. 1500. Tit.* **Von den
Zwentzigſten.** *circa pr. ibi:* **daß die Stände des Reichs langſam und
beſchwerlich/auch mit mercklicher Mühe/Arbeit/Koſtung und Dar-
legen zuſammen gefordert worden und kommen mögen.** Atque
hanc rationem optimè agnovit Mauritius, Elector Saxoniæ,
quando apud Sleidanum *Lib. 24. de Statu Religionis*, conqueſtus
eſt, per Comitia toties iterata ad incitas tandem redigi Germa-
6 niæ Status. Unde Maximilianum I. huic diſpoſitioni occaſio-
nem præbuiſſe putat Limnæus *ad Capitulat. Caroli V. art. 12. in pr.*
ſiquidem ab illo frequentior Statuum convocatio facta. Eodem
tendunt querimoniæ Statuum in Comitiis Wormatienſibus ad-
hibitæ, A. 1509. apud Goldaſtum **in Reichshandlungen.**
7 §. 3. *Alterum*, quod promittit, eſt, *ne Comitia habeantur
extra Germaniam* , **Auſſerhalb des Reichs Teutſcher** Nation.
Subſunt enim Imperio adhuc aliæ Nationes, quàm Germanicæ,
prout de Terris Italiæ conſtat, quæ ad Imperium adhuc hodie
pertinent. Præterea Carolus V. cujus Capitulationi hæc clau-
ſula primitus eſt inſerta, Regnum Hiſpaniæ ſimul tenuit. Ne
igitur Comitia vel in Hiſpaniâ, tempore Caroli V. vel in Italiâ
vel etiam alibi extra Imperium indicantur, adeòque majoribus,
quàm par eſt, ſumptibus Status vexentur, in hoc Articulo cau-
8 tum eſt. Cæterum hîc diſputat Limnæus *ad Capitulat. Caroli V.
art. 12.* voc. **Fürnehmen noch außſchreiben.** Annon Imperatori
liceat Comitia indicere extra Germaniam modò eò non vocet
Germanici Imperii Status, ſed tantùm Italos, qui ſubſunt Impe-
rio, quemadmodum ſub Friderico I. Imp. ad Roncalias Anno
1158. & 1160. Mediolani verò Anno 1186. celebrata fuiſſe Comi-
tia, Autor eſt Radevicus *de reb. geſt. Friderici I. Lib. 1. cap. 46.* &
Appen-

Digitized by Google

Appendix Ottonis de S. Blaſio *ad Lib. 7. Chronici Ottonis Friſin-*
*genſis, cap. 14.* Quia tamen verba Capitulationis de indictione
generaliter ſunt concepta, ibi: **Fürnehmen oder außſchreiben.**
& Dux Sabaudiæ, licèt inter Principes Italiæ referatur, ſeſſio-
nem & votum habet in Comitiis Imperii Rom. Germ. **im Reich**
**Teutſcher** Nation; Explicatio illa difficultate laborare vide-
tur, niſi fortè dicere velimus, intentionem magis eſſe
attendendam, quàm proprietatem verborum, cùm ſine
dubio hæc Clauſula *Germanicæ Nationis gratiâ* ſit adjecta, ne 9
videl. extra Germaniam vocari, adeoque majoribus ſumtibus
vexari poſſit.

§. 4. Tandem quoad Comitia promittit Rex Romano-
rum: *Se ea non indicturum abſq; Conſenſu Electorum, & ante-* 10
*quam cum ipſis de tempore & loco convenerit.* Hoc conſenſu 11
Cæſar olim non habebat opus: Sed uti eſt Jus Majeſtaticum &
Principis quaſi proprium de rebus ad Remp. pertinentibus con-
ventus agere. *L. Humanum. C. de LL.* Ita etiam Imperatores
Romano-Germanici ab antiquis temporibus citra aliorum
Principum conſenſum hoc Jus indicendi Comitia liberè exer-
cuerunt, ceu pluribus probat Arumæus *de Comit. cap. 3. num. 5.*
*ſeqq.* qui ſimul ſtatuit *num. 11.* Friderici III. & Maximiliani I. 12
ævo adhuc idem obtinuiſſe, quòd nimirum ex ſuâ tantùm vo-
luntate indixerint Comitia, & demum ſub Carolo V. mutatio-
nem interveniſſe. Etenim in Reformatione de An. 1442. Fri-
dericus III. ita fatur: **Haben Wir die Stände her zu Uns zu kom-**
**men gebothen und geheiſſen.** Et Maximilianus I. in Ordinatione 13
Trevirenſi & Colonienſi, 1512. **Haben Wir Churfürſten und an-**
**dere Stände des Heil. Reichs anfänglich gen Trier auff einen ge-**
**meinen Reichs-Tag erfordert.** &c. Quæ quidem ita admitti poſ-
ſent, niſi rem aliter explicaret expreſſus textus in R. I. de A. 1641.
**§. Damit Wir aber. 2.** ibi: **Nachdem Wir Uns erinnert/ daß zu ſol-**
**chem Außſchreiben Unſere und des Heil. Reichs Churfürſten / und**

ein jeder derſelben abſonderlich vorher NB. **dem alten Herkom-**
14 **men / und Weyland Käyſer Carls des Vierdten / Güldenen Bull nach** / umb ſeinen Special-Conſens ſchrifftlich und durch Schickung erſucht; qui proinde antiquæ obſervantiæ & jam A.B. diſpoſitioni id adſcribit, ſine dubio *ad cap. 12. de Congrega-*
15 *tione Principum* §. 2. nos remittens. Unde textûs Conſtitutionum Friderici III. Maximiliani I. & ſimiles vel ita intelligendi, ut Statûs ſimul comprehendat, præſertim cùm nulla locutio excluſiva appareat: vel quod Impp. non ita ſtrictè ac rigoroſè Jus
16 ſuum obſervârint. Quicquid horum ſit, res hodie & quidem per Capitulationem Caroli V. (quam reliquæ ſequuntur omnes) art. 12. clarè eſt deciſa, ut ſcil. Electorum conſenſum in Comitiis indicendis intervenire neceſſum ſit.

17 §. 5. Diſputant etiam Stamlerus *de Reſervatis*, §. 27. & Limnæus *ad Capit. Caroli V. art. 12. n. 8. & Leopold. art. 17.* ad vocem: **Sowohl der Zeit als Mahlſtatt.** *Annon reſervatis Imperatoris ſit adſcribendum, determinare locum & tempus habendo-*
18 *rum Comitiorum?* Et ſanè affirmativa Stamleri ex eo confirmatur, quòd non tantùm in prioribus Capitulationibus ad Ferdinandum IV. uſque nulla reſtrictio occurrat, ſed etiam in Legibus Imperii ſoli Imperatori id juris adſcribatur. Ita enim habet *R. I. de An. 1527.* §. **Und haben derohalben Wir. 9. daß Jhre Majeſtät** (Carolus nempe V.) **zum fördeꝛlichſten einen Reichs-Tag zu Jhrer Majeſtät Gelegenheit an bequeme Mahlſtätt und Zeit fürgenommen und außſchreiben hätten laſſen**; Et R. I. de An. 1546. §. **Dieweil Wir aber. 5. vers. Erſtrecken und verſchieben auch (denſelben) hiermit wiſſentlich biß** Purificationis **den andern Tag** Februarii **nechſtkünfftig in Unſer und des Heil. Reichs Stadt N. So Wir Churfürſten Fürſten und gemeinen Ständen des Heil. Reichs**
19 **zuvor zeitlich erinnern und zu wiſſen machen wollen.** Limnæus verò diſtinguit inter poteſtatem locum denominandi abſolutam & reſtri-

reſtrictam; Et Imperatori quidem concedit poteſtatem denominandi, ita tamen ut illa denominatio reſtricta ſit ad locum, juxta legem vel commoditatem Imperii, id quod ex *A.B.cap.28.* §.5. probare intendit, ubi dicitur, Imperatorem prima Comitia Norimbergæ celebrare debere. Et quamvis Stamlerus Limnæo reſpondeat negando extare ejusmodi aliquam Imperii Legem: & ad *A.B.* negando conſequentiam, cùm à determinatione loci primorum Comitiorum non liceat argumentari indiſtinctè ad
reliqua Comitia; Diſputatio tamen hæc in Capitulatione Leo- 20
poldi Art. XVII. quam & ſequitur Joſephi Art. XVI. eſt deciſa, ita ut priùs Imperatori de loco & tempore Comitiorum *cum Electoribus* ſit conveniendum, ibi: **Uns mit denenſelben ſo wohl der Zeit als Mahlſtatt verglichen**; Iterum hîc rectè dicitur **Mahlſtatt** / non **Wahlſtatt** / uti legit Dn. Schwvederus *in Introduct. I.P. part. ſpec. Sect. 1. c. 24. §. 2.* cum aliis nonnullis, prout *ſupra ad Art. 10.* §. *4.* monſtravimus, quò B.L. remittere nunc volumus.

§. *6.* Huc quoque ſpectat *modus habendi* conſenſum 21
iſtum Electoralem, qui *vel* ita elicitur, ut Cæſar eundem legitimè requirat, *vel* quando ipſi Electores Regem officii ſui admonent. *Illud* exprimitur in Capitulatione his verbis: **Durch** 22
**ſonderbahre Schickung angehalten** / quæ primâ vice Capitulationi Ferdinandi III. ſunt inſerta & in ſubſequentibus repetita, niſi quòd in Capitulat. Leopold. art. 17. loco verbi: **angehalten**; reperiatur vox **darzu eingehohlet**; Verùm etſi dicta Clauſula demum in Capitulatione Ferdinandi III. habeatur, non immeritò tamen judicat Limnæus *ad d. Capit. Ferd. III. art. 16.* verba: **Durch ſonderbahre Schickung** / iſtum modum jam antea in uſu fuiſſe. Sanè 23
*R. I. de* A. *1641.* §. **Damit Wir aber.** 2. ad eum, tanquam ad rem antiquam provocat, ibi: **Dem alten Herkommen / und Weyland Käyſer** Carls **des Vierdten / Güldenen Bull nach / umb eines jeden Churfürſten** Special-Conſens **ſchrifftlich und durch Schickung erſuchet werden ſolle.** Sicut autem Limnæus & alii cum



Digitized by Google

ipſo non ſine ratione dubitant, an in *A. B.* de modo illo Conſen-
ſum per literas & Legatum requirendi quicquam inveniatur,
cùm verba quæ exhibet *cap. 12. §. 2. d. A. B.* non tam modum re-
quirendi, quàm ipſum conſenſum Electorum innuere videan-
tur: ex antiquâ tamen conſuetudine idipſum fieri lubenter af-
24 firmant. Cæterum utut in *d. Rec. Imp.* modus per literas & Le-
gatos indicetur, in Capitulatione tamen Legati ſaltem, (**der
Schickung**) ceu rei potioris, mentio fit. Sed quoniam *Literæ
Credentiales* Legatum comitari ſolent, neutrum excludi dicen-
dum eſt, cùm aliàs Literæ ſolæ haudquaquam ſufficiant, contra-
rium licèt tueatur Autor **der Grunfeſte** / *p. 1. c. 2. p. 15.*

§. 7. Porrò etiam ad modum habendi conſenſum Electo-
25 ralem ſpectat, ſi ipſi Electores hac in re Officii Regem admo-
neant, **Oder Sie von ſelbſten des Reichs Anliegenheit halber Uns
darumb unterthänigſt angelanget und erinnert.** Quod licèt pri-
mâ vice Capitulationi Ferdinandi IV. *art. 14.* ſit inſertum, jam
tamen antè in *R. I. de A. 1555.* §. **Und ſo abermahls.** 67. de eo cautum
legitur, ibi: **Daß Käyſerl. Majeſtät/ da es auf Anzeig und Gut-
achten der Churfürſten die Nothdurfft erfordern ſolte / ohne
allen Verzug eine gemeine Reichs-Verſamlung fürzunehmen
und außzuſchreiben habe.** Uti enim per vocem **Gutachten**
*conſenſus* exprimitur; Ita per vocem **Anzeige** *inſtantia* Electo-
rum indigitatur. Tantùm verò abeſt, cum Hippolitho à La-
26 pide *de Rat. Stat. part. 1. c. 15. circ. fin.* exinde ſomniemus, verba
**fürzunehmen und außzuſchreiben** imperativa eſſe ac liberum arbi-
trium faciendi vel non faciendi Imperatori adimere: ut potiùs
contrarium ex verbis noſtri textûs & Capitulationum proximè
præcedentium eluceſcat; ibi: **Darumb unterthänigſt angelanget
27 und erinnert.** Etenim non omnis admonitio Imperium infert,
niſi illa diſertè cum Imperio ſit conjuncta, quoniam & inferior
ſuperiorem quandoque admonere ſolet, præſertim ſi talis admo-
nitio mediante ſupplicatione humilimâ, uti verba textûs de
præ-

Digitized by Google

præſenti caſu referunt, fieri ſoleat. Multò minùs illatio proce- 28
dit eorum, qui cum Hippolitho d.l. plus inde auctoritatis Ele-
ctoribus adſcribunt, quàm ipſi Imperatori; ac ſi nimirum Im-
perator Comitia citra voluntatem Electorum indicere nequeat,
teneatur verò, quoties Electores velint; vel etiam, quòd ipſi Ele-
ctores, ſi refragetur Imperator, vel negligens ſit, univerſalia Co-
mitia indicere valeant, prout eam in rem allegat textus ex Ordi-
natione Regimenti *de An. 1500.* Tit. **Das Regiment mag die 6.
Churfürſten und die 12. Geiſtliche und Weltliche Fürſten/ auch ob es
die Gröſſe der Sach erfordert/ andere des Reichs Fürſten und Stän-
de zu Ihnen beruffen.** Certum proinde eſt, illam admonitionem 29
Officii non eſſe *limitativam* poteſtatis vel autoritatis Regiæ,
maximè cùm *ſupplicibus* ea *precibus* fiat ab iis, qui certo modo
ſubditi ſunt Imperatoris. Nec ex *Ordinatione Regimenti* quid- 30
quam validè concludi poteſt, dum illa non de Comitiis, ſed con-
vocandis quibusdam Principibus agit: adhæc quod extra Ordi-
nem eſt conſtitutum, jus ordinarium Majeſtatis Cæſareæ peri-
mere nequit; Quemadmodum hîc rectè animadvertit Bœcle-
rus ad Hippolith. d.l.p.152.ſequ. Interea tamen dubium non eſt,
Interregni tempore Vicarios Imperii cum Conſenſu reliquorum
Electorum Comitia indicere poſſe, ne Reſpublica quid detri-
menti capiat, maximè ſi gravia quædam Electioni obſtent. Per
*Cap.5.A.B & ibi Dd.* vid. Autor **der Grundfeſte.** *p.1.c.2.p.16.*

§. 8. Atque hæc de Jure & Officio Regis Romanorum 31
circa indicenda Comitia. Quid circa *Exactiones & Collectas*
Imperiales obtineat, in præſenti quoque Articulo paucis nota-
tur. Videlicet Rex Romanorum *primò* pollicetur, *quod ſine* 32
*urgente neceſſitate Status Imperii Exactionibus & Collectis aliisq;
Oneribus Imperialibus gravare nolit*; Dico *Oneribus*, in genere, 33
cùm etiam **des Cantzley-Geldes und der Nachreiſen** jam in Capitu-
latione Caroli V. ad præſentia uſque tempora fiat mentio. Quæ
cùm inter Collectas & Exactiones Imperii commodè referri



Digitized by Google

non poſſint, ſub generali *Onerum* Imperialium *nomine* comprehendenda fuêre. De primo ſeu taxa & ſportulis Cancellariæ caput particulare fuit in Capitulatione Leopoldi, *art.17.* in gra-
34 tiam nempe Electoris Brandeburgici, aliorumque Statuum, **welche Vermöge des Friedenſchluſſes Länder haben abtretten und darvor andere annehmen müſſen** / ſancitum, **daß Sie zu keiner neuen Cantzley- oder Lehen-Gebühr vor die überkommene Hertzog- und Fürſtenthumben und Landen / vor dißmal angehalten / oder darzu einigerley Weiß verbunden ſeyn ſollen.** Quod ipſum ratione nunc
35 ceſſante in Capitulatione Joſephi eſt omiſſum. Per vocem **Nachreiſen** perſonalis Statuum Imperii ſequela & *Comparitio ad Aulam Regiam* videtur intelligi; Regulariter autem comparere tenentur Status, quando ab Imperatore deſuper ſunt requiſiti, uti ex *A. B. Tit. 12. §. 2. R. I. de A. 1576.* §. **Wann dann auch.** aliisque locis conſtat. vid. Stamler. *de Reſervatis*, §. *28. num. 5. ſeqq.* Autor **der Grundfeſte** *p. 1. c. 6. pag 45.* Myler. *de Princip. & Statib.*
36 *Imp. cap. 95. in pr.* Ne tamen præter neceſſitatem eò vocentur, & ne nimium frequenter Cæſares illam comparitionem depoſcant, quod Statibus valde oneroſum futurum eſſet, in hoc Articulo cautum eſſe cernitur. Quemadmodum & de oneribus reliquis propter exactiones & collectas Imperii quaſcunque non neceſſarias idem hîc diſponitur.

§. 9. *Alterum*, quod hîc promittit Rex Romanorum eſt, *Se Collectas in caſibus permiſſis ſeu neceſſariis non niſi ad præſcri-*
37 *ptum Inſtrumenti Pacis indicturum.* In Capitulatione Caroli V. & iſtis, quæ ſequuntur ad Ferdinandum III. uſque, hæc indictio Sex tantùm Electorum conſenſum requirit, ibi: **Die Steuer / Aufflagen und Reichs-Tåge ohne Wiſſen und Willen der Sechs Churfürſten nicht anſetzen noch außſchreiben.** *art. 12. &c.* Cùmque Collectæ ſint ordinaria Comitiorum materia, conſequens eſt, idem juris hîc obtinere, quod circa Comitia obtinet. Et quamvis in Capitulatione Matthiæ ac ſubſeqq. Impp. *in fin. art. 12.* habea-

Digitized by Google

habeatur, quòd Imperator eas Collectas, in quas Imperium & Statûs conſenſerunt, ad modum iſtius conſenſus impendere velit, non tamen inde negari poteſt, amplius aliquid quàm Electorum conſenſum ad indicendas Collectas Imperiales requiri. In- 38
terim in multis Imperii Receſſibus diſertè legitur, Cæſarem Exactiones & Collectas non à ſolis Electoribus ſed ab omnibus Statibus petiiſſe, quemadmodum teſtantur *R. I. Trevirenſis de A. 1512.* §. **Und damit.** *33. Ratisbon. de An. 1532.* §. **Und darmit ſolcher.** *7. Auguſtanus, de An. 1548.* §. **Ferner haben Wir.** *94.* & ipſa Praxis Imperii: (nec argumentum ab indictione Comitiorum ad indictionem Collectarum procedit, cùm illud ad directionem & adminiſtrationem, hoc verò ad oneris præſtationem, ubi ſingulorum intereſt, tendat.) Quæ textuum diſcrepantia ita 39
quidem conciliari poſſe videtur, ut ante Inſtrumentum Pacis Electoribus *ſolis* in caſibus ſubitis, & ubi indictio Collectarum moram non fert, id adſcribamus, quemadmodum de Jure Belli & indictione Comitiorum ſupra obſervavimus. Poſtea autem in Inſtrumento Pacis *art. 8. §. Gaudeant.* generaliter eſt ſancitum, quòd tunc indiſtinctè quando tributa indicenda, Statûs Imperii jure ſuffragii gaudere debeant; Inſuper & Capitulationes noviſſimæ à Ferdinando IV. ad præſentem uſque, expreſsè ſtatuant, ne quidem in caſibus ſubitis **in unverzüglichen Fällen** 40
Collectas aliter, quàm ſecundùm Inſtrumentum Pacis, ſcil. accedente omnium Statuum conſenſu indici debere, ita tamen ut conſenſus iſte per *majorem* quoque *ſuffragiorum numerum* impetrari poſſit. Etenim ad univerſos ſpectat, quod publicè per 41
partem majorem fit. *L. quod major. 19. ff. ad Municip. L. 160. §. 1. ff.* 42
*de R. I.* Unde in hoc negotio major numerus tamdiu valeat & ſufficiat neceſſe eſt, donec Lege publicâ à regulâ diverſum quid fuerit conſtitutum; quemadmodum in negotio Religionis, per 43
*Inſt. Pac. art. 5. §. 19. vers. In cauſis Religionis. 51. add. R. I. Auguſt. d. A. 1555.* §. **Und ob ſolcher.** *22.* non verò in cauſâ Collectarum hacte-

Digitized by Google

hactenus factum eſt, maximè ſi illæ in cauſâ neceſſariâ v. gr. pro defenſione Patriæ ſint præſtandæ, ubi rationes diſſentiendi tantæ eſſe non poſſunt, ut attendi debeant. vid. Conring. *de Comit. Imp. th. 56.* Myler. *de Princip. Imp. cap. 62. num. 11.*

44 §. 10. *Tertium*, quod Rex Romanorum circa collectas promittit, hoc eſt: *Quòd Collectas & auxilia, in quæ conſensêre Status Imperii ad alium finem & uſum convertere nolit, quàm in quem ſint collata.* Hoc licèt primitus Capitulationi Matthiæ *art. 12.* ſit inſertum, tamen jam antea in Legibus Imperii eadem ferè ſanctio occurrit, uti videre eſt *in R. I. Spirenſi de An. 1526.* §. **Weiter.** *12. in fin. de A. 1529.* §. **Es iſt auch.** *18. in fin. R. I. de A. 1541.*
45 §. **Und damit.** *58.* Nec tantùm de Collectis, ſed & de aliis auxiliis, milite nempe, præſtandis, id cautum in R. I. Wormatienſi, *de A. 1521.* §. Item **haben Wir.** *34. junct.* §. *36.* **daß Wir ſolch Ihre Hülffe nicht anders / oder zu andern Fürnehmen / dann wie außge-**
46 **druckt iſt / gebrauchen ſollen noch wollen.** Ipſa quoque ſana ratio ſuadet, ea quæ ad certum uſum dantur, ultra eundem data non cenſeri. Unde Collecta Imperii, in certum uſum collata, nec eò impenſa, conferentibus reſtituenda venit, per *R. I. de A. 1524.* §. Item **ſo der Türck.** 33. in fin. ibi: **Soll einem jeden Stand ſein außgelegt Geld gewißlich wiederumb gegeben werden.** & *R. I. de*
47 *An. 1526.* §. **Es haben ſich auch.** 13. Niſi fortè conſentiant contribuentes, ut illud, quod ad certum uſum eſt collatum, in alium impendatur, ſicuti docet *R. I. de A. 1522. in fin. pr.* ibi: **Auß freyem Willen zugelaſſen / bewilliget. ꝛc.** ubi tamen non niſi ad alias Imperii neceſſitates **zu andern Reichs-Laſten** id impendendum erit; quæ clauſula melioris cautelæ gratiâ Capitulationi Leopoldi cœpit inſeri. Confer huc Limnæum *ad Capitulat. Matthiæ, art. 12.* voc. **zu keinem andern.**

48 §. 11. *Quartum*, quod circa collectas Imperii Rex Romanorum promittit, eſt: *Ne cui quotam ſuam Collectarum in præjudicium aliorum remittat vel imminuat.* Hæc Clauſula primâ quidem

Digitized by Google

quidem vice Capitulationi Ferdinandi IV. eſt inſerta, jam tamen
ante in LL. Imperii fundata cernitur. Ita enim in *R. I. Wormatienſi* 49
*de A. 1521.* §. **Item haben Wir Uns.** 34. ſancitum: **Daß auch
keiner der angezeigten Hülf / wie Jhm die zu Roß und Fuß / nach
laut des Anſchlags / hier auffgelegt / erlaſſen / deßhalb auch mit
Jhnen durch Uns ſelbſt noch jemand anders nicht dingen / Sie
ſollen auch deſſelben bey Uns oder den Unſern nicht ſuchen noch
arbeiten / ob Sie aber das thäten / das doch nicht ſeyn ſoll / ſo ſoll
doch dem kein ſtatt oder folg gegeben werden / ſondern Wir die
Hülff ſtracks / wie Sie verordnet iſt / erfordern und nehmen / und
darumb niemand umb einiger Sachen willen verſchonen oder
überſehen / noch der Ungehorſamen Bürde auff die Gehorſamen
legen.** Additur *R. I. Auguſtanus de A. 1551.* §. **Nemlich alſo.** *102.* ibi:
**Von dem allen kein Churfürſt / Fürſt oder Stand gefreyet / oder
deſſen erlaſſen / ſondern in dem durchaus eine Gleichheit gehal-
ten werde.** Et *R. I. de A. 1582.* §. **Dieweil dann.** *13.* ibi: **In dieſer
allgemeinen hochnöthigen** Contribution **niemand zu verſchonen.**
Imò id *juris Communis* eſt, ut docet Klock. *de Contribut. c. 16.
ſect. 1. num. 39. ſeqq.* Nam licèt Princeps remittere vel imminue- 50
re alicui collectas, vel etiam immunitatem ab illis concedere
valeat, quæ facultas nec Imperatori nec Regi Romanorum in
dubium vocanda, non tamen id fieri poteſt in aliorum præjudi-
cium, ſeu ut onus accreſcat reliquis Imperii civibus: quin potius
ex ærario Principis ſupplendum foret, id quod alteri remittitur,
cùm de ſuo quis liberalis eſſe debeat, non de alieno; niſi fortè
merita illius, cui fit remiſſio, in illos quoque ſe extendant, quibus
onus accreſcit.

§. 12. Tandem & hæc Clauſula Capitulationi Leopol- 51
dinæ art. 17. in fin. eſt adjecta: *Ne permittat, quò Status Imperii
ab Extero quodam eximatur.* **Weniger geſtatten / daß ein Reichs-
ſtand von Außwertigen** eximiret **werde.** Quæ poſtea in Capitu-
latione Joſephi hoc art. repetita & continuata. Inde enim non 52
poſſunt non imminui Collectæ & auxilia Imperii, ſecus ac ſi



Digitized by Google

exemptio fieret à Conſtatu, qui exemptum, quoad Collectas repræſentat. Da der eximirende Stand den andern an Stimm/ Vermögen und Hülffe auff dem Reichs-Tag vertritt. Vid. quæ de Exemptionibus jam ſupra diximus ad art. 8. §. 11. ſeqq. & ad art. 12. §. 17. ubi varia traduntur Exemptionum genera.

§ 13. Eſt igitur hic Articulus partim normativus, partim
53 etiam limitativus poteſtatis Regiæ. *Normativus* in eo ſaltem
eſt, ne nimium frequenter, vel citra admonitionem Electorum
Comitia indicat Rex Romanorum: cùm illud aliàs ad Boni Prin-
cipis ſpectet Officium, hoc verò ſupplicibus fiat precibus, quod
54 limitationem nullam inducit. Quemadmodum & *Normati-*
*vum* eſt, quando promittit, ſe ſumptibus minùs neceſſariis Sta-
tûs ad Comitia tendentes onerare, vel cui in præjudicium alte-
rius quotam ſuam remittere, & denique concedere nolle, ut ab
55 Extraneo Statuum quiſquam eximatur. *Limitativum* verò eſt,
quòd absque Conſenſu Statuum Collectas indicere nullas, neq;
extra uſum, in quem ſunt collatæ, eas impendere velit. Pariter
quòd extra Germaniam, in terris licèt Imperii, aut citra conſen-
ſum Electorum, & antequam cum his de loco ac tempore ſit
conventum, Comitia indicere non poſſit.

# *COMMENTATIO*

AD

# ARTICULUM XVII.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS*

### *ROMANORUM CIRCA JURISDICTIONEM IN IMPERIO, IN SPECIE QUOAD JUDICIUM ROTHWILENSE, WINGARTENSE ET JUDICIA PROVINCIALIA SUEVIÆ.*

### SUMMARIA.

I. *Promiſſio Regis Rom. de non evocandis Statibus eorumq; ſubditis ad tribunal externum.* 1.

IIo

*Hoc privilegium Germaniæ Proceribus ab antiquo competit.* 2.

*Neq; de obſervantiâ ejus dubitandum.* 3.

*Exemptum Brandenburgici & Neoburgenſis Pragæ ſe ſiſtere nolentium.* 4.

II. Amplificatur, *ut neminem liceat ab ordinario Judice avocare.* 5.

*Quod privilegium Electoribus æquè ac reliquis Imperii Statibus aſſeritur.* 6.

*Idem exercet immediata Nobilitas.* 7.

*Tenor ejus ſummâ æquitate nititur.* 8.

III. *Singulatim hic confirmat Statibus Imperii*

(1) *Privilegia immediatatis.* 9.

(2.) *Privilegia de non appellando.* 10.

*Ratio impulſiva hujus privil. exponitur.* 11.

Illimitatè *eodem gaudent Electores.* 12.

*Et alii nonnulli Principes.* 13.

*Judicium Reviſorium Haſſiacum quando inſtitutum?* 14.

Ad certam ſummam *quandoq; privil. illud reſtrictum eſt.* 15.

IV. *Confirmantur (3.) Privilegia de non evocando.* 16.

*Agitur & (4.) de privilegio electionis fori.* 17.

*Sic privilegiati ab Actore ſuper electione ſunt requirendi.* 18.

*Electioni plerumq; terminus eſt conſtitutus.* 19.

*Hujus privilegii prima mentio fit in Capitulatione Joſephinâ.* 20.

V. *Sicut etiam (5.) Privilegii Auſtregarum.* 21.

*Cujus rei cauſa erant, Statuum Gravamina in Comitiis exhibita.* 22.

*Auſtregarum* definitio. 23.

Diviſio *perſonarum quæ hoc privilegio gaudent.* 24.

*Utilitas hujus diviſionis.* 25.

Primi *Ordinis perſonæ adverſus quoscunq; privilegium ſuum exercent.* 26.

Secundi *non item.* 27.

*Denq; (6.) in genere privilegiorum primæ inſtantiæ mentio injicitur.* 28.

VI. *Ad conciliandum huic diſpoſitioni majus robur, adjiciuntur duæ clauſulæ:*

1. Caſſatoria. 29.

2. Confirmatoria. 30.

*De extraordinariis Commiſſionibus I. P. allegatur.* 31.

*Commiſſarii licet relationibus ſuis vota ſubjungant, per ſententiam tamen nihil definire poſſunt.* 32.

*Membrum hoc de Commiſſionibus juxta I. P. decernendis, primùm huic Joſephinæ Capit. inſertũ.* 33.

VII. *Agitur nunc de Judicio Rothwilenſi cæterisq; Judiciis provincialibus Sueviæ.* 34.

*Judicium* Rotwilenſe *à Conrado III. Imp. inſtitutum eſt.* 35.

 *Per*

Digitized by Google

*Per quas nam provincias jurisdictionem ſuam exerceat?* 36.

*Judex perpetuus erat Comes Sulzenſis.* 37.

*Nunc Princeps Schwarzenburgicus.* 38.

*Tredecim Aſſeſſores eliguntur ex Senatu Rothwilano.* 39.

*Quoties in anno judicium hoc pateat?* 40.

*Quomodo ſententia concipiatur.* 41.

*Judicium* Wingartenſe *minus auguſtum eſt.* 42.

*Quemadmodum & reliqua Judicia Provincialia.* 43.

*Partem ſolummodo* Circuli *Suevici ſub Jurisdictione ſuâ comprehendunt.* 44.

*Quomodo concurrant cum Statibus Imperii, qui ſub eodem diſtrictu degunt?* 45.

*Aſſeſſores quot & qualiter conſtituantur?* 46.

VIII. *Gravamina Statuum contra hæc Judicia ſæpius ſunt exhibita.* 47.

*In* Capitulationibus *quoq; de abuſibus ipſorum tollendis agitur.* 48.

*Querimonia Statuum de Judiciis, Aulico &* Camerali. 49.

*Duo adhuc alia, Saxonicum ſcil. Franconicumq; addi deſiderârunt.* 50.

*Deliberatio tamen de reformatione hac inſtituenda tum remiſſa eſt in proxima* Comitia. 51.

*Abolitionem Judicii Rothwilani impedierunt* Comes *Sulzenſis &* Civitas *Rothw.* 52.

IX. *Interea promittit Rex Rom.*

*I. Se curaturum, ut aboleantur extenſiones cauſarum reſervatarum*, der Ehehafts-Fällen. 53.

*Deſcribuntur* Cauſæ *Reſervatæ.* 54.

*Et ordine recenſentur.* 55.

*Cur appellentur* Ehehafften. 56.

X. *Prævia tamen* cauſæ cognitione *id facturus eſt Rex Rom.* 57.

Explicatur, *qua ratione hæc cauſæ cognitio ſit inſtituenda.* 58.

Finis *hujus cauſæ cognitionis.* 59.

Clauſula *de re cum* Cancellariâ *Moguntinâ communicandâ nova eſt.* 60.

XI. *Promittit Rex Rom.*

*II. Quemlibet exemptum atq; privilegiatum in privilegio ſuo defendi debere.* 61.

*A Judicio Rothwilenſi* Lege publicâ, *ſc. A. B. eximuntur Electores.* 62.

*Reliqui Principes & Status exempti in* privilegio *ſe fundant.* 63.

*Quod probare debent.* 64.

*Electores quoq; exemti ſunt à* Caſibus reſervatis. 65.

XII. Clauſula *adjicitur* ampliativa: *Etiamſi prætendatur privilegium eſſe annullatum.* 66.

*Reſpicitur ad Ord. Rothw. ubi conſtitutum eſt:* Ne valeant privilegia contra die Ehehafte. 67.

Ratio

Digitized by Google

*Ratio hujus conſtitutionis.* 68.
*Quale Argumentum inde poſſit deduci?* 69.
*Sed Reſp. Clauſulam Ord. caſſatoriam eſſe generalem.* 70.
*Cui per ſpecialia Exemptionis privilegia derogari potuerit.* 71.
*Clauſula* Capit. *utut etiam generalis eſſe videatur, continet tamen* ſpecialia *privilegia contra cauſas reſervatas.* 72.
*Imperator in cauſis juriſdictionem concernentibus tam* ſuis *quàm* Statuum *privilegiis derogare poteſt.* 73.
XIII. *Promittit atq; concedit Rex Rom.*
III. Appellationem *à Rothvvilenſi cæteriſq; Provincialibus Judiciis ad Aulam vel* Cameram. 74.
*Caroli V. privilegium appellationem illam denegat.* 75.
*Diſtinguendum ergo inter cauſas meræ appellationis, & quæ non ſunt tales.* 76.
*Quam diſtinctionem ipſa Ord. Rothvvil. innuere videtur.* 77.
XIV. *Promittit deniq; Rex Rom.*
IV. *Se velle Statûs exemptos à Juriſdictione Rothvvilenſis & Provincialium Judiciorum, eorumq; ſubditos ita tueri, ut nullo modo in privilegio ſuo turbentur aut graventur.* 78.
XV. *Cautio in fine addita circa abuſum Mandatorum, quæ ſubditi ſæpe contra Dominos territoriales impetrant.* 79.
*Quæ procedendi Ratio Legibus Imperii è diametro adverſatur.* 80.
*Hinc rejicitur ſub clauſulâ de impunè non parendo.* 81.
*Hodie tam in Camerâ quàm in Judicio Aulico decernuntur hoc in caſu* Literæ Informativæ. 82.
XVI. *Articulus hic maximam partem poteſtatis Regiæ* limitativus *eſt.* 83.
*Saltem quoad præced. §. penult.* normativum *eundem eſſe apparet.* 84.

## I.

IN hoc Articulo tranſitus fit ad Jus & Officium Regium circa Juriſdictionem in Imperio Romano-Germanico; Ubi primò omnium promittit Rex Romanorum: *Se Electores, Principes & Statûs Imperii, nec non immediatam Ejus Nobilitatem cum ſuis* 1 *Statuumq; ſubditis pro faciendâ Juſtitiâ extra Germaniam* auſſerhalb Teutſcher Nation *non evocaturum* vel citaturum, nicht erfordern und vorbeſcheiden / vel ad comparendum compulſurum, nicht dringen / ſive viâ Juris, ſive viâ amicabilis compoſitionis ſit

2 agendum. Atque hoc privilegium Germaniæ Principibus jam ab antiquo competit. Ita enim Albertus Cranzius *in Lib. 10. Saxon. c. 38.* inquit: *Principes Alemanniæ audio privilegio eſſe communitos, quòd non teneantur in locis extra Imperii limites comparere:* quod privilegium aſſervare ſcribit Comitem Schvvarzburgicum, prout id ſimiliter allegant, Magerus *de Advocat. arm. cap. 15. num. 186.* & Gryphiander *de Weichbildis, cap. 60. num. 17.* Et cùm jam Capitulationi Caroli V. art. 15. idem ſit inſertum, nec non in Ordinatione Camerali *part. 2. tit. 7. in fin.* repetitum, ibi: **Aber damit dieſelbe auß dem Reich Teutſcher Nation**
3 **nicht ziehen.** De obſervantiâ ejus dubitare non amplius eſt integrum. Unde poſtquam Elector Brandenburgicus & Comes Palatino-Neoburgenſis, eò quòd poſſeſſionem Ducatuum Ju-
4 liaci, Cliviæ & Montium apprehendiſſent, *Pragam* ad Aulicum Imperatoris Conſilium evocati ſunt, haud incongruè iſti reſpondêre: **Obwohlen Prag ein Ort im Reich/iſt es doch im Reich Teutſcher** Nation **nicht gelegen / dahero ſich die Käyſerliche Majeſtät nie unterſtanden/dahin einen Reichs-Tag zu legen/ oder ſtreitten-de Parthenen zu vertragen/ deſſen Ihre Majeſtät/auſſer dem Reich Teutſcher** Nation **auch nicht befugt** / uti obſervat Limnæus, *de Jur. publ. Lib. 4. cap. 8. n. 87. in fin.* ex Autore **des kurtzen Berichts von dem** Intereſſe **des Chur-Fürſtl. Hauſes Sachſen.**

5 §. 2. Idem quod de non faciendâ evocatione extra Germaniam cautum eſt in textu ſic amplificatur: *Ne ſcil. Status & eorum ſubditi ab ordinariis ſuis Judicibus avocentur, vel ad alios citentur, & coram iis comparere compellantur;* Ibi: **Von ihren Ordentlichen Richtern nicht dringen / erfordern und vorbeſcheiden.** Quod privilegium jam olim competiit Electoribus, eorumque ſubditis, juxta text. *A. B. cap. 11. §. 1. & ult.* Addatur de Rege Bohemiæ *text. in cap. 8. ibid.* Imò ante *A. B.* tempora id habuiſſe patet, quandoquidem præteritis temporibus id obſervatum eſſe
6 ſcribitur in §. 1. dicti capitis. Non tamen quoad reliquos Imperii

perii Status id excluſivè intelligendum, inprimis cum in Capit. Caroli V. & ſubſeqq. Impp. nec non in *Ord. Cam. p. 2. tit. 1. in princ.* expreſſa eorum fiat mentio; ibi: **Daß alle des Heil. Reichs Verwandte und Unterthanen bey ihren ordentlichen Innländiſchen Rechten und Gerechtigkeiten gelaſſen werden ſollen.** *add. Tit. 5.* §. **Und ſoll ſonſt.** *2. & Tit. 5.* §. **Wo ſich aber.** *15. R. I. Colon. de A. 1512. Rubr.* **von dem Gotteläſtern.** *3.* §. Item **es ſollen.** *13.* Ad quas Imperii Leges ſine dubio etiam in textu noſtro provocatur. Idem hic 7 de immediatâ Imperii Nobilitate aſſeritur, quod primâ vice *Capitulationi Leopoldi art. 18.* eſt inſertum, etſi negari nequeat, in prioribus, ſi non ſub voce *Statuum*, tamen ſub vocabulo *ſubditorum* eam fuiſſe comprehenſam. Atque hæc diſpoſitio ſummâ 8 æquitate nititur, cùm etiam ex jure Civili Romano conſtet, quòd uſufructuarius liberè uſufructu conceſſo frui debeat, nec à Domino impediri poſſit, *L. 7. §. 1. & 3. L. 15. §. 6 ff. de Uſufr.* Status verò Imperii ditiones ſuas in iisque Juriſdictionem, non tantùm *Uſufructuario* ſed *patrimoniali* jure poſſident, ut rectè arbitrantur Vultejus *de Juriſdict. in præfat.* Rumelin. *ad A. B. part. 2. Diſſ. 1. th. 1. ſeqq.* & ibi Myler. *in addit.*

§. 3. *Singulatim* autem confirmat in *hoc Artic.* Rex Romanorum Privilegia Statuum, quæ juriſdictionem ipſorum concernunt: (ſed & hæc clauſula Capit. Ferdinandi IV. primitus inſerta legitur). Et quidem [1.] *Privilegia immedietatis*, quibus 9 de Exemptionibus cavetur, illis præſertim, ubi quis alterius juriſdictioni, cui antea non ſubjectus erat, parere cogitur; de quo ſuperiùs actum ad art. 8. §. 11. ſeqq. & ad art. 12. §. 10. Deinde quo- 10 que confirmat [2.] *Privilegia de non appellando*, quorum vigore ſubditis vel incolis illorum, quibus hæc privilegia competunt, adempta eſt facultas appellandi à quibuscunque ſententiis ab iisdem latis, exceptâ tamen nullitatis & denegatæ juſtitiæ causâ. Principi namque perſuaſum eſt, eos, qui ob ſingularem indu- 11 ſtriam, exploratâ fide & dignitate hoc privilegio ornantur, non

aliter

Digitized by Google

aliter eſſe judicaturos pro ſapientiâ ac dignitate ſuâ, quàm ſi ipſe
12 Judicis officium obiiſſet. *L. un §. 1. ff. de Offic. præf. prat.* Atque
hoc privilegio *illimitatè* in Imperio gaudent Electores, vigore
*A.B. Tit. 8. & 11.* quod hodie, & quidem Moguntino Palatinoque
Anno 1654. Colonienſi, Anno 1653. Bavaro verò Anno 1638. ita
confirmatum eſt, ut *Judicium Reviſorium* conſtituant, ne Liti-
13 gantium Partibus inſtantia pereat. Gaudent & alii Principes
eodem privilegio, quos breviter recenſet Schvvederus in *Intro-*
14 *ductione in Jus publ. part. ſpec. Sect. 1. c. 11. §. 2.* Quibus addan-
tur Sereniſſimi Haſſiæ Landgravii in illis cauſis, quæ ad *Judi-*
*cium reviſorium Haſſiacum*, quod utrique Lineæ commune
eſt, ſunt devolutæ, ex privilegio ſcil. Ferdinandi II. Sereniſſimo
piæ mem. Principi, Georgio II. Haſſiæ Landgravio Darmſtadi-
no d. 19. Septembris Anni 1631. & Ferdinandi III. Sereniſſimo
15 Principi Wilhelmo Haſſiæ Landgravio Caſſellano d. 26. Augu-
ſti A. 1650. conceſſo. Intelliguntur autem in textu non tantùm
*Privilegia de non appellando illimitatè conceſſa*, ſed etiam illa,
quæ conceduntur *ad certam ſummam*, de quibus vid. *Append. ad*
Gailii *Obſervationes*. Blum. *in Proc. Cameral. Tit. 46.* & alii, cùm &
ibi turbari juriſdictio poſſit, cui incommodo hîc providere Ele-
ctores voluerunt.
16 §. 4. [3.] Confirmantur in textu ſpeciatim *Privilegia de*
*non evocando*, qua de re jam dictum eſt *in §. 1. & 2. hujus artic.*
Tali privilegio cumprimis ſunt muniti Auſtriæ Archi-Duces à
Carolo IV. Anno 1366. Domus Burgundica, ex Tranſactione de
A. 1548. Auguſtæ Vindelicorum initâ: Domus Lotharingica ex
privilegio Ferdinandi I. Anno 1542. conceſſo, quæ videantur
apud Limnæum, *Jur. publ. Lib. 5. cap. 1. & 2.* & Rumelin. *ad A.B.*
*p. 2. Diſſ. 1. th. 3.* Addantur & alii Principes Civitatesque Impe-
17 rii ap. Rumelinum *d. l. th. 4. ſeqq.* recenſitæ. Porrò & [4.] in textu
mentio ſit *Privilegiorum electionis fori*, quorum hîc tenor eſt,
ut ſcil. in Camerâ vel Judicio Cæſareo conveniendi poteſtatem
habeant

habeant iſtud eligendi forum, quod ſibi commodius videbitur.
Qui igitur hoc privilegio gaudent, priùs ab Actore ſunt requi- 18
rendi, quonam in Judicio ſeſe ſiſtere velint: ad quam requiſitio-
nem intra certum temporis ſpatium, à tempore factæ denuncia-
tionis computandum, declarare iſti tenentur, utrum è dictis tri- 19
bunalibus elegerint. Sic trimeſtre ſpatium ſtatutum eſt Coro-
næ Suecicæ, ſiquidem ratione Ducatûs Bremenſis, Verdenſis
aut Pomeraniæ vel ratione Principatus Rugiæ aut Dominii
Wiſmariæ ea ſit convenienda; juxta *Inſtr. Pac. art. 10. §. Deinde.*
*6. vers. 12.* ibi: *E contra verò.* Atque hoc ipſum de Electione 20
fori noſtræ Capitulationi Joſephinæ primitus inſertum legitur.

§. 5. Deinde etiam [5.] in textu mentio fit Privilegii *Au-* 21
*ſtregarum*, quod iterum huic Capitulationi noviter eſt anne-
xum. Inter Gravamina enim Statuum, quæ in hiſce Comitiis 22
ſunt exhibita, & hoc occurrit: Daß die wohlhergebrachte Privi-
legia Erſter Inſtantz, Jura Auſtregarum und dergleichen/ infrin-
giret/ und offt wider die heilſame Reichs Conſtitutiones und Käy-
ſerl. Wahl-Capitulation mit Mandaten/ Commiſſionen/ Avoca-
torien/ oder auff andere Weiſe die Stände beſchwehret werden. &c.
Auſtregæ verò ſunt Judices Imperii ex conventione conſtituti 23
& Lege poſtea confirmati, ut cauſam inter Imperii cives exor-
tam viâ Juris decidant; Perſonæ autem, quæ coram Auſtregis 24
conveniuntur, juxta *Ord. Cam. p. 2. t. 2. ſeqq.* ſunt vel primi ordi-
nis, vel ſecundi. *Primo ordini* accenſentur Electores, Princi-
pes, quique Principibus æquiparantur. Ad *ſecundum* verò ſpe-
ctant Prælati ſimplices, Comites, Barones & Nobiles immediati.
Cujus diſtinctionis *utilitas* præcipuè dignoſcitur ab effectu: Ete- 25
nim ſi quis contra *primi ordinis* perſonas, putà Electores, Princi-
pes, & Principali dignitate claros actionem moveat, etiam ſi ſit
mediatus Imperii Civis, Auſtregas agnoſcere tenetur, ut adeò
primi Ordinis perſonæ Rei partes ſuſtinentes, contra cujuſcun- 26
que conditionis Actores hoc ſuo primæ Inſtantiæ privilegio

 fruan-

fruantur. vid. *Ord. Cam. p. 2. t. 4. §. f.* ibi: **Und ſollen ſolche Auſ-**
27 **träge** ꝛc. Secundi verò Ordinis perſonæ tum demum privilegio
Auſtregarum gaudent, quando vel ab ejusdem vel primi ordinis
perſonis actio ipſis intentatur. Proinde ſi mediatus Imperii ci-
vis, vel etiam Civitas Imperialis hasce velit convenire, ſtatim in
Aulâ Cæſareâ vel Camerâ Imperiali iſtud fieri oportet. Qua
de re videri plura poſſunt in *Ord. Cam. p. 2. tit. 2. ſeqq.* & præter
Schubhardum & Lenzium *de Auſtregis*, Rumelinus *ad A. B. p. 2.*
*Diſſ. 1. in Append.* Reinking. *de R. S. & Eccl. Lib. 2. Claſſ. 2 c. 16.*
Unm. *de Proc. Diſp. 4. num. 43. 44. 52. & ſeqq.* Vultej. *ad Tit. Cod.*
28 *Ubi Senatores vel Clariſſimi. n. 29. ſeqq.* Tandem & [6.] in genere
privilegiorum primæ Inſtantiæ & Judicum immediatorum or-
dinariorum in textu fit mentio, **bey der erſten** Inſtanz, (ita enim
legendum, uti patet ex Capitulatione Leopoldi, Ferdinandi IV.
aliorumque Impp. cùm nonnulla Exemplaria Capitulationis Jo-
ſephinæ vocem **Erſten** omiſerint) **und deren Ordentlichen ohnmit-**
**telbahren Richtern bleiben laſſen.** De quo ſupra dictum in §. 2. hu-
jus Articuli.

29 §. 6. Quò verò hæc omnia robur obtineant 1. *Clauſula*
*Caſſatoria* in textu eſt adjecta, qua non tantùm ipſæ Contraven-
tiones, ſed etiam Reſcripta inhibitoria & Mandata, quæ contra
iſta privilegia quocunque ſub prætextu decernuntur, nulla atq;
30 irrita declarantur. 2. Additur *Clauſula confirmatoria*, qua Rex
Romanorum promittit (1.) quòd neminem contra illa privilegia
Commiſſionibus, Mandatis aliisque Decretis gravare; nec (2.)
per Judicium Cæſareo-Aulicum vel Camerale vel alio modo
ulli præjudicare, ſed (3.) ſi Commiſſiones ſint decernendæ, id
31 quod in Inſtrumento Pacis *art. 5. §. In Conventibus Deputatio-*
*num. 18. vers. 59.* propterea eſt ſancitum; accuratè obſervare
32 velit. Recenſentur autem in dicto loco ſequentia: Quòd ni-
mirum ubi extraordinariis Commiſſionibus negotia in Imperio
expedienda occurrant, ſi res inter Auguſtanæ Confeſſionis Sta-

tûs

tûs verſetur, ſoli Eidem Religioni addicti deputentur, ſi inter Catholicos, & Auguſtanæ Confeſſionis Status utriusque Religionis pari numero Commiſſarii denominentur & ordinentur. Et habeant Commiſſarii hoc, ut quidem res à ſe geſtas referant, & vota ſubjungant, per modum tamen ſententiæ nihil definiant. Atque hoc tertium membrum *de Commiſſionibus juxta* 33
*Inſtr. Pacis decernendis* Capitulationi huic Joſephinæ primâ pariter vice eſt inſertum, nec in Leopoldinâ habetur.

§. 7. *Singulatim* nonnulla circa juriſdictionem Imperii 34
de *Judicio Rothvvilenſi*, Wingartenſi & aliis Judiciis Provincialibus Sueviæ in hoc Articulo diſponuntur. Eſt verò Judicium 35
Rothvvilenſe à Conrado III. Imp. An. 1146. in Urbe Imperiali Rothvvilâ, in Circulo Suevico prope fontes Danubii & Nicri ſitâ inſtitutum, ut loco Cæſaris per certas Germaniæ Provincias, 36
Circulum ſcil. Auſtriacum, Franconicum, Rhenanum ſuperiorem & Suevicum, vel potiùs eorum tractûs & fines in Privilegio *Maximiliani I. A. 1496. d. 13. Junii* dato, & in *Reformatione Maximiliani II. part. 2. Tit. 1.* vid. *Notata noſtra* ad Bœcleri Notit. Imp. ad lib. 13. cap. 2. deſignatas, juriſdictionem exerceret. Judex ipſius 37
perpetuus erat *Comes Sulzenſis*, qui offi ium hoc judiciale ab Imp. in feudum recognoſcit, juxta *Reformat. Maximil. II. part. 2. Tit. 1.* (hodiè *Princeps Schvvartzenbergicus* extinctâ familiâ 38
maſculâ Comitum Sulzenſium. vid. Schvveder. *p. Spec. Sect. 1. c. 14 §. 6.*) quique tredecim habet *Aſſeſſores*, ex Senatu Rothvvi- 39
lenſi electos, & à Judice, ejusque Aſſeſſoribus prævio examine approbatos. *Ord. Rothvvil. p. 1. T. 1.* Judicium hoc ſingulis annis 40
14. vicibus peragitur, ita ut quilibet conventus per ſeptimanam, die ſcil. Martis, Mercurii, Jovis Venerisque duret: ſententia verò Judiciis habitis minimùm à VII. Aſſeſſoribus, prout in *d. Ordi-* 41
*nat. part. 3. tit. 16.* ſtatutum legitur, concipienda eſt. Minùs Au- 42
guſtum eſt *Judicium Wingartenſe*, quod habetur in pago *Altorff*, quemadmodum & reliqua Judicia Provincialia, quæ celebran- 43

tur in Civitatibus Imperialibus, *Ravenſpurgo*, *Wangâ* & *Isnaco* ſeu *Iſni*, cùm minùs latè ſe extendant. *Fines* enim in der Land-Gerichts-Ordnung ita deſcribuntur, über die Donau biß an das Land Würtemberg und biß an den Lech / noch hinauff gen Kem an die Brücken/ darnach hinüber auff Tachheim/ an die Grau-pünde zu Anfang des Schweitzerlands/ folgends gen Coſtanz / auch hierüber auff Stockach / und von dannen ſo weit ſich das Gezirck des
44 Schwabenlands erſtrecket; adeoque Circulum ſaltem Suevicum
vel *ejus partem* comprehendunt. Habent tamen cum Statibus Imperii, qui intra illum diſtrictum degunt, concurrentem juris-
45 dictionem in cauſis, quarum ſumma capitalis non eſt infra unum florenum, & conſtituuntur quolibet in loco à Conſule & Sena-
46 tu, in pago verò Altorff à Præfecto & Senatu loci XII. Aſſeſſores, qui ſententias concipiunt. vid. pluribus Beſold. *in Theſ. Pract. voc.* Landgericht in Schwaben & Speidel. *in Notabilib. ibid.*

47 §. 8. Contra hæc igitur judicia à Statibus Imperii jam tum olim varia exhibita ſunt *gravamina*, uti ex R. I. de An. 1570. §. Und nachdem Wir. 71. R. I. de A. 1641. §. Ubrige übergebene Me-
48 morialia. idipſum patet. In Capitulatione quoque Matthiæ *art. 16.* de tollendis abuſibus Judicii Rothvvilenſis agitur. Idem in Capitulatione Ferdinandi IV. *art. 15.* ad Judicium Wingartenſe & alia Judicia Sueviæ Provincialia id extenditur, mentione ſimul injectâ de eorundem abolitione; idque occaſione deliberationis in Pace Weſtphalicâ deſuper habitæ. Cujus adeò rei in Capitulatione Leopoldinâ *art. 18.* nec non in præſenti Jo-
45 ſephinâ repetitio eſt inſtituta. Præter alia autem gravamina contra dicta Judicia in ſpecie allata Status Imperii in eodem conventu, Weſtphalicæ Pacis ergò habito, de Judicii Cæſareo-Aulici *præcipitantiâ*, de Cameræ verò Imperialis *noxiâ litium protractione* itidem ſunt conqueſti, hoc præcipuè urgentes, ut
50 hiſce Judiciis, duo adhuc alia, *Saxonicum* nempe *Franconicumq;* adderentur: Ut proinde à *Judicio* Cæſaris *Aulico* Auſtrii & Bavaro-

varorum natio; à *Camerâ* Imperiali Circulus uterque Rhenanus Burgundicusque jus peterent: *Saxonicum* verò Judicium in utramque Saxoniam ac Weſtphaliam ; & denique *Franconicum* in Franconiam æquè ac Sueviam jurisdictionem exerceret; abolitis omnino judiciis Rothvvilenſi Suevico Provinciali & Hagenoënſi. Cùm verò hæc abolitio gravioris viſa eſſet mo- 51
menti, ulterior eâ de re deliberatio ad proxima Comitia eſt remiſſa, prout videre licet ex Inſtrumento Pacis, *art. 5. §. 20. vers. Viſitatio Conſilii Aulici. 55. in fin. Add. Hiſtoria Pacis Weſtphalica, Lib. 2. p. 205.* Quod etiam tentatum eſt in Comitiis, *A. 1653.* uti teſtatur Autor der Grundfeſte *part. 3. c. 1. in fin.* contra ſcil. ni- 52
tentibus Comite Sulzenſi & Civitate Rothvvilenſi, per rationes in Memoriali tum temporis exhibito, quod vide ap. Limn. *Tom. 5. l. R. ad Lib. 9. c. 3.* comprehenſas. Unde quidem in textu noſtro dicitur: Es ſey deren abolition halber im Friedenſchluß allbereit Veranlaſſung geſchehen. &c. res tamen iterum ad præſentia Comitia ibidem eſt rejecta.

§. 9. Interea verò & antequam de abolitione illorum Judiciorum aliquid certi in Comitiis præſentibus ſtatuatur, Statuumque Gravamina è medio tollantur, Rex Romanorum promittit I. *Se omninò curaturum, quò extenſiones cauſarum reſerva-* 53
*tarum* (die extendirte Ehehaffte-Fälle) *contra ordinationes Judiciorum facta praviâ cauſæ cognitione aboleantur.* Sunt verò 54
cauſæ illæ reſervatæ (die Ehehafften) nihil aliud, quàm cauſæ ab Exemptionibus exceptæ, ita ut ſi vel maximè quis à Jurisdictione Judicii ordinariè exemptus ſit, tamen illa exemptio in Reſervatis hiſce cauſis non attendatur. Quales cauſæ ſunt [1.] ban- 55
nitorum. [2.] privilegio ſuo renunciantium. [3.] eorum qui jus denegant. [4.] quando Judicio injuria infertur, honorique ejus quicquam detrahitur. [5.] quando Nuncii ejusdem capiuntur, læduntur vel detinentur, quod etiam ad partes in judicio agentes vel acturas extenditur. [6.] Cauſæ injuriarum atrocium.

[7.] Criminum atrocium. [8.] Violatio pacis publicæ. [9.] Cauſæ
Judæorum. [10.] Cauſæ ſucceſſionum inter Nobiles imediatos.
[11.] Debiti liquidi. [12.] Violentiæ à Magiſtratu illatæ. [13.] Spo-
lii violenti. [14.] Mercedis Tabulariorum & taxæ Cancella-
riæ &c. In his enim exempti quoque regulariter reſpondere
56 tenentur. Vid. *Ord. Rothvvil. p. 2. Tit. 5. à §. 1 ad 30.* Quare autem
cauſæ hæ reſervatæ in Judicio Rothvvilenſi Germ. Ehehafften
dicantur, exinde forſan eſt, quòd propriè Ehehafften audiant il-
la impedimenta, quæ *nuptiarum occaſione* contingunt: quan-
quam vox iſta ad *quævis legitima impedimenta,* qualia ſunt tem-
peſtas, vis fluminis &c. à Practicis trahi ſoleat. Cùm verò cauſæ
illæ reſervatæ ſint *impedimenta exemptionum*, non minùs com-
modè ſub dicto vocabulo Ehehafften / in latiori quidem ſignifi-
catu accepto, comprehendi poſſunt. Quæ ergo contra Ord.
Rothvvilenſem in cauſis iſtiusmodi reſervatis fiunt extenſiones,
quique ibi deprehenduntur exceſſus & abuſus, hos ſe quampri-
mum fore ſublaturum, promittit Rex Romanorum.

57 §. 10. Ne verò hîc quicquam præcipitanter agatur, *præ-*
58 *viâ cauſæ cognitione* id ſe facturum dicit. Quæ cauſæ cognitio
ita ſe habeat neceſſe eſt, ut certi Imperii Statûs, qui partibus non
ſint addicti (ohnintereſſirte Reichs-Stände) eam in rem quam-
primum nominentur atque deputentur, qui Extenſiones & ex-
ceſsûs illos examinent, eoque facto de iisdem Imperii Cancel-
lariam certiorem reddant, quò inde res ad reliquos Imperii Ele-
59 ctores, Principes ac Statûs deferri poſſit. Fortè ſcil. cum in fi-
nem, quò tantò alacriùs omnia peragantur, & Statibus gravatis
tandem ſuccurratur; vel etiam quò de abolendis vel conſer-
vandis illis judiciis tantò firmius exinde capi conſilium queat.
60 Eſt enim clauſula hæc de re cum Cancellariâ Moguntinâ Stati-
busque Imperii commūnicandâ, nova, & Capitulationi Joſephi
primitus inſerta. Sicuti Capitulationi Leopoldi hoc quoque
primâ vice additum cernimus, quod Imperator pro cognoſcen-
dâ &

dâ & examinandâ iſtorum Judiciorum causâ Statûs Imperii
*non-intereſſatos* deputare velit.

§. 11. Porrò & II. Rex Rom. circa Judicium Rothvvi- 61
lenſe & Provincialia Sueviæ, antequam de ipſorum abolitione
certi quid ſtatuatur, promittit, *quòd Electores, Principes & Statûs*
*à dictis Judiciis exemptos atq; privilegiatos in privilegiis ſuis ma-*
*nuteneri debeant*, idque jam in Capit. Ferdinandi IV. art. 15. eſt
conſtitutum. Sunt enim quidam Imperii Status etiam in cir- 62
cuitu Jurisdictionis ſiti, à Judicio Rothvvilenſi exempti, uti
ſunt (1.) Electores Imperii & ipſorum ſubditi, per A.B. cap. 11. ceu
patet ex ipsâ Judicii Ordinatione, part. 2. Tit. 4. & tit. 5. §. 30. ita
ut nec producere privilegium neceſſe habeant, cùm A. Bull. tan-
quã Lex Imperii publica paſſim ſit nota. Sunt quoque (2.) exempti 63
alii Principes & Status Imperii, veluti Comites à Caſtell in Fran-
coniâ, Hanoviæ ad Rhenum ex Privilegio Friderici III. Item
Civitas Norimberga, Auguſta Vindelicorum, Eslinga & Geln-
huſa &c. quam tamen exemptionem ita demum admittit Or-
dinatio Judicii, part. 2. Tit. 4. ut privilegium vel in formâ authen- 64
ticâ, vel in exemplo confirmato ſeu vidimato producant. Cæ-
teros exemptos ordine recenſet Limnæus Tom. 4. Addit. ad
Lib. 7. c. 3. n. 8. Imò etiam (3.) reperiuntur quidam exempti à 65
caſibus reſervatis von denen Ehehafften / utpote Electores, per
ea quæ ſupra ſunt allegata, aliique Principes & Statûs ſpeciali
deſuper privilegio muniti.

§. 12. Atque de hac ultimâ exemptionis ſpecie agit in-
primis textus Articuli noſtri, quòd ſcil. in privilegiis ſuis deſuper
acquiſitis defendi debeant. Additur etiam clauſula hæc amplia- 66
tiva: *Etiamſi prætendatur, privilegia illa annullata fuiſſe atq; ir-*
*rita reddita:* quæ clauſula primùm Capitulationi Leopoldinæ art.
18. eſt inſerta & in Joſephinâ repetita. Videlicet in Ord. Rothvvil. 67
Maximiliani II. expreſsè conſtitutum legitur: *Ne valeant Pri-*
*vilegia contra* die Ehehafften/ part. 2. Tit. 5. in pr. Cujus ratio eſt, 68
quòd

quòd Judicium hoc Comitibus Sulzenſibus & Civitati Roth-
vvilenſi, remunerationis quodam, privilegii & feudi titulo,
quemadmodum ſupra innuimus, ſit conceſſum: adeoque Impe-
rator nec ex plenitudine poteſtatis jus iſthoc, velut ex contractu
quæſitum, ſine causâ adimere ipſis valeat. vid. *Referens ap.* Gyl-
69 mann. *Tom.2.part.2.Vol.3.n.20 ſeqq.* Cùm igitur & ſubſequen-
tium Impp. Capitulationes adeoque & textus noſtri Articuli
nec Juribus Statuum in genere, nec privilegiis, quæ per dictam
Ordinationem Rothvvilenſem, Judicio huic ſingulatim ſunt
tributa, derogare præſumantur, dicendum fortè eſſet, iſta privi-
legia, quæ ab aliis Statibus contra caſus reſervatos, **die Ehehaff-
ten**/ſunt impetrata, adhucdum declaranda eſſe irrita, nec ullo
70 modo, dum præjudicium tertii ſubeſt, ſalvari poſſe. Attamen
quia *Clauſula* illa Ordinationis caſſatoria eſt *generalis*, quæ non
operatur ulteriùs, quàm quòd generale privilegium contra illam
non valeat, non verò quòd nec ſpecialis voluntas derogatoria
contra illam locum habere poſſit, juxta Gloſſ. *in L.3.C.de Silentiar.*
uti argumentatur Meichsnerus *in Tom.3.Dec.Cameral.Dec.31.n.
26.* proinde nec Comitibus Sulzenſibus nec Civitati Rothvvilenſi
aliud jus ex illa clauſulâ caſſatoriâ generali acquiri potuit, quàm
quod eſt *privilegii generalis*, ſeu talis, cui per ſpecialia Exemptio-
71 nis privilegia derogari potuit. Nec *obſtat*, quòd Clauſula amplia-
tiva textûs noſtri etiam ſit generalis, adeoque nec clauſulæ Or-
72 dinationis generali derogare poſſe videatur; Nam clauſula no-
ſtra loquitur de exemptis & ſpecialiter contra cauſas reſervatas
privilegiatis. Quæ ſpecialia privilegia dum clauſula Capitula-
tionis contra Ordinationem generalem confirmat, ſanè eo ipſo
hîc valet regula, quæ voluntatem ſpecialem, generali derogare
73 dicit. Accedit, quòd Imperator in hujusmodi cauſis, quæ Ju-
risdictionem concernunt, non tantùm ſuis, ſed & aliorum Impp.
Privilegiis ex juſtâ ratione derogare queat, cùm finis Jurisdictio-
nis ſit, ut juſtitia ritè adminiſtretur; quæ, ſi meliùs adminiſtrari
poſſit

poſſit per deſogationem privilegii juriſdictionalis, haud immeritò derogatio illa decernitur, præſertim ſi id *fiat per Legem Imperii fundamentalem*, qualis ſine dubiò eſt Capitulatio noſtra. Vid. Speidel. *in Notabil. ad voc.* Rothweiliſch Gericht. Maurit. *de Judicio Rothvvilenſi.th.5.in fin.c.3.& th. 11. cap. 2.*

§. 13. Ulteriùs & III. promittit Rex Rom. ſe nullâ con- 74
tradictione impediturum, quo minùs *à Judicio Rothvvilenſi vel provinciali Sueviæ gravatis vel ad Aulam Cæſaream vel Cameram Imperialem appellare liceat*; Quod primitus Capitulationi
Leopoldinæ inſertum eſt. Equidem Privilegium Caroli V. in 75
confirmatione Immunitatum Archi-Ducum Auſtriæ Appellationem illum denegat, uti refert Limnæus, *Lib. 5. Jur. publ. c. 2. n. 31.* Cùm verò Camera eidem contradixerit, & in contrariâ poſſeſſione Appellationes recipiendi ſe eſſe aſſeruerit, tradente Eſaiâ
Roſacorb. *in Pract. For. cap. 102. per tot.* diſtinctione à nonnullis 76
res expediri voluit, ita ut, ſi gravamen ſit ortum propter protractam Juſtitiam, nullitatem, recuſationem Judicis, ſeu aliam ob cauſam, quæ non eſt meræ Appellationis; ſolus Imperator vel Judicium Ejus ſupremum Oenipontanum, non verò Camera ſit adeunda; Ubi verò cauſa *mera*, quæ dicitur *Appellationis* occurrat, ea indiſtinctè ad Cameram vel Judicium Cæſareo-Aulicum ſit dimittenda, prout non tantùm textus præſens & Capitulatio Leopoldi, ſed etiam *R. I. Spirenſ. de A. 1570.* §. Und nach dem Uns fürkommen. 71. nec non & ipſa *Ord. Rothvvil. part. 3.*
*Tit. 17. in princ.* hanc explicationem innuere videtur. *Add.* Paur- 77
meiſt. *Lib. 2. c. 6. de Jurisd. n. 6.* Leopold. *de concurrentiâ Jurisd. Qu. 1.* Gylmann. *Tom. 3. Symphor. tit. 55. & Tom. 2. fol. 470. n. 7.*

§. 14. Denique IV. Rex Rom. circa Juriſdictionem Ju- 78
dicii Rothvvilenſis promittit: Quòd *Electorum* ipſorumque ſubditorum *aliorumque Exemptionem à Rothvvilenſi & aliis Judiciis* ex antiquo obſervatam *tueri ulterius*, neutiquàm verò pati *velit*, ut privilegiati contra illam exemtionem turbentur aut

 gravèn-

graventur. Quemadmodum verò Electores ipſorumque ſubditi per A.B. cap. 11. aliique Principes & Statûs ex ſpeciali privilegio à Jurisdictione Judicii Rothvvilenſis, aliorumque Judiciorum Provincialium ſint exempti, dictum eſt *ſupra in* §. 11. Hanc ergo exemptionem Rex Rom. hìc confirmat, poſtquam Capitulationi Matthiæ *art. 16.* & omnium ſeqq. Impp. eadem confirmatio eſt inſerta, & quidem in d. Capit. Matthiæ cum iſthac clauſulá ampliativâ, ut Electoribus fas eſſet, punire eos, qui admonitione factâ ab inſinuatione Proceſſuum non deſiſtunt. Quæ Cl. pœnalis in Capp. Ferdinandi II. & III. repetita: in Ferdinandi IV. verò, Leopoldinâ & Joſephi omiſſa. Et hactenus de Judicio Rothvvilenſi aliisque Judiciis Provincialibus Sueviæ.

79 §: 15. Tandem & *in fin.* hujus Articuli *cautio* additur (quam primùm exhibet Capitulatio Leopoldina) circa abuſus in ſummis Imperii Tribunalibus ſæpiùs occurrentes, dum ſcil. inibi contra Juris territorialis & Regalium exercitium, in ſpecie verò contra Collectarum, Sequelæ & ſimilia Jura Principum Statuumque Imperii ſubditis plerumque ad nudam inſtantiam, nec auditâ parte alterâ Mandata *cum & ſine Clauſula* decernun-
80 tur; Quæ procedendi ratio, quoniam Legibus Imperii, (*Vid. R. I. de A. 1594.* §. **So ſoll auch.** 87. & quoad materiam Collectarum *R. I. de A. 1582.* §. **Darwider.** 14. *R. I. de A. 1566.* §. **Darwider auch.** 45. *nec non R. I. de A. 1603.* §. **Dieweil aber.** 26.) inprimis autem Receſſui Imperii noviſſimo §. **benebens ſollen.** 105. ubi cavetur, Electores, Principes & Status, quos ea res tangat, priùs eſſe audiendos, è diametro adverſatur: hinc Rex Rom. promittit, ſe curaturum, quò vel ibidem ſancita obſerventur, Statusque Imperii contra tales ſubditorum conatûs audiantur; Aut, ſin minùs factum fuerit, Electoribus, Principibus Statibusque jus ſit
81 atque facultas ejusmodi mandatis impune non parendi: id quod etiam ſupra in fin. art. 3. Capit. Joſephinæ notatum eſt. Hodie in
82 Camerâ & Senatu Imp. Aulico loco ipſorum Proceſſuum *literæ*

*infor-*

*informativæ*, oder Schreiben umb Bericht/ decernuntur; de quibus peculiare edidit Schediaſma Dominus Limpach Advocatus olim Cameræ Imperialis, jam verò Conſiliarius Hannoveranus.

§. 16. Ex dictis colligere datur, hunc Articulum maximam partem eſſe *limitativum* poteſtatis Regiæ. Nam licèt 83
prior pars articuli Statuum ſaltem confirmet privilegia; Ne ſcil. extra Germaniam in jus ire compellantur, vel à Judicibus Ordinariis avocentur, verùm privilegia Immedietatis, de non Appellando, Auſtregarum, &c. ſarta tecta retineant; ut proinde hæc confirmatio ad ipſam poteſtatem Regiam *quà talem* ſpectare videatur: attamen quia *Objectum* dictæ confirmationis eſt *limitativum* (ſive enim ipſam Jurisdictionem Imperii in genere, ſive quoad Judicium Rothvvilenſe & alia Judicia Provincialia Sueviæ ſpectes, utrobique Poteſtas Regia quadantenus reſtricta deprehenditur) non immeritò hic Articulus, ſaltem à potiori, talis erit dicendus. Iſtud verò *normativum* eſt, quando ad nudam inſtantiam ſubditorum Mandata contra Status Imperii decerni prohibentur; cùm & aliâs à Mandatis atque executione Proceſſus non ſoleant inchoari, ſed legitima cauſæ cognitio præcedere debeat, ne quis inauditus injuſtè condemnetur.

* * *

COM-

# COMMENTATIO
AD
## ARTICUL. XVIII.
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.
## DE IURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM, CIRCA POTESTATEM ET JURISDICTIONEM PONTIFICIAM IN IMPERIO ROMANO.

### SUMMARIA.

I. PRopoſitum hujus articuli. 1.
Rex Rom. promittit Statibus Eccleſiaſticis Catholicæ Religioni addictis, defenſionem Jurium ac privilegiorum adverſus ſedem Romanam. 2.

II. Definiuntur Concordata Nationis Germanicæ 3.
Olim Jus conſtituendi Pontificem ac Epiſcopos erat penes Imperatores. 4.
Per tranſactionem vero A. 1122 initam, Imperator in veſtitu cis Epiſcoporum per baculum & annulum fieri ſolitis renunciavit. 5.
Regalia tamen & terras per ſceptra conferendi poteſtas huic integra manſit. 6.
Electio Epiſcoporum poſtea ad ſolos tranſiit Canonicos. 7.
Quibus modis dicta tranſactio violata ſit, exponitur. 8.
Concordata Nat. Germ. ex facilitate Friderici III. Paparum aſtutia extorſit. 9.
Iſta ab initio pauciſſimi Principum Germaniæ approbarunt. 10.
Uſu tamen invaluit, ut in Capitulationibus eorum mentio fieret. 11.

III. Pluribus modis contravenitur dictis Concordatis. 12.
(1.) per inordinatas Gratias, ſive Expectativas. 13.

(2) per

(2.) *per* Reſcripta Apoſtolica 14.

*Origo eorundem docetur.* 15.

(3.) *Per* Proviſiones 16.

*Quid veniat harum nomine?* 17.

*Rationes explicantur, quare Rex Romanorum modis hactenus recenſitis obicem ponere promittat.* 18.

IV. (4.) *per inordinatas* Annatas. 19.

*Hæ definiuntur.* 20.

*Pia cauſæ color originem illis præbuit.* 21.

*Tempore Expeditionum in Terram Sanctam primitus ortæ creduntur.* 22.

*Annatæ quales heic intelligantur?* 23.

*Quid juris, ſi prætendantur à Statibus Eccleſiaſticis A. C. addictis?* 24.

V. (5.) *per* Multiplicationem & *augmenta* Officiorum 25.

*Hæc dupliciter intelligi poteſt.* 26.

*Onus* Pallii *Epiſcopatibus prægrave.* 27.

*Exemplum Sedis Moguntinæ* 28.

*Qua occaſione duplum exigi cœperit?* 29.

*Gravamina deſuper exorta* 30.

*A ſingulis hodie Epiſcopis* Pallium *eſt redimendum.* 31.

*Proteſtantes tamen ab illa redemtione ſunt immunes.* 32.

VI. (6) *per* Reſervationes *Pontificias.* 33.

*Quid ſit reſervatio?* 34.

*Ius iſtud etiam Legati Pontificis exercent.* 35.

*Diſtinguitur in generalem & ſpecialem.* 36.

*Et docetur, quomodo ſecundum reſervationes, diſtinguantur Epiſcopi, Legati & Pontifex.* 37.

*Germanorum querelæ circa easdem motæ.* 38.

*Abrogata ſunt Reſervationes per Concilium Baſileenſe.* 39.

*Per Concordata verò Nat. Germ. certis limitibus incluſæ.* 40.

*Quibus tamen Pontifex contineri nequit.* 41.

VII. (7) *Per* diſpenſationem *Pontificiam.* 42.

*Quæ deſcribitur.* 43.

*Iure Can. Epiſcopus eligi nequit, qui ſit infra XXX. annos.* 44.

*Eod. Iure nec diſpenſatio ſuper ætate ultra duos annos implementum exigente dari poteſt.* 45.

*Huic tamen Iuri derogatur, ſi Papa reſpondeat cum ſignaturâ.* 46.

*Singulare hic refertur de puero in Archiepiſcopum Rhemenſem electo.* 47.

*Similiter Papa diſpenſat circa defectum Natalium in Nobilibus.* 47.

*Nec non circa duo Beneficia incompatibilia.* 48.

*Iure Can. nemini duas habere licet præbendas.* 49.

*Papa tamen eo ipſo diſpenſare voluit,*

*luit, eum ſuſtulit neceſſitatem* Reſidentiæ. 50.

*Abuſus illarum diſpenſationum notatur.* 51.

IIX. (8) *per* Reſignationes. 52.

*Quid ſit Reſignatio?* 53.

*Fit vel ſimpliciter, vel conditionatè.* 54.

*Poſterior modus Simoniam involvit.* 55.

*Hinc ſolus Pontifex eum admittere poſſe dicitur.* 56.

*Reſignatio conditionalis non abdicat Ius niſi adimpletis conditionibus.* 57.

*Confirmatio Pontificis quomodo & quibus fraudi eſſe poſſit?* 58.

Promiſſio *Regis Rom. circa hanc materiam.* 79.

IX. (9.) *Si collatio fiat in beneficiis, quæ nullâ ratione ad Curiam Rom. devolvuntur.* 60.

*Quænam ſint iſta beneficia.* 61.

*Diſtinctio inter menſes Papales & non Papales.* 62.

*Præſcriptio trium menſium proviſionem Apoſtolicam excludit, etiamſi Beneficium in Menſe Papali vacare cœperit.* 63.

*Declaratio Gregorii XIII. cur heic non attendatur.* 64

*Ordinariorum Iura tam frequenter violata anſam dedere queſtibus Electorum in hac articuli parte.* 85.

X. (10.) Per Coadjutorias *Præbendarum Electivarum.* 66.

*Quid ſit Coadjutoria?* 67.

*Quibus Eccleſiis Coadjutores dari poſſint?* 68.

*Origo eorundem,* 69.

*Conſtituuntur vel cum promiſſione futuræ ſucceſſionis, vel absque illa.* 70.

*Hi dicuntur ſimplices.* 71.

*Ius conſtituendi Coadjutorem cuinam competat?* 72.

*Quomodo Pontifici?* 73.

*Canoniſtarum ſententia.* 74.

*Ratio inſertæ clauſula.* 75.

XI. (11.) *Per judicium Pontificis ſuper Nobilitate.* 76.

*Habilitas Nobilium cumprimis attenditur in Eccleſiis Majoribus* 77.

*De eâ tamen judicare ad Collegium Canonicorum ſpectat.* 78.

*Quorum Ius Papa ſæpe violat.* 79.

*Hinc queſtus & medela.* 80.

XII. *Nova promiſſio Regis Rom. Catholicorum quoque Eccleſiaſticorum Iura ſpectans.* 81.

*Monitoria, Interdicta & Comminationes Papales injuſtæ, Statibus prægraves.* 82.

*Ratio politica diminuendæ Epiſcoporum poteſtatis exponitur.* 83.

*Cenſura Eccleſiaſtica in Patriarcham Antiochenum.* 84.

*Hanc ſibi in omnes Epiſcopos reſervare intendit Pontifex.* 85.

*Sæpius, quæ laudabiliter geſta ſunt, cenſuræ ſubjiciuntur.* 86.

*Unde rurſus orta Statuum Eccl. gravamina.* 87.

XIII. *Quid ſint Monitoria?* 88.

*Quid Interdicta?* 89.

*Horum*

Horum iniquitas turbis ingentibus quandoque cauſam dedit. 90.

Quid Comminationes & Declarationes Cenſurarum? 91.

Cenſuræ à pœnis propriè differunt. 92.

Generaliter acceptâ voce, etiam interdictum & ſuſpenſionem continent. 93.

Comminatio & declaratio cenſuræ à ſe invicem diſtinguuntur ut preparatorium ab ipſo actu. 94.

Utraque ſæpius injuſtitia plena. 95.

XIV. Etiam ex hypotheſi Pontificiâ Papa non niſi in Cauſa licita & modo licito Iuriſdictionem ſuam exercere poteſt. 96.

Contrarium verò recenſiti hactenus modi indigitant. 97.

Hinc de manutenentiâ & defenſione Concordatorum aliorumque privilegiorum ſerio ſtatuitur in hoc articuli §pho. 98.

Obiter hic notatur (1.) Diſcordia Pontificis & Statuum Eccleſiaſticorum. (2) Ius & Poteſtas Imperatoris ac Imperii circa Pontificem in ordinem redigendum, ab ipſis Catholicis agnita. 99.

XV. Gravamina quoq; contra ipſa Concordata Nat. Germ. jam olim in Imperio mota ſunt. 100.

Partim à Principibus politicis tantum. 101.

Partim à Statibus Imperii in genere. 102.

Præſertim in Comitiis Auguſtanis, Anno 1530. habitis. 103.

XVI. Explicatur, quomodo per attractionem cauſarum Civilium quoque juriſdictione ſuâ abutatur Pontifex vel ipſe, vel per Legatos. 104.

Legati Pontificis tripliciter diſtinguuntur: vel enim ſunt Legati à Latere. 105.

vel Nuncii Apoſtolici ſeu miſſi, 106.

vel Legati nati. 107.

Quid inferant Nunciaturæ Apoſtolicæ. 108.

Abuſus earum in hoc Articulo notatur. 109.

XVII. Triplex remedium contra abuſus illos hic proponitur. 110. 111. 112.

Amicabilis compoſitionis cum Pontifice inſtituendæ ratio annectitur. 113.

XVIII. Docetur, quare his abuſibus tam ſolicitè obviam ire Rex Rom. promittat? 114.

XIX. Proteſtatio Electorum Evangelicorum, ne hactenus conventa ſibi ſuæque religioni addictis in damnum cedant. 115.

Hæc primitus Capitulationi Ferdinandi IV. eſt adjecta. 116.

Error Limnæi circa iſtam obſervatur. 117.

Variis modis hæc proteſtatio ſecernitur ab illâ, quæ in fine Art. I. Capitulationis habetur, ubi de Advocatia Sedis Rom. tractatur. 118. 119. 120. 121. 122.

In aliquibus tamen invicem conveniunt.

*ntunt, præcipue quoad effectum obligandi.* 123.

XX. *Proteſtatio hæc non eſt extendenda ad omnia in hoc articulo comprehenſa* 124.

*Quænam capitula eximi debeant, innuitur.* 125. 126.

*Dicta confirmantur exemplo R. I. de A. 1654. habiti.* 127.

*Quousq; igitur hæc proteſtatio valeat?* 128. 129.

*Electores omnes, etiam Catholici, non ſimpliciter approbant Concordata.* 130.

XXI. *Evangelici Status iisdem nullo modo obligantur.* 131.

*Hi enim illud ipſum Jus vi Superioritatis territorialis exercent, quod Concordata Pontifici tribuunt.* 132.

*Hinc expreſſâ proteſtatione omnino opus erat.* 133.

XXII. *Superior quæſtio: An Catholici Status dicta Concordata ſimpliciter approbent? prolixius ventilatur,* 134.

*Affirmativa diſcutitur.* 135.

*Negativa tamen verior eſſe videtur.* 136.

*Diſtinctio quoque facienda inter approbationem Catholicorum* 137.

*Quoad Evangelicos, Concordatis etiam ex conſenſu Catholicorum authoritas detrahitur.* 138.

XXIII. *Articulum hunc partim li*mitativum, 139.

*partim normativum eſſe docetur.* 140.

## §. I.

1 TRactatur hic Officium & Jus Regis Romanorum tam quoad Evangelicos, quàm Catholicæ religioni addictos. Quod illos concernit, commodius de eo agetur, juxta ordinem Articuli circa finem. Quod verò Catholicos, ac inprimis abuſum poteſtatis & Jurisdictionis Pontificiæ in Imperio Romano atti-

2 net, ab initio ſtatim promittit Rex Romanorum I. Quod omnem movere lapidem & providere velit: Ne Sedes & curia Romana neque contra Concordata Principum & transactiones inter Pontificem ſeu ſedem Romanam, Nationemque Germanicam initas, neque contra Archi-Epiſcoporum vel Epiſcoporum Eccleſiarumque Cathedralium privilegia ſpecialia, ſtatuta

&

& conſuetudines in detractionem & detrimentum Eccleſia-
rum libertatisque ipſis conceſſæ, impetratorumque Jurium, nec
denique in præjudicium Juris Patronatus & Dominorum Feu-
di quidquam agatur, vel ſuſcipiatur.

§. 2. Sunt vero Concordata Principum ſeu Germaniæ, 3
vel Nationis Germanicæ, (ita enim promiſcuè vocantur) Trans-
actio & 1447. inita inter Imperatorem Fridericum III. & Ni-
colaum V. Pontificem Romanum de eligendis (ubi *cap. Execra-*
*bilis in Extrav. Joh. XXII. de Præb. & Dignit.* & *C. ad regimen*
*13. eod. in Extrav. communib.* certâ ratione modificatur) Epi-
ſcopis & Prælatis aliisque ad Regimina Eccleſiarum conſtituen-
dis, ubi & certus modus placuit ſuper proviſionibus Eccleſia-
rum & beneficiorum Eccleſiaſticorum ſuper reſervationibus
aliisque rebus; Et habentur apud Henricum Caniſium in *Sum-*
*ma Juris Canonici*; item ap. Goldaſtum, *Tom I. Conſt. Imper.* nec
non ap. Limn. *in Mantiſſa VI. ad Capit. Caroli V.* & in Corpore
*Conſt. Imp.* Andleri ad *voc.* Pabſt. Erat enim olim jus conſti- 4
tuendi uti Pontificem ita quemvis Epiſcopum apud Cæſares.
Cùm verò id ipſum abhorrerent Pontifices ex prætextu, quòd
Cæſares *ſimoniacè* circa ea eſſent verſati, ex conſenſu Romanæ
Sedis & Metropolitani electiones inſtituendas voluit Hilde-
brandus Papa ſeu Gregorius VII. Quod licet ægrè ferrent
Cæſares, tamen inter Henricum V. & Calixtum II. A. 1122. 5
Transactio tandem eſt inita, ubi Imperator inveſtituris Epi-
ſcoporum renunciavit, & ut electio Canonica à populô & Cle-
ro, câque factâ libera conſecratio fieret, conceſſit. Papa ve-
rò ſpopondit, ut Electiones Epiſcoporum & Abbatum Germa-
niæ in præſentiâ Cæſaris fierent. & ſi in electione diſcordia eſ-
ſet, Cæſar eam componere, ac meliori parti aſſenſum præbe-
re poſſet, nec Electus à Pontifice conſecraretur antea quàm à
Manu Regis inveſtituram Regalium & Terrarum per Sce- 6
ptrum impetrâſſet. Diploma habetur ap. Baron. *ad A. 1122.*

addatur Abbas Urſpergenſis. Quæ verò electio poſtea ad ſo-
7 los Canonicos, conniventibus eò facilius Pontificibus, tranſiit,
quòd à ſolis Cardinalibus ipſi eligerentur. Aſt cùm & contra
8 iſtam Tranſactionem irrepſerint proviſiones Gratiæ, Expe-
ctativæ, reſervationes Pontificum & alia quibus mediantibus
reliqua etiam Imperii Jura ad ſe pertrahere nitebantur, dedit
hoc occaſionem Gravaminibus & *Aviſamentis* ut dicuntur,
9 primum Conſtantienſibus, poſtea Moguntinis, ubi intende-
bant Principes annullationes reſervationum, easque per Con-
cilium Baſileenſe aliaque impetrarunt quidem, ſed tandem
10 per Concordata Nationis Germanicæ ex facilitate Friderici III.
Paparum aſtutia & violentia Imperio ea rurſus extorſit. Et
quamvis pauciſſimi Principum Germaniæ illa Concordata ab
11 initio approbarent; uſu tamen eatenus invaluere, ut etiam
Capitulationibus Cæſareis fuerint inſerta & Imperatoribus eo-
rum obſervatio quaſi injuncta. vid. Ziegler *ad Lancellot. Inſt.
lib. 1. Tit. 27. §. 10. voc. Reſervare poſſunt*, Burgold. *ad Inſtr. P.
Diſc. II. part. 2. membr. 1.* Limnæus *ad Capit. Caroli V. art. 16.*
Rhet. *in Inſt. J. P. lib. 1. Tit. 2. §. 110. ſqq. & Tit. 16. §. 4. ſqq.*
Conring. *th. 55. ſqq. de Conſt. Epiſcoporum Germ.* vid & Schilter.
*de Libert. Eccleſ. Germ. lib. 4. c. 3. §. 7. & cap. 5. §. 5. ſqq. & lib.
6. c. 6.*

§. 3. Recenſentur autem plura in articulô, quibus
12 Concordatis illis aliisque Tranſactionibus cum Curiâ Romanâ
initis contraveniri ſolet, & quidem (1.) id fieri dicitur per inor-
13 dinatas Gratias durch unförmliche Gratien. Per Gratias, de
quib. vid. Lancellot. & ibi Ziegler in *Inſt. Lib. 1. tit. 18. in f. &
Tit. 27. §. 14.* hic intelliguntur *Expectativæ*, quas Pontifex in
14 beneficium proximè vacaturum alicui concedit. (2.) Per *Reſcri-
pta Apoſtolica*, quatenus mandat purè, ut alicui de beneficio
15 aut præbendâ provideatur. Olim Pontifices non manda-
bant, ſed literis monere ac rogare Epiſcopos ſolebant, poſtea
ubi

ubi monita non ſemper attendebantur, ea in præcepta ſunt con-
verſa. Verùm cùm nec iſtis ritè fuerit obtemperatum, dati
ſunt per diplomata Executores, qui Epiſcopos aut ad paren-
dum cogerent, aut eis imperium reſpuentibus ipſi beneficia
Impetrantibus conferrent. vid. Duaren. *lib. 5. cap. 8. de Sacr.*
*Eccl. Miniſt.* Ziegler *ad Lancellot. lib. 1. Tit. 27. th. 14.* (3.) Per 16
*Proviſiones*, quatenus alicui providetur de beneficio per Pon-
tificem ſive mediante Reſcriptô, ſive aliô modô. Veniunt 17
autem nomine Proviſionis omnes illi modi, per quos aliàs Ec-
cleſiaſticum beneficium acquiri ſolet, ſcil. Nominatio, Poſtula-
tio, Electio, Præſentatio, Confirmatio, Inſtitutio & Collatio,
ut notat ex Auguſtino Barboſâ Ziegl. ad Lancellot. *lib. 1. Tit.*
*25. §. 5.* Uti verò per ejuſmodi Gratias, Exſpectativas, per 18
Reſcripta ac denique per Proviſiones Pontificis non tantum
Canonicæ Electioni per Concordata Nationis Germanicæ
ſtabilitæ detrahitur & Ordinariorum poteſtas impeditur, ita ut
Petrus Gregorius Tholoſanus in Synt. Jur. lib. 17. c. 11. n. 1. 2.
3. ſcribat, ſemet tantùm quemlibet Pontificem tempore ſui
Pontificatus iſtud jus tanquam odioſum, exercere poſſe in qua-
libet Eccleſia. Imo deplorandas excitare ſolet turbas, ſi alium
eligunt Epiſcopum vel Prælatum Capitulares Eccleſiæ Cathe-
dralis, alius Roma multis munitus Bullis nititur: Ita quod tali-
bus auſibus obicem ponere velit, in articulo promittit Rex Ro-
manorum.

§. 4. Porrò & (4) contravenitur Concordatis per *inor-* 19
*dinatas Annatas.* Annatæ ſunt primi anni fructus ac reditus, 20
præſtandi ab eô, qui in defuncti Epiſcopi & Abbatis locum va-
cansque beneficium ſucceſſit. Quibus inſtituendis adhibitus 21
eſt piæ cauſæ color, *ſubſidium* nempe *belli Turcici*, ut obſervat
M. Anton. de Dominis *lib. 9. de Rep. Eccl. cap. 9.* quod etiam in-
nuit *R. J. Auguſt. de A. 1500. Tit.* Wie man mit dem Pabſt Han-
**deln ſolle** / *43. §. 1.* ibi: **Seine Heiligkeit zu bitten / daß Er / als der**

Heil. Vater ſeine Treue/ Hülff und Rath mittheile/ ſonderlich daß er
die Annaten der Teutſchen Nation ſo darzu ſonderlich zu geben ver-
ordnet ſind/ darzu gebe. Quod idem in Comitiis Noribergenſibus
A. 1522. deſideravit Carolus V. ubi etiam Imperii Ordines gra-
viter coram Nuncio Apoſtolico ſunt conqueſti: Daß die Anna-
ten zu nichts anders denn zu Widerſtand des Türcken gebraucht
werden ſollen/ welches aber nicht geſchehen/ uti videre eſt ap. Hort-
22 lederum *Tom. 1. c. 1. n. 15.* Tempore Expeditionum in Ter-
ram Sanctam primitus exortæ creduntur, poſtea verò inſtar ve-
ctigalium à Principe impoſitorum, ceſſante quantumvis cauſâ,
23 retentæ & aliò impenſæ ſunt. Intelliguntur verò in hôc arti-
culó Annatæ inprimis Epiſcopatuum, Annaten der Stiffte/
in Concordatis enim Nationis Germanicæ ita res eſt temperata,
ut nec nimiæ, Eccleſiasque gravantes, nec de minoribus bene-
ficiis, nec, ſi pluries beneficium intra annum vacaret, plus quàm
ſemel ſint ſolvendæ. §. *Placet ſimiliter.* 4. Unde quia haut ra-
ro contra iſtam Transactionem iisdem abutitur Pontifex, ab-
24 uſus illi hoc in articulo præcaventur. In bonis Statuum A. C.
Eccleſiaſticis immediatis, ſi prætendantur, validitate & exe-
cutione à brachio ſeculari impertiendâ eosdem avertere licet,
uti decidit Inſtr. *P. art. 5. §. 5. vers. ſiquidem Annatarum 19.* vid.
Ziegler ad Lancellot. *lib. 2. Tit. 26. in f. & Lib. 4. Tit. 3.* §. 4.
Petrus de Marca *de Concord. Sacerdot. & Imperii.* add. Limnæ.
*ad Capitulat. Caroli V. art. 16.* & Burgold. *ad J. P. p. 2. diſc. 11
membr. 3.*

25 §. 5. Ulterius & (5.) contravenitur per *Multiplicationem
& augmenta Officiorum* durch Mannigfaltigung und Erhöhung
26 der Officien, ſive intelligantur hic Officia *Epiſcopalia*, quæ per
pallium tanquam officii Pontificialis teſſeram inſigniuntur,
ſive Officia ipſius *Curiæ Romanæ* aucta & multiplicata adeoque
& onus Pallii redimendi auctum, quorum illud *Limnæus* pu-
tat, hoc verò textui convenientius videtur, utrumque abuſus

eſt,

eſt cui meritò obviam ire debet Germania. Uti enim hoc one- 27
re Pallii exhauriuntur Epiſcopatus Germaniæ, ut ſæpè integras
Provincias ad illud redimendum expilari oporteat. Ita mul-
tò magis hoc fit, ſiquidem illud onus augetur vel multiplicatur.
Quod contigit Sedi Moguntinæ. Uti enim olim illa ſolùm 28
dedit decem millia florenorum. Ita cùm quidam ea dare re-
nueret, poſt eum electus utramque Summam dare coactus eſt, 29
quó factò occaſionem inde ſumſit Curia Romana â ſingulis
Archiepiſcopis novis duplum exigendi; Imò & propter Offi-
cia Curiæ Romanæ nova novosque Pontificum familiares ſum-
ma hodiè ad XXV. millia eſt adaucta. Unde etiā orta ſunt Grava- 30
mina Nationis Germaniæ, quæ habentur apud Goldaſtum *Tom.
2. Conſt. Imper.* Taceo â ſingulis Epiſcopis hodie eſſe redimen- 31
dum Pallium, cum aliâs id onus tantum habuerint Archi-Epi-
ſcopi & ex Epiſcopis Bambergenſis, ut eſt apud Hortlederum
von Urſachen des Teutſchen Kriegs. fol. *661.* n. 44. Quod Ar- 32
chiepiſcopos & Epiſcopos Proteſtantes attinet, ſunt Illi à red-
emtione Pallii per Inſtr. Pac. immunes, cùm validitate & exe-
cutione jura illa deſiderata careant, per *art. 5. §. 5. vers. ſiquid. 19.*
vid. Burgold. *p. 2. Diſc. 11. m. 4.* Limn. *ad Capitulat. Caroli V.
art. 16.*

§. *6.* Similiter & (6.) contravenitur Concordatis per
*Reſervationes Pontificias.* Reſervatio eſt beneficii Eccleſia- 33
ſtici vacaturi per habentem poteſtatem ad ſe facta avocatio, 34
uti definit Chokier *in Reg. 1. Cancell. Apoſtolic.* ſeu ubi Pontifex
ad ſe trahit & ſibi reſervat conceſſionem beneficii. Concedit
tamen eam poteſtatem & Legatis in ſuâ provincia, in quam 35
ſunt miſſi, exercendam; vid. Lancellot. *lib. 1. Tit. 27. §. 21.* & re-
cenſentur Eccleſiæ & beneficia Eccleſiaſtica, quorum provi-
ſio ſeu Collatio Sedi Apoſtolicæ reſervata eſt, in Extravag. Exe-
crabilis *4. Joh. XXII. & c. Ad Regimen. 13. Benedict. XII. de præ-
bend.* ut & in Regulis *Cancell. Apoſtolic.* à *Joh. Chokier cum No-*



Digitized by Google

36 *tis editis.* Diſtinguitur Reſervatio in *Generalem*, quando Pa-
pa reſervat in genere v. g. quæcunque in Curiâ vacabunt bene-
ficia; & *Specialem*, quando certam Præpoſituram ſuæ diſpoſi-
tioni reſervat, de quâ diviſione vid. dictum à Chokier *in Reg. 1.*
37 *Cancell. Apoſt. n. 12. & 13.* Et ſecundum reſervationes diſtin-
guuntur Epiſcopi, Legati, & Pontifex. Ad *Epiſcopum* enim,
ſeu ordinarium omnium baſilicarum, quæ in ejus Diœceſi ſunt
poſitæ, collatio regulariter pertinet; vacaturam tamen præben-
dam ſuæ diſpoſitioni reſervare non poteſt. *Legatus* autem
non modò vacantes intra ſuæ Legationis terminos Eccleſias
conferre, verùm etiam vacaturas reſervare poterit, licèt eidem
in vacaturis alicui jus tribuendi nulla ſit facultas. *Pontifex*
verò ubique vacantes donare & vacaturas ſuæ diſpoſitioni re-
ſervare nec non in vacaturis jus tribuere poteſt, prout hoc no-
38 tat Lancellot. *lib. 1. Tit. 27. §. 21. in Inſt. J. Can.* De hiſce, re-
ſervationibus tam Legatorum quàm ipſius Pontificis diu con-
queſti ſunt Germani. Unde etiam per *Aviſamenta* Mogunti-
39 na fibula ipſis eſt injecta, & per Concilium Baſileenſe, ut ſupra
dictum, ſunt abrogatæ, ita ut Eugenius IV. Papa, qui judicium
Concilii recuſabat, in eodem damnatus ſit, vid. Ziegler. *d. l. ad*
40 *§. 10.* Tandem verò per Concordata Nat. Germanicæ ita
ſunt determinatæ, ut Electiones in Metropolitanis & Cathe-
dralibus Eccleſiis, nec non in Monaſteriis Sedi Apoſtolicæ im-
mediatè ſubjectis, fiat *Canonicè*: ſin autem minus tales ſint,
*Proviſio* Curiæ Romanæ ſit reſervata; In Monaſteriis verò di-
ctæ Sedi immediatè non ſubjectis ut & in Monaſteriis Moniali-
um Reſervationes Papales non habeant locum, quemadmo-
dum nec in menſibus non-Papalibus & aliis, quæ vid. in ipſis
Concordatis, & ap. Chokier. *in Gloſſ. 9. ad Reg. Octav. Canc.*
41 *Apoſt.* Aſt quoniam Pontifex his limitibus contineri nequit:
hinc & hodie querelæ & occaſio hujus Clauſulæ exortæ ſunt.

§. 7.

Digitized by Google

§. 7. Pari modo & (7.) contravenitur Transactionibus, 42
Juribus & Privilegiis Statuum Eccleſiaſticorum Catholico-
rum per *Diſpenſationem Pontificiam.* Diſpenſatio in gene- 43
re eſt relaxatio Legis ſeu exemtio ab ejus obſervantiâ. Hoc
tamen in articulo non quævis Diſpenſatio, nec etiam iſta, quæ
eſt de gradibus prohibitis in matrimoniô incundo, (de quâ ta-
men unicè agit Limnæus, *ad art. 16. Cap. Caroli. V.*) ſed illa tan-
tum intelligitur, quæ fit circa Beneficia Eccleſiaſtica, & eos qui-
bus per illa providetur, dum ſcil. Pontifex eum, qui aliàs ad
beneficium Eccl. habilis non eſt, per diſpenſationem habilem
reddit. Unde licet aliàs de J. Can. non niſi XXX. annorum 44
ætatis ad Epiſcopalem dignitatem poſſit eligi, per *cap. Cùm in
cunctis 7. in pr. X. de Elect.* Lancellot. *1. 7. 10.* nec diſpenſatio ſu- 45
per defectum ætatis ultra duos annos dari poſſit, per *Reg. Can-
cell. Apoſt. 49. Innocentii VIII.* Si tamen Papa reſpondeat cum 46
ſignaturà, ut loquuntur, ſeu annotatione: *Fiat & cum deroga-
tione Regulæ*; tunc per diſpenſationem fit habilis, étiamſi ſit
minor XV. annis. vid. Joh. à Chokier *ad Reg. 49.* qui for-
mulas diſpenſandi ad Canonicatum in Eccleſia Cathedrali re-
fert, ubi ad XXII. ætatis annum ejusque ingreſſum id re-
ſtringitur. Quod ipſum verò *regulariter* tantùm intelligen-
dum eſt; quandoquidem Zieglerus *ad Lancellotum lib. 1. tit. 7.* 47
*§. 10.* ex Claudio Eſpencæo notat, aliquando puerum nondum
quinquennem Archiepiſcopum Rhemenſem fuiſſe electum.
Similiter, quando Papa diſpenſat ſuper defectum Natalium in
Nobilibus, ita ut non obſtante illo defectu, Nobilis tamen ad-
mittatur ad beneficium, de qua Diſpenſatione vid. *Reg. 50. Can-
cell. Apoſt. & ibi Chokier.* Nec minus etiam diſpenſat Ponti- 48
fex de duobus etiam incompatibilibus beneficiis. Equidem
aliàs prohibitum eſt J. Can. duo habere beneficia Eccleſiaſtica 49
*c. 1. X. de Offic. Vicar.* Dum enim utramque Eccleſiam curare
properat, neutri fidem reddere valebit. Sed quia Papa ſuſtu-
lit

50 ſit neceſſitatem Reſidentiæ & induxit ut miniſter quis dicatur,
atque pro miniſterio ſalarium accipiat, licet ad miniſtrandum
adſtrictus non ſit, impoſſibilitas illa per diſpenſationem reddita
eſt poſſibilis. vid. *Reg. 51. Cancell. Apoſt. & ibi Chokier.* Zieglerus
51 *ad Lancellott. 1. 27. 12.* Sed quia Diſpenſatio plerumque bono
Ordini eſt adverſa, & ex hâc Pontificiâ inprimis multa con-
tra libertatem Electionis & Privilegia Eccleſiarum fieri ſolent,
hinc in præſenti articulo &c. illi obviam iri deſideratur.

§. 8. Inprimis verò contravenitur Tranſactionibus &
52 Privilegiis (g) per *Reſignationes.* Reſignatio eſt beneficii Ec-
53 cleſiaſtici ſpontaneè facta dimiſſio; Fitque vel ſimpliciter, vel
54 conditionatè in favorem Tertii, qui *Reſignatarius* dicitur aut ſub
alia conditione, fortè ut penſio reſervetur. In Simplici Reſi-
gnatione poteſtas conferendi beneficium reſignatum ad Epiſ-
copum ſeu Ordinarium redit; Quæ verò fit in favorem Tertii,
ſive interveniente permutatione, ſive abſque eâdem, regulari-
55 ter eſt *Simoniaca*, proptereaque illicita & prohibita in *cap. quæ-
ſitum. 5. X. de rerum permutatione.* Lancellot. *1. 18.* §. 4. Ponti-
56 fex tamen ejusmodi Reſignationes ſolus admittere poſſe dici-
tur, cum ſolus ex Canonicorum ſententiâ de Simoniâ abſolve-
57 re ac circa eam diſpenſare poſſit. Uti verò Reſignatio Con-
ditionalis non abdicat jus niſi adimpletis Conditionibus; ſi v.
gr. beneficium à Reſignatario rite fuerit acquiſitum; ita etiam
reverti reſignans poteſt ad dimiſſum beneficium, prout notant
58 Flamin. Pariſius, *lib. 1. qu. 3. n. 8. & 47, de Reſignatione Beneficio-
rum.* & Joh. à Chokier *ad Reg. 43. n. 15.* Cancell. Apoſt. Unde
ſi non tantum confirmat Papa ejusmodi reſignationes Condi-
tionales, ſed etiam Collatio reſignatarum præbendarum, Præ-
laturarum, dignitatum & officiorum ſequitur, in præjudicium
maximum liberæ Electionis, ipſorumque Ordinariorum, Ar-
chiepiſcoporum ſcil. Epiſcoporum, Capitulorum aliorumque
59 Collatorum hoc cedere extra dubium eſt. Hinc non immeri-

tò

Digitized by Google

rò in hôc articulô, Rex Romanorum huic malo ſolicitè ſe oc-
curſurum promittit. vid. præter citat. Flam. Pariſ. & Chokier.
etiam Pyrrhus Corradus *in Praxi Beneficiaria lib. 5. cap. 1.*

§. 9. Nimium autem quantum præjudicium hoc au-
getur adeoque (9.) Transactionibus & privilegiis Principum 60
Eccleſiaſticorum contraitur, ſiquidem illa Collatio fiat in ta-
libus beneficiis, quæ, dûm per obitum, ſ. *ordinariè*, fiunt va-
cantia, nullâ ratione ad Curiam Romanam devolvuntur, quo-
cunque demum menſe vacent. Per Concordata enim Natio- 61
nis Germanicæ, quædam Beneficia ad Pontificem non devol-
vuntur, qualia ſunt in Eccleſiis & Monaſteriis ipſi immediatè
non ſubjectis, Monialium & aliis; quemadmodum in iisdem
Concordatis diſpoſitum reperitur, quod nec reſervationes, gra-
tiæ, expectativæ aut aliæ diſpoſitiones Pontificis obſtare debe-
ant, ſiquidem vacantia fiant beneficia in Menſibus non-Papa- 62
libus, quales ſunt Februarius, Aprilis, Junius, Auguſtus, Octo-
ber & December; quò minus illis ab Ordinariis provideatur;
vel etiam in menſibus reliquis, Papalibus quidem dictis, ſiqui- 63
dem intra trimeſtre ſpatium à die notæ vacationis non apparu-
erit in loco beneficii, quod alicui de illô Apoſtolicâ authorita-
te ſit proviſum: (quod ipſum verò Gregorius XIII. ſexto Kal.
Nov. 1576. ita declarare intendit: *Si intra dictum tempus 3. Men-
ſium per Pontificem & Sedem Romanam qualiſcunque gratia, diſ-
poſitio aut conceſſio non fuerit facta*; adeoque tempus illud non
ad locum beneficii reſtringit, ſed ad ipſum conceſſionis factum
refert. Cùm verò penes unam partem tranſigentium non ſtet 64
declarare Transactionem, maximè ſi verba clarè indicent
mentem, ſine dubiô hæc declaratio Gregoriana gratis facta
cenſebitur.) & tunc quoque Ordinario competere collationem,
patet ex ſæpe dictis Concordatis §. *Item placet nobis.* Quando- 65
quidem ergò non tantùm quoad menſes Papales, ubi, dum for-
ma præſcripta ratione temporis non eſt obſervata, Collatio ad



Digitized by Google

Ordinarios rediit, ſed etiam in illis caſibus, qui ad Pontificem planè non ſpectant, Ordinariorum Jura ſæpius violata ſunt, mirandum non eſt, de hac re operoſè in articulô conqueri Electores & nomine Statuum Eccleſiaſticorum medelam ejus anhelare, quod primâ vice in Capitulatione Ferdinandi IV. art. 16. factum, & poſtea in ſubſequentibus repetitum.

66 §. 10. Porrò etiam præjudicium conciliatur Concordatis Principum & Privilegiis Statuum Eccleſiaſticorum (10.) per *Coadjutorias* Prælaturarum Electivarum & Præbendarum.

67 *Coadjutoria* eſt, quando propter Senectutem, morbum, aliumque defectum, ob imperitiam item & prodigalitatem cauſasque ſimiles Epiſcopi, Prælati vel Canonici, ad ſupplendum & adjuvandum ejus officium aliquis conſtituitur. *c. 1. de Cler. ægrot. in 6. c. qui frater. 7. qu. 1. cap. venerabili. 37. X. de Offic. & pot.*

68 *jud. deleg.* Et dari non tantum Epiſcopis Coadjutores, ſed etiam ſi res exigat, inferioribus Prælatis, adeoque Eccleſiæ Rectoribus, Archi-Diaconis imò & Canonicis, ex *Tit. X. de*

69 *Cler. ægrot. & c. 1. §. præſenti quoque X. eod. de Cler. ægrot. in 6.*, atque ex textu præſenti Capit. patet. Cum enim priſca ætas non facilè admitteret Coëpiſcopum vel ſimilem, ſed Concilio Niceno id eſſet prohibitum, quamvis Auguſtinus datus fuerit Coëpiſcopus, Valerio ſc. Hipponenſis Eccleſiæ Epiſcopo, vid. *c. non autem 7. qu. 1.* quia facile exinde lis oriri, vel etiam negligi ſolet, quod pluribus eſt commiſſum: neque tamen facilè permitteret, ut decederent ab officio laborantes eique renunciarent, vel etiam ſtatim removerentur, qui aliquo defectu ſunt conſpicui; *Coadjutoria* magis placuit *c. petiiſti c. 7. qu. 1. & c. 1.*

70 *X. de Renunc.* Cæterum ut eò fidelius Coadjutor laboret, & proprius ſit Paſtor, non mercenarius, ſæpè talis conſtituitur cum promiſſione futuræ ſucceſſionis, quod rectè fieri ſolet, modo fiat ab illis, qui jus eligendi & conſtituendi Epiſcopum vel

71 Prælatum habent; qui verò abſque promiſſione ſucceſſionis hoc

Digitized by Google

hoc munere gaudet, *Coadjutor ſimplex* dicitur. Ad quem igitur jus eligendi & conſtituendi Epiſcopum, Prælatum vel Canonicum ſpectat, ad illum etiam ſpectat Jus conſtituendi Coadjutorem. Interim tamen neuter horum ſive ſit ſimplex, ſive cum ſucceſſione ſit conſtitutus, beneficium ipſum habet, nec ejusdem Poſſeſſionem, & docent Chokier *ad Reg. 8. gloſſ. 1. n. 21.* & Pyrrhus Corrad. *in Praxi beneſic. lib. 2. c. 14. n. 40.* Unde cum hoc jus per Concordata Nationis Germanicæ non ſimpliciter, ſed cum diſtinctione Pontifici Rom. competere dicatur; hinc nec Coadjutorem, niſi ſub illâ diſtinctione regulariter conſtituere valet; aliâs ipſo jure ſit nulliter: v. g. ſi quem conſtituat, quando Coadjutus in menſe Apoſtolico non deceſſit, vel Præpoſitura ad Proviſionem ſeu Collationem Papæ non ſpectavit. Quia tamen Canoniſtæ id limitant quod ſcil. liceat, ſi Papa ex juſtâ cauſâ dictis Concordatis deroget, uti notat Chokier *ad Reg. VIII. Canc. Apoſt. gloſſ. XI. n. 7.* & Papa quoque id ſæpè exercere ſolet, hinc Cl. hæc in *art. præſ.* proviſioni Regis Romanorum eſt relicta. vid. præter citatos etiam Ziegler. *de Epiſc. lib. 1. c. ult. & ad Lancellot. lib. 1. tit. 16.* 72 73 74 75

§. 11. Denique & (11.) contraitur Privilegiis Statuum Eccleſiaſticorum per *Judicium Pontificis ſuper Nobilitate.* Dantur Eccleſiæ inprimis Majores in Imperiô Rom. Germ. in quibus non niſi Nobiles & quidem certo numero Majorum & avorum nobilium ex utrôque parente conſpicui ad Prælaturas & Præbendas admittuntur, adeoque Status Nobilitatis talis ad idoneitatem Eligendi vel Poſtulandi ſpectat. Cùm ergò ad Collegium Canonicorum ex tacitô Conſenſu Pontificis, ut ſupra dictum, Electio Canonica excluſo ferè populo hodiè ſpectet; Itaque ad ipſos etiam ſpectabit judicium & examen ſuper idoneitate & Nobilitate. At vero Pontifex haud raro illud Judicium ſibi ſumit, adeoque illicitè & in præjudicium eligentium de Nobilitate tantùm non diſpenſat; Hinc etiam hæc 76 77 78 79

 que-

querela enata eſt & Regi Romanorum remedenda hîc oblata.
80 Cui porrò eſt ſubnexa Cl. generalis, quò, ſi forte adhuc aliæ ſint viæ, quibus contra iri ſoleat Concordatis Principum aliisque Statutis & Privilegiis Statuum Eccleſiaſticorum per verba **oder in andere Weege zu Abbruch der Stiffts-Geiſtlichkeit** & illis remederi atque obviam venire velit; Maximè cùm per ejusmodi Contraventiones juri Libertatis quæſito, Juri item Patronatûs nec non etiam Dominis Feudi, ad quos haud rarò Collatio talium beneficiorum ſpectat, valde præjudicari ſoleat. Et hæc de primo membro articuli.

81 §. 12. II. Ad Catholicos in hôc articulo ulterius pertinet & abuſum poteſtatis Jurisdictionis Pontificiæ concernit, quando ſe proviſurum & conſilio Statuum Imperii declinaturum Rex Romanorum promittit: Ne Epiſcopi & Archiepiſcopi Imperii à Sede Romanâ ante ſufficientem informationem &
82 inauditi Monitoriis, Interdictis & Comminationibus ſeu Declarationibus Cenſurarum graventur, inprimis quando contra pravos diſpenſatores & Oeconomos ex authoritate Paſtorali de cultus Divini incrementô, Eccleſiæ conſervatione, aliquid ſta-
83 tuerint; quod ipſum huic Capitulationi de novô eſt additum. Semper enim ſibi cautum voluit Curia Romana, ne nimiam Epiſcopi haberent poteſtatem, eò quòd obſervaſſet, per Epiſcoporum Axiomata, quò plura fuerint, hôc arctiorem & anguſtiorem reddi Papatûs & univerſalis Monarchiæ potentiam, uti habet Ziegler. *de Epiſc. lib. 3. cap. 32. th. 9. in fin.* Unde, ſiquidem transgreſſionem quandam in ipſis notat Curia Romana, cenſuræ Eccleſiaſticæ & pœnæ ipſos quoque ſubjicit, quem-
84 admodum Patriarcham Antiochenum ab Innocentio III. à Confirmatione Epiſcoporum ſuſpenſum in *c. 1. X. de Transl. Epiſc.* legimus. Itaque Archiepiſcoporum & Epiſcoporum
85 cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, uti alias cauſas majores ſibi reſervare intendit Pontifex, adeo ut ſi illi vel ab Officio ſuſpendendi

dendi vel transferendi vel deponendi &c. hoc ſoli Sedi Romanæ adſcribat Innocentius III. prout hoc patet ex *cap. 1. & ſeq. X. de Translat. Epiſc. add. can. Mutationes. 34. c. 7. qu. 1.* Et concedi quidem hoc in delictis poſſe Pontifici, dummodo non ad 86
ea quæ laudabiliter & ita ſunt geſta, ut Epiſcopi & Archiepiſcopi munere ſuô rectè ſint defuncti, poteſtatem illam extenderet. Quod, uti ſufficientem informationem cauſæque cognitionem requirit, ne inauditi rei condemnentur; Ita non immeritò 87
hîc, ſi idipſum negligat Pontifex, etiam ex hypotheſi Catholicorum, ſtatûs Eccleſiaſtici conqueruntur, & urgent, quò operam det Imperator, ne Papa tale quid contra ipſos audeat, vel præcipitanter agat, unde tam dignitas quàm Jura ipſorum lædi poſſent.

§. 13. Recenſentur autem hîc modi, quibus contra Archiepiſcopos & Epiſcopos Imperii præcipitanter agere conſuevit Pontifex, quando (1) *Monitoriorum* fit mentio. Moni 88
toria ſunt literæ, quæ præcedere ſolent & debent pœnas atque cenſuras Eccleſiaſticas, quibus ſi acquieverit delinquens, poſtea pœnæ ceſſent, Ziegler. ad Lancellot. *cap. 9. de ſent. Exam. in 6.* Covarruv. *in cap. alma mater. eod. §. 9. n. 5.* Hîc v. intelliguntur gravatoriæ & non-neceſſariæ. (2.) Cum *Interdictorum* fit 89
mentio. Interdictum Eccleſiaſticum eſt prohibitio à certis Sacramentis & Divinis Officiis nec non ſepulturâ Eccleſiaſticâ, uti deſcribit Lancellot. *in Inſt. J. Can. [illegible]b. 4. Tit. 12. §. ult.* vel etiam quando prohibentur ſubditi comedere carnem aut cibos alios, quibus in quadrageſimâ veſci non licet, vel ne quis laicorum vel Clericorum tondeatur aut radatur; uti A. 1034. tale Interdictum in Galliam emanavit, vid. Ziegl. de Epiſc. c. 32. th. 90
16. Quod genus cenſuræ cum magnâ iniquitate & ſævitiâ eſt conjunctum, dum non tantùm perſonæ vel Ordini, ſed integro ſæpe Regno & Reipublicæ interdicuntur Sacramentorum communio, ſepultura & alia neceſſaria, quò populus cœleſti pabu-

 lo

lo privatus & cultu Divino externo aliisque neceſſariis deſtitutus in ſuum Principem concitetur, ſeditiones accendantur & rebelliones foveantur, uti ex M. A. de Dominis *de Rep. Eccl. lib. 5. c. 9. n. 39.* recitat Ziegler *de Epiſc. lib. 3. c. 32. th. 1.* (3.) Men-
91 tio fit in textu ***Comminationum ſeu declarationum Cenſurarum.*** Cenſura Eccleſiaſtica eſt ſententia privans aliquo ſpirituali bono, per Eccleſiaſticam poteſtatem, principaliter ad delinquen-
92 tis correctionem facta; Rectè autem Cenſura dicitur non pœna, cùm ***in morali privatione*** ſpiritualium bonorum præprimis conſiſtat, pœnæ verò plerumque ***poſitivum*** aliquod ***malum*** contineant; quamvis & ipſa pœna ſpiritualis dici poſſit, maximè quando per conſequentiam malum exinde naſcitur poſitivum vid. Ziegler. *de Epiſc, c. 32. th. 1. & ad Lancellot. p. 1011. ſeq.* In-
93 de eſt, quòd non tantum excommunicatio, ſed etiam interdictum & ſuſpenſio pro ſpeciebus cenſuræ Eccleſiaſticæ habeantur à Lancelloto. *Lib. 4. Tit. 13. §. ult. Inſt. Can.* & à Canoniſtis cōmuniter, vocabulô ſc. cenſuræ generaliter acceptô, utut tam ſuſpenſio quàm interdictū ad externam quoq; pœnam Eccleſia-
94 ſticā tendat. Differunt verò cōminatio & declaratio Cenſuræ, ut præparatorium ab ipſo actu, & quod eſt in fieri ab eô quod eſt in factô eſſe. Quoniā igitur his modis Papa adverſus Archiepiſcopos
95 & Epiſcopos Imperii, in cauſâ licitâ, contra nondū auditos haud rarò detonat, mirum non erit, ſiquidem contra tales auſûs remedium ab Imp. & Rege Romanorum quærant.

§. 14. Uti verò hâc quoque ratione contravenitur Concordatis Principum, Transactionibus, Privilegiis, Statutis & Juribus, cùm licèt Curia Romana Jurisdictionem in Epiſco-
96 pos & Archiepiſcopos, ex hypotheſi Pontificiâ, habeat per *c. 2. & ſeqq. X. de Translat. Epiſc.* non tamen, niſi in cauſâ licita, & modô licitô, eam exercere poterit; quod non fit, quando
97 Epiſcopi, qui officiô ſuô & authoritate Paſtorali contra pravos Diſpenſatores & Oeconomos ritè funguntur, prorſus inauditi,

mo-

Digitized by Google

monitoriis, interdictis & cenſuris Eccleſiaſticis, vexantur. Ita
etiam hic ipſe paragraphus in Capitulatione Joſephi defenſioni 98
& manutenentiæ Concordatorum & Privilegiorum Principum
Eccleſiaſticorum Catholicorum Germaniæ (de quâ jam in Ca-
pitulatione Caroli V. art. 16. cautum) præmiſſus eſt; Etenim ut
iſta Concordata præciſè ſerventur, ſeu manuteneantur & con-
traventionibus obviam eatur ope & conſiliô Electorum, Prin-
cipum & Statuum Imperii ſe effecturum Rex Romanorum hîc
promittit. Ubi obiter notamus. Nec Principibus Eccleſiaſti- 99
cis ſeu Clero Pontificio convenire ſemper cum ſuô Pontifice,
ſed inſtanter accuſare ſæpè ejusdem injuſtitiam & iniquitatem.
Deinde eos agnoſcere aliquod Imperatoris & Imperii in Ponti-
ficem jus & poteſtatem, mediante quâ Officium ſuum
non faciens in ordinem poſſit redigi; *verbis*: **Wollen ſolches
alles mit der Churfürſten / Fürſten und anderer Stände Rath kräff-
tig abwenden und vorkommen.**

§. 15. Sed & jam olim contra Curiam Romanam &
*contra ipſa Concordata Nationis Germanicæ*, Gravamina in Im- 100
perio mota ſunt, unde etiam in textu noſtro non ſimpliciter
iſta Concordata confirmantur, verùm cum hac notabili Exce-
ptione, ut Gravamina olim contra ea mota è mediô tollantur.
Sunt autem illa partim à Principibus Politicis tantum, uti con- 101
ſtat ex R. J. Noribergenſi de A. 1524: §. **Und iſt darauff** 29. vers.
**Es ſollen auch die Beſchwehrungen Teutſcher** Nation **von den
Weltlichen Fürſten und Ständen wider den Stul zu Rom** 2c. par-
tim in genere à Statibus Imperii, Nationis Germanicæ, mota 102
& exhibita; uti docet R. J. Auguſtanus, de A. 1500. Tit. **Wie
man mit dem Pabſt handeln ſoll.** 43. §. 3. his verbis: Item **Dieſel-
be Bottſchafft ſoll auch Befehl haben mit ſeiner Heiligkeit der** Con-
cordata **und anderer Beſchwehrung halben / ſo der Teutſchen Na-
tion vom Stul zu Rom mannigfaltig auffgeleget werden und begeg-
nen/**

Digitized by Google

nen / ernſtlich zu handeln. Inprimis verò in textu noſtro fit mentio *R.I. Auguſtani de A. 1530.* ubi in §. **Als auch** ꝛc 132. à Statibus Imperii communi nomine Gravamina contra *Concordata* ſunt exhibita, **Beſchwerden gegen den Stuhl zu Rom durch Churfürſten / Fürſten und gemeine Stände des Reichs uns wiederumb in**
103 **Schrifften überlieffert worden.** De quibus cum Legato Pontificio adhibitis eam in rem Deputatis Statuum tùm temporis quidem deliberatum; ſed quia defectum Mandati Legatus Pontificis oppoſuit, cauſa hæc Legato & Oratori Cæſareo ad Pontificem miſſo, demandata eſt: uti legere datur in dicto *R.I.*§. *allegato. 132.*

§. 16. III. *Tertium* articuli membrum circa abuſum
104 Jurisdictionis Pontificiæ in Imperiô, quoad Catholicos, iterum ſpeciatim occupatur, quando nim. cavetur, ne Cauſæ Civiles vel ſeculares à Judice Ordinariô ad Nuncios Apoſtolicos & Curiam Romanam præter meritum trahantur atque devolvantur. *Nuncii Apoſtolici* ſunt Legati Pontificis, qui vel *à Latere* Pontificis h. e. ex numerô Cardinalium ſumuntur, & di-
105 cuntur *Legati à Latere*; vel ſunt alii, & tunc vocantur in ſpe-
106 cie *Nuncii Apoſtolici* vel *Miſſi*, quamvis interdum & hi cum Poteſtate Legati à Latere mittantur. Tertium genus conſtituunt *Le-*
107 *gati nati*, quorum officio Legati Apoſtolici munus adhæret, quorſum ſpectat *c. 1. X. de Offic. Legat. c. 1. X. de Appellat.* & tali quidem munere in Germania gaudet Archiepiſcopus Salisburgenſis. Solent autem Nuncii Apoſtolici ſæpè inſtar Legatorum perpetuorum & Reſidentium in locis quibusdam e. gr. Viennæ vel Coloniæ Agrippinæ hærere fixi, ubi dum judicia, quæ *Nunciaturæ Apoſtolicæ* dicuntur, formare ſolent, haud ra-
108 ro Jurisdictionem ſuam ita extendunt, ut cauſas etiam ſeculares pro Eccleſiaſticis habeant, & ad forum ſuum trahant. Un-
109 de neceſſarium erat, contra hunc quoque inſignem abuſum unum alterumve parari remedium, quod primitus in Capitulatio-

Digitized by Google

latione Ferdinandi IV. ubi hæc materia peculiarem, nempe XVII. conſtituit articulum factum & poſtea in ſubſequentibus non tantum repetitum, ſed etiam in Joſephinâ noſtra remediô aliquô auctum eſt.

§. 17. Etenim triplex remedium dicto malo in articulo noſtro paratum eſſe cernitur. *Primum* eſt, quod abu 110
ſum illum omnino tollere, annullare & ſeverè prohibere velit Rex. Rom. Nam licèt hæc prohibitio quoad *ipſum Nuncium* Apoſtolicum fruſtranea eſſe videatur, attamen quoad *Partes*, ne cauſam ad Nuncios Apoſtolicos devolvant, vel devolvi patiantur, ſive actores ſint, ſive rei, non eſt absque effectu; quemadmodum nec poteſtas Imperatoris Regia quoad caſſationem & annullationem effectu ſuô caret. *Alterum* remedium eſt, 111
actio fiſcalis cum annexâ pœna, quod ſcilicet Procuratori Fiſci Cæſarei, tam ejus qui in Senatu Cæſareo Aulico, quàm & illiusqui in Camerâ Imperiali hoc munere fungitur, demandare velit, ut contra Perſonas judicii Principales æque ac acceſſorias, Advocatos ſcil. Procuratores & Notarios, qui cauſam talem inſtruunt, gerunt, ſuſcipiunt, vel ullâ ratione eidem aſſiſtunt, actionem fiſcalem ex officiô inſtituat, quò cognitâ cauſâ affici pœnâ condignâ poſſint. *Tertium* denique remedium, 112
quod noviter Capitulationi Joſephi inſertum eſt, in eo conſpicitur, quando anniti vult Rex Romanorum, quo cauſæ ſeculares ab Eccleſiaſticis rite diſtinguantur; quemadmodum apud Proteſtantes id jam fecerunt ſcriptores Conſiſtoriales, vid. Carpz. *in Conſiſt. lib. 3. def. 2.* & Weber. *in Tractat. de Jure Conſiſt.*) caſus autem dubii per amicabilem compoſitionem cum Sede Romanâ inſtituendam finiantur & decidantur. Uti 113
enim Imperator & Status Imperii hactenus Pontificem pro Principe ſummam poteſtatem habente agnoverunt adeoque invicem in Statu naturali ſunt conſtituti: ita etiam pro finiendis

Ggg con-

Digitized by Google

controverſiis inter ipſos verſantibus naturale hoc remedium eligere placuit.

114 §. 18. Non verò nullæ ſunt rationes, quare his auſibus tam ſolicitè obviam ire Rex Romanorum promittat. Scilicet non poteſt non exinde oriri confuſio turbatioque Jurisdictionis, & conſequenter conflictus atque lis inter ſumma Imperii Judicia & Nunciaturas Apoſtolicas de Jurisdictionis competentiâ. In Curiâ enim Romanâ Appellationes quæ fiunt à ſententiis, per Nuncium Apoſtolicum latis, haud raro non tantum accipiuntur, & Proceſſus Appellationum decernuntur, ſed etiam mandatis ſeverioribus compelluntur, qui jurisdictionem Papalem agnoſcere recuſant. Unde contingere ſolet, ut cauſæ fori Germanici ad Curiam Romanam & ad exteros trahantur atque devolvantur. Quod uti maximi eſt præjudicii ita non immeritò ſummô ſtudiô variisque remediis ſe cauturum Rex Romanorum promittit; ne quid Reſpublica Romano Germanica exinde detrimenti capiat.

115 §. 19. Tandem in præſenti articulo Evangelicorum quoque mentio fit, & quædam quaſi *Proteſtatio* ſive Exceptio proponitur ab iis, quæ per modum obligationis inter Regem Romanorum & Electores nomine Statuum in hôc articulò ſunt conventa. Ne ſcilicet illa Electori Saxoniæ & Brandenburgio, cæterisque ſuæ religioni addictis Principibus & Statibus Imperii nec non immediatæ Imperii Nobilitati omniumque ſubditis; Item ne A. C. addictis, unàque etiam Reformatis iis, qui ſub Catholico Magiſtratu, ſive illô Clericô, ſive Politicô, habitant, nec denique Paci Religio-
116 nis & Profanæ, Monaſterienſi item & Oſnabrugenſi, cum annexis, ulli præjudicio, nec in conſequentiam cedant. Quæ Proteſtatio primitus Capitulationi Ferdinandi IV. eſt adjecta, & in ſubſequentibus ad verbum repetita, quamvis illa proteſtatio, quæ in fin. Art. I. Capitulationis de Advocatiâ Imperatoris Eccleſiaſticâ habetur, (de quâ ſupra *ad Art. 1. §. 13.* egimus) primâ

Digitized by Google

mâ vice Capitulationi Maximiliani II. inſerta, & poſtea in reliquis continuata ſit. Quam utut Limnæus ad Cap. Ferd. IV. 117
art. 16. in fin. cum hâc omninò convenire dicat, oppido tamen fallitur, dum in multis differentia earum valde eſt conſpicua.
Illa enim quæ eſt in art. 1. tantum *jus Advocatiæ* & defenſio- 118
nem Sedis Pontificisque Romani; Hæc verò clauſula *poteſtatem* & *Juriſdictionem* Pontifici à Catholicis permiſſam reſpicit. Illa *negativa* eſt, ne ſcil. Rex & Status Evangelici obli- 119
gati ſint defendere Pontificem; Hæc verò *poſitiva*; ne Curia Romana jus quoddam in Evangelicos ex Concordatis, Transactionibus aliisque pactis cum Imperatoribus olim initis exer- 120
cere valeat; Illa in *incommodum Pontificis* & eò tendit, ne Evangelici prodeſſe cogantur Pontifici; Hæc in *commodum Evangelicorum*, ſcil. ne Pontifex ipſis noceat; Illa *ſtrictior* eſt, 121
& circa unam verſatur ſpeciem, hæc *latius* ſeſe extendit. Huic 122
eſt proviſum per LL. Imperii fundamentales Inſtr. nempe Pa- 123
cis, non verò illi. Conveniunt tamen generaliter in eo, quod utrobique ea, quæ placuerunt inter Paciſcentes non tangant Evangelicos, & quod ea quæ Electores Evangelici pacti ſunt, licèt numero minori in Collegio Electorali compareant, in commodum tamen omnium Evangelicorum cedant.

§. 20. Rem ipſam quod concernit, Proteſtatio hæc non 124
eſt extendenda ad omnia in hôc articulò comprehenſa; Quis 125
enim affirmaret Electores Evangelicos non approbare, quando Electores Eccleſiaſtici nomine Statuum Catholicorum abuſum & uſurpationem Poteſtatis Pontificiæ, quam exercet per inordinatas Gratias, Expectativas, per Reſcripta Apoſtolica, per Proviſiones, per inordinatas Annatas, per multiplicationem & augmenta officiorum & taxæ pallii, per Reſervationes, per diſpenſationes, per reſignationes, per collationes beneficiorum extra menſes papales vacare incipientium, per Coadjutorias, per incompetentem dijudicaturam & ſimilia, re-

 prehen-

126 prehendunt, horumque medelam quærunt? Quis crederet il-
los non approbare, quando Eccleſiaſtici Electores conquerun-
tur, quod Poteſtate & Jurisdictione ſuâ tam ratione Proceſſus
inordinati, quâm ratione cauſarum contra Catholicos aliosque,
imò contra ipſa ſumma Imperii Judicia & Imperatoris jura abu-
tatur Pontifex, adeoque ſunt ſoliciti, quò Rex Romanornm
127 huic malo pro virili obviam ire velit. Aliud enim ex R. J. de
A. 1654. §. **Als ſich dann auch** 164. Communi Statuum con-
ſenſu facto aliisque LL. Imperii patet, ubi in ſpecie Archiepiſco-
patus Colonienſis, Epiſcopatus Leodicenſis & Monaſterienſis
Gravaminum fit mentio. Sed potius hæc proteſtatio eò tan-
128 tum eſt reſtringenda, quatenus in articulò ea approbantur
& confirmantur, quæ Proteſtantibus ſunt præjudicio, iisque no-
cere poſſunt per verba articuli expreſſa; ibi: **Denen Augſpur-**
129 **giſchen** Confeſſions-**Verwandten/ dem** Religions- **und** Profan-
**Frieden/ dem Friedens-Schluß unabbrüchig und ohne Schaden.**
Scil. quando in Articulò non ſolùm approbantur Concordata
Nationis Germanicæ, Transactiones & Pacta cum Curiâ Ro-
manâ inita; verùm etiam Rex Romanorum juramentô ad-
ſtringitur, ut omni conatu eò anniti velit, quò illa Con-
cordata &c. ſtrictè & præciſè obſerventur, **denenſelben feſtiglich
gelebet und nachgekommen werde.** Hincque adeo eſt, quod Ele-
130 ctores omnes, &c. Catholici, non ſimpliciter probent Concor-
data, ſed quatenus non ſunt contraria Inſtr. Pac. & tactis mo-
do Imperii LL.bus id quod deinceps prolixe demonſtrabi-
tur.

§. 21. Uti vero Concordata Nationis Germanicæ,
quatenus ſervanda Regi Romanorum incumbunt, Pontificis
diſpoſitioni *beneficia vacantia immediata*, nec non & certâ ra-
131 tione *mediata*, aliaque reſervant: Jus vero hoc per Pacem Re-
ligioſam apud Auguſtanæ Confeſſioni addictos Pontifici ſit ad-
emptum & Statibus Imperii reſtitutum, qui nunc idipſum vi
juris

juris territorialis & ſuperioritatis exercent; *R.J. de A.* 1555. §. Damit auch obberührte 20. ibi Beſtellung der Miniſterien. *add.* 132
*Inſtr. P. art.* 5. §. *Quantum* 12. & §. *Jus Diœceſanum.* 16. Ita ne ex 133
generali ipſorum approbatione præjudicium creetur Evangelicis Electoribus pariter ac reliquis Imperii Statibus & Subditis, (cum Leges poſteriores derogent prioribus) expreſſâ hâc proteſtatione & exceptione omnino hîc opus fuit. Quanquam & in *Inſtr. Pacis Art.* 17. §. 3. Concordatis Nationis Germanicæ expreſſè ſit derogatum, quatenus illa ipſa dicto Inſtr. Pacis, ulliveejus Articulo & Clauſulæ ſunt contraria.

§. 22. Ex quo ulterius decidere licet, An etiam Electo- 134
res & reliqui Status Subditique Imperii Catholicæ Religioni addicti Concordata illa Nationis Germanicæ, Transactiones & Pacta cum Pontificibus inita in Capitulatione ſimpliciter approbent, & à Rege Romanorum ſervari velint; Et affirmativa quidem ex eô videtur eſſe certa, quod adeo ſolicitè de contraventionibus illorum Concordatorum, longa ſerie in tex- 135
tu recenſitis, conquerantur, iisque obicem poni velint: Idipſum vero non videntur facturi fuiſſe, ſiquidem illa Concordata, &c. pro fundamento certo & obligatorio inter ſe & Curiam Romanam non ſupponerent: Imò Regi Romanorum di- 136
ſertè in hoc Articulo eſt injunctum, ut operam det, quò dicta Concordata, Pacta & Privilegia ſtrictè obſerventur, veluti jam ſupra aliquoties dictum eſt. In contrarium tamen facit, quod ex Electorum & Statuum etiam Catholicorum, ſententia, & conſenſu, tam Pax Religioſa quàm Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ ſit ſancitum & concluſum, uti conſtat ex initiô & fine Re- 137
ceſſus J. de A. 1555. §. Und Wir Verordnete 144. nec minus ex Inſtr. Pacis eorumque ſubſcriptione. In dictis vero Legibus tam expreſſis verbis quàm per conſequentiam Concordatis illis derogatum erat per ea quæ in §. præc. ſunt notata. Cæterum diſtinguendum eſt inter approbationem Catholicorum

reſpectu ſui ipſorum & reſpectu Evangelicorum; quod ipſos tangit Catholicos, cenſentur Concordata iſta probare exceptis Gravaminibus illis, quæ jam olim A. 1500. & A. 1530. com-
138 muni Statuum conſenſu contra ea ſunt exhibita, qua de re ſupra §. 15. dictum. Quod autem Evangelicos attinet, quoad illos etiam ex Conſenſu Catholicorum derogatum eſt Concordatis, ne ſcil. illa Evangelicos obligent; Cum per Leges Imperii univerſales nec Concordata cum Pontificibus inita contra Pacem Religionis & Weſtphalicam, ubi Evangelici ab ipſorum obligatione ſunt liberati, debeant attendi; vid. all. J. Pacis art. 17. §. 5.

§. 23. Ex iis ergo, quæ hoc in articulô ſunt propoſita,
139 abunde patet, eum eſſe *limitativum Poteſtatis Regiæ* quatenus confirmantur Concordata Nationis Germanicæ, & Rex Romanorum obligatus eſt, ut ea ſervet; dum exinde *jus Sacrorum* maximam partem tranſiit ad Pontificem & exinde ipſi ſtabilitur; Quatenus vero illa Pontificem concernunt, & ut Rex Romanorum agat, quò ea ſervet Pontifex, nec iis ullô modô contraveniat, nec etiam alias Poteſtate & Jurisdictione ſuâ, ſive Proceſſum ſive cauſas ſpectes, abutatur, quæ inprimis intentio
140 eſt articuli, eatenus non niſi *normativus* eſt. Quoad Evangelicos verò uti illos Concordata non obligant, nec Cæſarem etiam inde obligatum volunt; Ita etiam exinde nulla obligatio & limitatio Poteſtatis Regiæ reſultat.

* *
*

COM-

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XIX.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA POLITIAM ET IN SPECIE CIRCA COMMERCIA IN IMPERIO ROMANO.*

## SUMMARIA.


I. *Quid intelligatur per* Politiam *Imperii Romani. 1.*
*Circa eandem plures in Imperio prodiere Leges. 2.*
*Celebriores indigitantur 3.*
*In Receſſibus Imp. dd. LL. hinc inde confirmantur. 4.*
II. *Materia hac fere ordinaria Comitiorum eſt. 5.*
*In præſentibus Comitiis de nova ordinatione Politicâ diu multumque actum fuit. 6.*
*Promiſſio Regis Rom. quorſum ſpectet. 7.*
III. *In ſpecie de* Commerciis *agitur. 8.*
*Mercatura Reip. & utilis & neceſſaria eſt. 9.*
*Promovere ergo eandem Summæ poteſtati incumbit. 10.*
IV. *Multa deprehenduntur, quæ commerciis ſunt nociva. 11.*
*Quorum duo inprimis notat præſens articulus. 12.*
Primo *loco veniunt* Monopolia. *13.*
*Hæc Jure Civili ſub confiſcatione bonorum & relegatione perpetuâ ſunt prohibita. 14.*
*Incommoda ex iſtis orta recenſentur. 15.*
*Textuum in Capitulationibus variatio. 16.*
*Dantur tamen & Monopolia, quæ ſunt licita. 17.*
*Sub prohibitione Monopoliorum comprehenduntur etiam* Propo-

lia, *quæ duplicis ſunt generis.* 18.

V. *Modus exercendi Monopolia deſcribitur.* 19.

*Huc quoque ſpectant opificum pacta, ne alter præ altero quicquam viliori pretio vendat: aut alios quam filios inſtruat.* 20.

*Conventiones eiusmodi in omnibus Imperii LL. damnantur.* 21.

VI. *Hinc Rex Rom. promittit*

(1) *ſe ſublaturum omnino tales ſocietates.* 22.

*Idque adhibito Statuum Imperii conſilio.* 23.

*Ex duplici ratione.* 24.

*Jam olim in Comitiis Trevirenſibus & Colonienſibus de remedio cogitatum eſt.* 25.

(2) *ſe nulli hominum Privilegia Monopoliorum conceſſurum, ſed conceſſa abrogaturum.* 26.

*Nec id injuſtè fieret, propter clauſulam caſſatoriam, quæ tacitè ineſt hujusmodi privilegiis.* 27.

VII. Secundo *loco veniunt* Exportationes *mercium.* 28.

*Occaſionem hujus ſanctionis præbuit Circulus Burgundicus.* 29.

*Qui dum reverà ad Imperium ſpectat.* 30.

*Malè Imperii merces pro exoticis declarat.* 31.

*Hinc iſta prohibitio in Capitulationibus rectè exploditur.* 32.

VIII. *Promittit Rex Rom.*

(1) *ſe caſſationem iſtius prohibitionis urgere velle.* 33.

(2.) *Repreſſaliarum jure adverſus tergiverſantes uſurum.* 34.

*Objectiones duæ removentur.* 35. 36.

IX. *Articulus hic maximam partem normativus eſt.* 37.

## §. I.

1 PER Politiam Imperii Romani intelligitur, quicquid præter Statum publicum ad gubernationem felicem Civium & Subditorum Romani Imperii facit, ut beatè, honeſtè & tran-
2 quillè vivere in Republicâ poſſint. Unde quemadmodum circa mores & refrenandum luxum, circa cauſas pupillorum & minorum, circa contractus ſine gravamine ineundos, in ſpecie vero circa commercia Imperator cum Statibus occupari debeat, peculiaribus Legibus Imperii publicis cautum & proſpectum eſt; Quales in Imperio plures prodière, & inprimis inter

ter

ter hactenus editas celebriores ſunt, Reformatio **guter Policey**
**zu Augſpurg/** Anno 1530. **auffgerichtet**; Quæ porrò A. 1548. re- 3
petita & aucta, & quæ denique Francofurti A. 1577. adhuc au-
ctior prodiit, ſub titulô **Policey-Ordnung zu Franckfurt.** Quo
etiam referendæ ſunt Reformatio Friderici III. de A. 1442. quæ
ſimiliter Francofurti eſt edita: Et Maximiliani I. **Königliche Sa-**
**zung von denen Gottes-Läſterern/ zu Worms** A 1495. **auff-**
**gericht; Ordnung und Satzung über die Wein/** de A. 1497.
Friburgi Briſgoviæ concluſa & Conſtitutio ejusdem in R. J. Au-
guſtanô de A. 1500. à Tit. 21. ad 33. & in R. J. Trevirenſi & Co-
lonienſi de A. 1512. Tit. 3. **von denen Gottes-Läſterern** & de No-
tariis. Quemadmodum & in Receſſibus Imperii breviter re-
petendo & confirmando ſuperiores LL bono ordini & politiæ 4
hinc inde proſpicitur, ut in R. J. Wormatienſi de A. 1518. §.
**Ferner als uns** 6. vers. **Darneben auch der übermäſſigen Köſtlichkeit.**
R. J. Ratisbonenſi de A. 1532. Tit. 7. ſeqq. **Policey. Wu-**
**cherliche** *Contract &c.* & R. J. Ratisbonenſi de A. 1541. §.
**Ferner haben wir.** 76. ſeq. & R. J. Auguſtanô de A. 1551. §. **Ferner**
**haben wir.** 69. ſeqq.

§. 2. Materia hæc ferè ordinaria Comitiorum eſt; Un- 5
de in quibusvis ferè Comitiis de eâ tractari ſolet, & in R. J. de
A. 1654. §. **Damit aber.** 195. inter puncta, quæ ad proximè futu-
ra Comitia rejiciuntur, etiam hoc habetur, ut jubeantur Sta-
tus; **Was ein jedweder Creyß wegen guter Policey zu verordnen vor**
**rathſam anſehen würde/ ſolches nacher Franckfurt zu der** Ordinari
Deputation **förderlich zu überſchicken**; Hinc etiam in præſenti- 6
bus Imperii Comitiis de novâ Ordinatione Politicâ Imperii diu
multumque actum fuit, & in plerisque materiis ab omnibus
Imperii Collegiis certa concluſa eaque maximè ſalutaria, facta
ſunt, uti hoc ipſum notat Fritſchius *ad Capit. Joſephi. hôc art.*
Ad Ordinationes ergò tales, ſive jam ſint editæ, ſive in poſte- 7



Digitized by Google

rum ſint edendæ, & in Comitiis, (quò, tanquam LL. Imperii publicæ, ſpectant) concludendæ, hic reſpicitur, quando Rex Romanorum promittit, ſe curaturum, ut illæ in Imperiô probè obſerventur, quod noviter huic Capitulationi Joſephi eſt adjectum, nec in prioribus habetur, niſi quod in genere ad Receſſus & LL. Imperii, quæ ſimul has ordinationes complectuntur, Idem obligetur. *In Articul. 2. circa Politiam.*

8 §. 3. In ſpecie verò Jus & Officium Regis Romanorum ad Commercia in Imperiô Romanô ſe extendit; Uti enim
9 mercatura non tantùm neceſſaria Reipublicæ ſubminiſtrat, ſed
etiam inprimis eam locupletem facit, dum diverſitas locorum
& pretii variatio ſecum trahit lucrum, idque quaſi geometricè
creſcit: Unde ad beatam Civitatem, inprimis negotiatores requirit, auctoritate Platonis, JCtus Calliſtratus in *l. 2. ff. de*
10 *Nund.* Ita meritò ad officium ſummæ poteſtatis in Republicâ adeoque & Regis Romanorum, ſpectat, quò commercia promoveat, ſcil. quæ ad eadem augenda faciunt, ſtabiliendo, quæ verò eadem ſiſtere & imminuere poſſunt, removendo.

11 §. 4. Uti verò multa deprehenduntur Commerciis nociva, qualia ſunt res Monetaria corrupta, importatio mercium exoticarum copioſa, & propriarum exportatio impedita, bellorum concatenata calamitas auri argentique, ob nimium luxum aliasque cauſas inopia, vectigalium gravitas &c. qualia ex
Conſiliô Becheri de Modis ac Mediis commercia in Germa-
12 niâ promovendis, adducit Fritſch. *ad Cap. Joſeph. art. hoc.*
Ita inprimis de duobus in articulô præſenti cavetur Republi-
13 cæ Romano-Germanicæ. *Primum* concernit *Monopolia*, quando penes unum vel plures ſocios tantum alicujus rei vendendæ poteſtas eſt, quæ non ſolùm hîc, ſed & aliàs frequentiſſimè in Legibus Imperii ſupra §. 1. allegatis, imò etiam in ipſô Jure Romanorum Civili peculiari lege *un. Cod. de Monopoliis*, nec immeritò ſub Confiſcatione bonorum & relegatione perpetuâ

ſunt

ſunt prohibita; quia hôc modô libertati Commerciorum obex 15
ponitur, caritas & injuſtum rerum pretium inducitur, quod
alias imminueret rerum copia, Vid. Capitulationem Caroli V.
art. 17. & ſeqq. Impp. uſque ad Capitulationem Maximiliani
II. in verbis: **Mit Theurung dem Reich Schaden zugefüget.** Et 16
licet poſtmodum vox illa ſit immutata ejusque locô Capitulationi Matthiæ verb.: **Mit Steigerung**; Ferdinandi II. vero &
reliquis, **Mit Wucherung**/ ſint inſerta, res tamen eodem recidit, cùm alterum cauſam, alterum verò effectum denotet &
exprimat. In noſtrô textu dicitur, **Daß ſie dadurch viel Ungeſchicklichkeiten dem Reich / und deſſen Inwohnern und Unterthanen mercklichen Schaden / Nachtheil und Beſchwehrden zufügten / und noch täglich einführen und gebähren thäten**; Quæ verba maximam partem jam in Capit. Caroli V. art. 17. habentur, niſi quod
in Capitulatione Ferdinandi I. art. 16. vox: **Viel Ungeſchicklichkeit** ſit inſerta, quæ hic nihil aliud quam **Ungelegenheit** / **Moleſtien** & ſimilia denotat. Uti verò Monopolia ſunt vel licita, 17
quatenus ex utilitate publicâ exercentur vel permittuntur, ita
ut major exinde utilitas in Rempublicam quàm ex ejusdem
prohibitione reſultet, quale exemplum præbet in Sacris Hiſtoria Joſephi, cùm vice regiâ Ægypto præeſſet, & alia Hugoni Grotio lib. 2. cap. 12. n. 16. de J.B. & P. notata docent. Vel
illicita. Ita & hæc diverſimodè conſiderantur. Species Monopolii plures recenſent Decian. *in Tr. Crim. lib. 7. c. 21.* & ex
eô Althus. in Dicæolog. lib. 1. c. 35. n. 31. inter illas ſunt ſpeciali
nomine *Propolia* dicta, quando unus vel plures merces coëmunt, quò poſtea ſoli carius vendant, quæ in ſpecie propolæ 18
vocantur. Vel quando absque ejusmodi propoliô, ſoli
tamen propriâ authoritate certas merces vendere ſibi arrogant; utrumque in textu occurrit, ibi **Unzuläſſigen Vorkauff und** Monopolium.

§. 5. Utrobique hoc uſu venire ſolet, ut ſocietates ſæ- 19

 pè

pè tam à Mercatoribus quàm aliis incantur , qui dum pecu-
niâ pollent, ex arbitriò, pro ſuâ tamen petulantiâ & avaritiâ
negotiantur , merces coëmunt easque poſtea pactis inter ſe
pretiis & conventó tempore ſoli carius vendunt, adeoque pre-
tia rerum augent & Reipublicæ pariter atque ſubditis ingens
damnum afferunt. Ita ſpecialis mentio fit **der Spetcrey / Ertz
Wüllen Tuch und dergleichen** in R. J. Trevirenſi & Colonienſi
20 de A. 1512. §. **Und nachdem etwa**; 16. Quò & ſpectat, quando
opifices juncti ex pactô hoc agunt, ne alter viliori eôque juſtô
pretiô vendat; vel ſiquidem opifices conveniunt, ne quisquam
ipſorum alios inſtruat arte, quàm filios ſeu nepotes &c. vid.
21 Decian. *in d. Tr. Crim. lib. 7. c. 21. n. 6. 7. & 14.* Quales ſocie-
tates vel conventiones illicitæ non tantum in omnibus Capi-
tulationibus improbantur , ſed & in Ordinationibus Politicis
*ſupra* §. *1.* allegatis & apud Goldaſtum *Cap. 7. Conſtit. Imperi-
al.* **in weltlicher** Reformation **Käyſers** Sigismundi, imò in *l. un. C.
de Monopol.* ſeverè prohibentur.

§. *6.* Circa talia ergò Monopolia officium ſuum ita ſe
22 facturum Rex Romanorum promittit. 1. Ut tales ſocietates
planè tollat & quidem ex Conſilio Electorum , Principum &
23 Statuum Imperii ; utut hoc jus tantùm normativum eſſe vide-
atur , dum Imperator ejusmodi ſocietates abolendo officiô
24 Principi alias injunctô fungitur. Id vero ex duplici ratione
fieri videtur , *partim* quòd jam olim de remediô contra hoc
malum ſtatuendo in Comitiis ſit cogitatum & concluſum , uti
docent verba noſtri textûs; ibi: **In maſſen wie deme zubegegnen/
hiebevor auch bedacht und vorgenommen / aber nicht vollſtrecket
worden/** (quæ in omnibus Capitulationibus leguntur.) Sunt
25 autem illa Comitia Trevirenſia & Colonienſia juxta R. J. de
A. 1512. Tit. 3. §. **Und nachdem** 16. ubi talia Monopolia ſub
pœnâ confiſcationis bonorum ſunt prohibita. Partim etiam
quod hæc res in Ord. Politicam, qua &c. Status tenentur, vid.

Lud.

Lud. Hugo, *de Stat. Reg. Germ. c. 3. §. 21.* incidat, &, quod magis eſt Statuum ſingulorum territoria ubi ejusmodi ſocietates ſunt, jura & jurisdictionem concernat, adeoque eam facilè turbare poſſit; Hinc meritò Conſenſu Comitiali hîc opus eſt. (2) 26
Ne ulli hominum Privilegia Monopoliorum concedat, ſed ſi quæ ſint conceſſa, tanquam contraria Legibus Imperii abroget & annullet. Sicut enim ejusmodi Monopolia ſepoſitâ dilectione proximi rerum caritatem inducunt, aliisque viam neceſſariorum ſubſidiorum comparandorum intercludunt imò ſemper Cl. caſſatoriam adjunctam habent, adeò ut nec ſacrum 27
Reſcriptum elicitum aut in poſterum eliciendum, aut pragmatica ſanctio, aut ulla ſacra Imperatoriæ pietatis annotatio, (vid. Conſtitutio Zenonis in *l. un. C. de Monopol.*) effectum habere valeant, quandoquidem & alias in ſe ſunt nulla; Ita etiam conceſſa ejusmodi privilegia rurſus aboleri & abrogari poſſunt.

§. 7. *Alterum* de quò proſpicere promittit Rex Roma- 28
norum, in hôc articulô eſt *Exportatio mercium* Imperii prohibita & impedita. **Die im Reich machende** Manufa**cturen gu- ur auffrichtiger Wahren**; Primitus hoc Capitulationi Leopol- 29
di art. 26. eſt inſertum, eique occaſionem dedit, quod in Circulô inferiori Burgundicô aliisque vicinis terris publicè interdictum ſubditis fuerit, ne merces & manufacturas exoticas pannumque laninum & alia inveherent: Quæ prohibitio cùm etiam ad terras Imperii ejusque ſubditos cœpiſſet extendi, ægrè id tulere Status Imperii, ac propterea malo illi medelam quæſivêre. Etenim id ipſum contrarium eſt non tantum li- 30
bertati Commerciorum, ſed etiam R. J. de A. 1548. uti notat Capitulatio Leopoldi d. l. ubi **§. Nachdem dann** 67. cautum legitur, quod Terræ Cæſaris hæreditariæ Burgundicæ & Belgicæ unà cum Ducatu Geldriæ, Zutphaniæ nec non ditione Trajectenſi propter transactionem propterea initam exemtæ quidem

dem manere à Juriſdictione Imperii debeant; eas tamen perinde, ut alii Imperii Status non tantum ſub tutelâ Imperii eſſe, ſed etiam pro membris Circuli Burgundici haberi eamque ob cauſam ad Collectas quoque Imperii ſolvendas obligari; Quod
31 ipſum, cum demonſtret neutiquam Terras Imperii reſpectu illarum Terrarum Burgundicarum, & Belgicarum eſſe exoticas, ſed potius, Juriſdictionem ſi excipias, eôdem utrasque
32 frui jure, auxiliô, tutelâ & Imperiô, per d. §. Nachdem dann ꝛc. Hinc non immeritò illa prohibitiò in Capitulationibus explodebatur, quod in Leopoldinâ quidem ſpecialiter & temporariè ſaltem factum eſt, in Joſephi verò Capitulatione articulo generali & perpetuo anſam dedit.

§. 8. Duplici verò modò huic ipſi prohibitioni invecti-
33 onis mercium Imperii ſe occurſurum Rex promittit. *Primò* quod caſſationem illius prohibitionis promovere velit; **Uns deſſen Abſtellung zu befördern angelegen ſeyn laſſen**/ Et *ſecundò*, quod,
34 ſi irritò conatu id fieret, repreſſaliarum jure uſurus curare velit, ut ſimiliter nec invectio mercium & manufacturarum illa-
35 rum Regionum in Imperio admittatur. Licèt enim in Imperiô Repreſſaliæ regulariter ſint prohibitæ, cùm proxima ſint ad bellum via, & locum tantum habeant, ubi jure agere non licet. Quia tamen hîc cum vicinis ſeu exteris cauſa agitur; ex regula: *Quod quisque Juris in alterum ſtatuerit.* &c. locum ha-
36 bere poſſunt. Et quamvis in Capitulatione Leopoldina ſpeciatim cum Circulô Burgundico res erat, qui juxta ea quæ ſupra ſunt dicta, ad Imperium ſpectat; tamen cum & ipſe quoad Juriſdictionem ab Imperio ſit exemtus per R. I. 1548. §. **Nachdem dann** 67. hactenus ad exteros haud iniquè refertur.

37 §. 9. Ex hiſce videre eſt, articulum hunc, dum quæ in eo habentur, alias ad officium Principis Majeſtaticum ſpectant, eſſe maximam partem normativum; ſi nim. excipias illa, quæ de abolendis monopolarum & propolarum ſocietatibus in ditionibus

nibus Statuum ſunt dicta, quæ cum Conſilio & conſenſu Statuum Imperii fieri debere, ex rationibus urgentibus in §. *6.* prolatis, ſupra adſtruximus.

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XX.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA CONCESSIONES ET USURPATIONES VECTIGALIUM & STAPULARUM IN IMPERIO.*

## SUMMARIA.

I. *COnnexio hujus Articuli monſtratur.* 1.
*De Vectigalibus indiſtinctè in hoc articulo tractatur.* 2.
*Sive illa ſint de novo concedenda, ſive vetera augenda, ſive etiam aucta proroganda.* 3.
II. *Jus iſthoc circa vectigalia olim ſolus Imperator exercere potuit.* 4.
*Hodie non niſi cum conſenſu Electorum poteſt.* 5.
*Neque obſtat Rec. Imp. de A. 1576.* 6.
*Vox enim* Reſervati *in ſenſu latiori ibidem venit.* 7.
*Neque etiam obſtat Maximil. II. Capitulatio.* 8.
*Vulgata namque hujus editio manca eſt atque imperfecta.* 9.
*In reliquis autem tacitè conſenſus Electoralis ſtabilitur.* 10.
III. *Requiritur hic ut Conſenſus Electorum ſit (1)* Collegialis. 11.
*Nec ſufficit, ſi omnes conſentiant e. gr. per literas.* 12.

Sed

*Sed omnes in Collegio congregati eſſe debent.* 13.
*Perinde ut in Electione Imperatoris.* 14.
*Et quando fœdus Imperii nomine cum exteris eſt ſanciendum.* 15.
*Quod ipſum primitus* Capitulationi *Ferdinandi III. eſt inſertum.* 16.
2. *Vt ſit* unanimis. 17.
*Ita ut majoris partis conſenſus, ſicut in aliis Imperii negotiis, non ſufficiat.* 18.
*Ratio diverſitatis exponitur.* 19.
IV. *Statuum reliquorum conſenſus ſimpliciter non eſt neceſſarius.* 20.
*Sed Vicinorum tantum.* 21.
*Neque ad formam actus: Verùm ob id ſaltem, quia ipſorum intereſt.* 22.
*Hinc Jus vectigalium non eſt Jus* Comitiorum. 23.
V. *Tranſitio à Iure Vectigalium fit ad* Jus Stapulæ. 24.
*Stapula vox unde derivetur?* 25.
*Quid ſit Ius Stapulæ?* 26.
*A Iure Granii ſtrictè loquendo differt.* 27.
*Plures habet ſpecies & gradus.* 28. 29. 30. 31.
*Ius* Emporii *latius patet quam Ius* Stapulæ. 32.
VI. *Ius Stapulæ impedit libertatem commerciorum.* 33.
*Sub ejus prætextu teloninm ſæpe exigitur, licet ſuppreſſo nomine vectigalis.* 34.
*Hinc non aliter concedi poteſt, quàm cum conſenſu Electorum collegiali & unanimi.* 35.
VII. *Nova promiſſio Regis Rom. de non tolerandâ redituum ex teloniis quæſitorum imminutione.* 36.
*Ratio hujus promiſſionis inductiva exponitur.* 37.
VIII. *Agitur de remediis quæ competunt adverſus illos qui vectigalium ius injuſtè uſurpant.* 38.
*Conceſſiones illegitimè impetratæ declarantur nullæ.* 39.
*Electoribus à gravamine inde orto viâ facti ſe liberare permiſſum eſt.* 40.
*Reliquis Imperii Statibus non item* 41.
*Rationis conjectura.* 42.
*Ipſe Rex Rom. promittit, ſe conceſſiones vectigalium injuſtas ſublaturum.* 43.
*Et Mandata ſine clauſulâ decreturum.* 44.
IX. *Dicta* limitantur *quoad ipſos Electores.* 45.
*Propter Auream Bullam.* 46.
*Et in compenſationem laborum, quos pro Imperio ſuſtinent.* 47.
*Nec non propter inſecutam Statuum approbationem.* 48.
*De Oppignorationibus Vectigalium Imperii jam olim factis mentio iniicitur.* 49.

Oppigno-

*Oppignorationes rerum Imperii reluitioni non ſubjacent 50.*

*Idem per Vectigalium Imperii* perpetuationes *intelligi monſtratur. 51.*

X. *Dicta porrò* limitantur *in Vectigalibus jam olim conceſſis, cùm Electorum conſenſu non erat opus. 53.*

*Ratio ſubnectitur. 54.*

*Vnde in textu hæc talia Statuum privilegia intacta relinquuntur. 55.*

XI *Denique dicta limitantur in caſibus olim facta conceſſionis conſentiente majori Electorum parte. 56.*

*Ratio additur. 57. 58.*

XII. *Ex dictis colligitur hunc articulum maximam partem eſſe* limitativum. *59.*

Normativus *tamen eſſe in aliquibus ſaltem dici poteſt. 60.*

## §. I.

CUm etiam Vectigalium gravitas imminuere ſoleat Commercia, prout ad art præc. §. 4. dictum eſt; Hinc agitur in hôc & ſequentibus IV. Articulis de Vectigalibus & materiis connexis; in articulô autem præſente de Jure & Officiô Regis Romanorum circa Conceſſiones Vectigalium & quando ſine jure ea uſurpentur. 1 Uti verò in Imperiô Romanô Vectigalia tàm terreſtria, quàm quæ ad aquas, ad mare ſeu flumina habentur, inveniuntur; Ita & utriusque generis vectigalium hic incidit mentio, inprimis in principio articuli, ibi: **Zu Waſſer und Land zum höchſten mit Zöllen beſchwehrt/** quæ verba jam in Cap. Caroli V. art. 18. continentur. 2 Quod vero de Conceſſionibus Vectigalium de novo faciendis in articulò ſtatuitur, idipſum ad veterum quoque auctionem, ſimiliter jam in Capitulatione Caroli V. art. 18. notatam, auctorumque prorogationem vel continuationem pari jure extenditur; Qui terminus prorogationis primâ vice in Capitulatione Ferdinandi II. art. 18. clarius autem in Ferdinandi III. art. 20. exprimitur, ubi res ipſa prohibetur. 3

§. 2. Concedere verò de novô, augere vetera, vel

 pro-

prorogare aucta Telonia in Imperiô hodie planè non licet, niſi
4 cum Conſenſu Electorum. Nam quamvis olim Imperatori hoc jus Majeſtaticum fuerit reſervatum; Siquidem ad ſummam Cæſaris poteſtatem ſpectabat providere, cui concedatur id jus, & quomodo concedi debeat: (vid. hic Rumelin. ad A.B. p.191.) ne Reſpublica quid detrimenti capiat, cùm non tantummodò Commercia ex abuſu iſtius Juris ſiſtantur, caritas mercium inducatur, ſed etiam motibus & turbis inde auſa detur, prout hæc incommoda allegat R. J. de 1576. §. **Dadurch dann** 117. quò & faciunt verba præſentis articuli, ibi: **So von unſern Vorfahren Römiſchen Käyſern ertheilet /** & porrò **von Weiland denen vorgeweſenen Römiſchen Königen oder Käyſern zur Zeit da der Churfürſten** Conſens per Pacta & Capitulationes **noch nicht alſo einge-**
5 **führet oder nöthig geweſen / rechtmäſſig erlanget**; Hodiè tamen in Imperiô Romano-Germanicô Jus hoc cum Electoribus eſt communicatum, velut hoc ipſum Capitulationes Imperatorum ad
6 unam omnes decidunt. Nam licet in R. I. de A. 1576. itidem Jus Vectigalium Reſervatis Imperatoris accenſeatur, §. **Dardurch dann** 117. ibi: **Weil das alles /** (ſcil. **neue Zölle anzuſtellen und die alte zu erſteigern) zu unſerer Käyſerl. beſondern Hoheit und** Re-
7 ſervatio**n gehöret.** Vox tamen Reſervati non illô ſenſu ibid. capitur, ut excludat communicationem cum Electoribus ſed in oppoſitione ad Jura Comitiorum, ſcil. ut inde argui poſſit, Jus Vectigalium non eſſe communicatum cum ſtatibus in genere, uti videre licet ex ſubſequentibus verbis allegati §phi 117. in quibus expreſſè juris Electoralis fit mentio, ibi: **Die Zollerſteigung ſo wohl zu unſerer Käyſerl. als auch der Churfürſten** Re-
8 putatio**n / Veracht / Schmälerung und Abbruch gereichet.** Nec Maximiliani II. Capitulatio obſtat, ubi poteſtas illa Imperato-
9 ri non eſt denegata vel reſtricta. Præterquam enim quòd vulgata illa editio ſit manca & imperfecta, adeoque ex illâ nihil in contrarium probari queat, cùm reliquæ aliter loquantur:

Ita

Digitized by Google

ita etiam in editione Capitulationis Maximiliani II. Dn. Thulemarii idem legitur in artic. 9. quod ſcilicet Imperator pro impetratione Conceſſionis vel augmenti teloniorum literas ad Electores petentibus denegare velit; quo ipſo (uti benè contra Klockium obſervat Limn. ad Cap. Caroli V. art. 18. ad verb. ohne beſondern Rath) tacitè conſenſus ille Electoralis ſtabilitur, dum enim id quod minus eſt Imperator absque conſenſu Electorali concedere nequit ſcil. keine Vertröſtung noch Verſchreibung an die Churfürſten derhalben geben/ nec majus quoque dare ſeu ipſa telonia nova concedere valet.

§. 3. Requiritur verò ad teloniorum novorum con- 10
ceſſionem, vel veterum auctionem, vel eorundem prorogationem Conſenſus Electorum (1) Collegialis, ſeu talis, qui in 11
Conventu Collegiali, ſit impetratus. Nam licet aliâs Conſenſus Collegialis & ille dicatur, quando totum Collegium 12
ſeu omnes conſentiunt, quamvis collegialiter non ſint conjuncti, vel congregati, modò omnium vota audiantur; prout iſthoc modo conſenſum interdum requiri ſupra diximus ad art. 17. §. 6. Hic tamen Conſenſu sCollegii conjuncti requi- 13
ritur, idque patet ex verbis articuli expreſſis, ibi: Diejenige ſo um neue Zöll/oder der alten Erhöhung/oder auch ſolcher Erhöhung Prorogation anhalten werden/ einer Collegial-Verſammlung zu erwarten erinnern/ perinde uti Collegialis eſſe debet Electio Im- 14
peratoris quæ nec in locis diverſis nec per literas, ſed Electoribus in unò locô congregatis inſtituenda, per A.B. cap. 2. §. 4. & cap. 4. §. 2. idemque obſervatur, quando fœdus nomine 15
Imperii cum Exteris eſt ſanciendum per Cap. Ferd. III. art. 7. ibi: Collegial-Zuſammenkunfft/ adeoq; verba illa Capitulationis Collegial-Rath/ Collegial-Stimmen/ exinde ſunt interpretanda; quod ipſum primitus Capitulationi Ferdinandi III. 16
art. 20. eſt inſertum, cum ante illa tempora hoc ſaltem deſideratum ſit, ne iſtud fieret, ohne beſondern Rath/ Wiſſen/ Willen

und Zulaſſen / per Cap. Caroli V. art. 18. & Capp. ſequentes.
17 (2.) Requiritur hic etiam unanimis Conſenſus, nec ſufficit, ſi
major pars annuat adeò ut unius diſſenſus Conceſſionem illam
impedire poſſit, ibi: **Daß keines Churfürſten Wiederrede oder**
Diſſens **dargegen / ſondern alle und jede dero** Collegial-**Stimmen**
**einmüthig ſeyn / maſſen wir diſſfalls die** Majora **nicht** attendi**ren/**
**auch ohne vorgehende** Unanimia **zu keinem Stand bringen wollen;**
uti primâ vice hæc ipſa verba in Capitulatione Leopoldi art. 21.
ſunt expreſſa. Mirum verò alicui videri poſſet, quòd cum
18 aliàs, ubi Conſenſus Collegialis requiritur, majoris partis Con-
ſenſus ſufficiat, hic requiratur Conſenſus Electorum Unani-
mis, cùm tamen gravioris longè momenti res ſit eligere Ro-
manorum Regem vel fœdus nomine Imperii cum exteris pan-
19 gere, quàm concedere vel augere vectigal. Sed hæc fortè ra-
tio diverſitatis ſubeſt, quòd Electionem & fœdus urgeat ne-
ceſſitas & utilitas publica, adeò ut pro eadem promovenda
omnis cunctatio abeſſe & propterea iſtiusmodi actus exitum
habere debeat. Hic verò non tam utilitas publica quàm
privata, ex quâ ſæpè & regulariter damnum potius publicum
quàm utilitas reſultat, intenditur, ut proinde Conſenſus Ele-
ctorum Collegialis hîc magis quàm in illis caſibus fuerit re-
ſtringendus.

20 §. 4. Quomodo verò & Statuum Imperii Conſenſus
ad tales conceſſiones concurrere debeat, in textu etiam expri-
mitur, idque primitus in Capit. Leopoldi art. 21. factum eſt.
21 Scilicet non omnium, ſed vicinorum ſaltem, & eorum, quo-
rum propter conceſſionem vectigalis intereſt; Deinde Statu-
22 um Conſenſus hîc non requiritur ad formam actus, ſed tan-
tùm quòd audiendi, nec ipſorum allegata negligenda ſint.
**Es ſeyen dann die benachbarte und** intereſſirte **Stände / und dero er-**
**forderte / auch in gebührende** Conſideration **ziehendes Gutachten**
23 **vorhero darüber vernommen**; ut propterea jus hoc vectigalium

neuti-

neutiquam ex ſecundâ Regalium Claſſe in tertiam ſeu Claſſem
Jurium Comitialium transferendum; verum nihilominus Re-
gale Imperatoris, quod nonniſi cum Electoribus communican-
dum, manet.

§. 5. Quæ de conceſſionibus Vectigalium novorum & 24
ſimilium dicta ſunt, eadem etiam ad conceſſionem *Juris Stapu-*
*læ* **der Niederlage und Staffel-Gerechtigkeit** extendenda veniunt. 25
Stapula (quæ derivatur ſecundum Loccenium *de Jure mariti-*
*mô lib. 1. c. 10.* à voce Saxonicâ **Stapel** vel **Staffel** / ſeu coacer-
vatione mercium in gradûs; unde **Stapeln** in emporiis Hanſe-
aticis idem innuit, quod merces exponere & iterum compinge-
re;) eſt jus ſiſtendi in ſuô forô, reſtringendique merces. Et 26
quando id ipſum (1) ſolum emenſurationis & ponderationis cau-
ſâ propter utilitatem Vectigalium, adeoque principaliter non
tam Commerciorum, quàm vectigalium gratiâ, exercetur, ut
ſcil. fraudibus mercatorum obvietur, jus Geranii **die Krahn-** 27
**Gerechtigkeit** ab inſtrumentô tractoriô, quô onera ex navibus
extrahuntur & imponuntur, appellatur, de quô videri poteſt
Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 272.* In ſpecie verò *Jus ſtapulæ* di-
citur, quando (2) ita ſiſtuntur merces; ut non vectigalium gra- 28
tiâ tantum menſurentur & ponderentur, ſed etiam aliis navi-
bus vel curribus imponantur, **werden übergeſchlagen und in ande-
re Schiffe oder Achß geladen** / in gratiam nempe Civium & Sub-
ditorum illius loci, quò operis ſuis inde aliquid lucrari valeant;
Ut & quando (3.) ita ſiſtuntur, ut etiam merces expoſitæ diju- 29
dicentur & reprobatæ rejiciantur legesque navigantibus &
Rhedariis præſcribantur, alia ſpecies & intentior gradus eſt
juris Stapulæ. Et quando (4.) transvehentes certô temporis 30
ſpatiô ſimul etiam Civibus loci, qui jure Stapulæ gaudet, mer-
ces venum exponere debent, adhuc plenior Stapulæ ſpecies &
gradus eſt. Quando verò (5) merces non tantùm civibus ſed 31
etiam cuicunque alii advenæ & peregrino mercatori certô tem-



Digitized by Google

temporis ſpatio venales proſtant, in ſpecie *Jus emporii* à negotiando vel mercando dicitur, quod latius patet quàm jus Sta-
32 pulæ, licet idipſum includat & quæcunq; Civitas jure emporii gaudet, etiam jus Stapulæ habeat, non vice verſa; prout hæc ex Stamlero *de Reſervatis §. 61. n. 1. ſeqq.* Angelo Werdenhagen. *de Rebusp. Hanſeat. part. 3. c. 19. circa fin.* ut & ex Leubero **in Magdeburgiſcher Stapel-Unfug** n. 490. & 494. latius haurire licet.

§. 6. Sicut autem ex recenſitis hiſce ſpeciebus Stapula-
33 rum colligere licet, per eas non tantum impediri libertatem commerciorum, (quod etiam obſervat ipſe textus in Capitulatione, hoc art. ibi: **Der Handlung und Schiffarth durch ungebührliche und abgenöthigte aus- und einladen / ausſchiffen und ausſchütten des Getraides und anderer Güther merckliche groſſe Beſchwehr- und Verhinderung verurſacht und zugefüget wird.** quæ verba jam in Capitulatione Ferd. IV. art. 19. reperiuntur: ſed
34 etiam telonium ſæpe prohibitum, vel æquè grave onus prætervehentibus ſive expreſſò ſive ſuppreſſô nomine vectigalis & ſub aliô prætextu imponitur, **daß zwar der Nahm des Zolls bißweilen nicht gebraucht / ſondern nur unter dem Mißbrauch einer Niederlage und Staffel-Gerechtigkeit / oder ſonſten von den auff- und abfahrenden Schiffen und Waaren eben ſo viel als wann es ein rechter Zoll wäre / erhoben** / quod primâ vice Capitulationi Ferdi-
35 nandi III. art. 20. inſertum. Hinc æquè hîc cavetur, ne cui Jus Stapulæ aliter concedatur, quàm cum Conſenſu Electorum tali, qualis circa Conceſſiones novorum vectigalium requiritur. Scilicet ut & ille impetretur in Conventu Collegiali Electorum per unanimia ipſorum ſuffragia audianturque deſuper vicini, nec eorum eam in rem Conſilia ſpernantur.

36 §. 7. Præterea in Conceſſionibus novorum vectigalium & conſequenter juris Stapulæ Rex Romanorum unà cum Electorali Collegio ſe proviſurum promittit. Ne Electoribus, Principibus & Sta-

& Statibus Imperii imminuantur reditus quos ex ſuis teloniis ri-
tè jam quæſitis percipiunt, neve damnum inde patiantur, de
quô primâ vice in Capitulatione Leopoldinâ art. 21. eſt proſpe-
ctum. Uti enim juſtitiæ adverſatur, alteri per alterum ini- 37
quam con ditionem ſine ipſius facto inferri. *L. Non debet. 74. ff.
de R. J.* ita ut nec ſummus Princeps id facere velle præſumatur,
ſed potius omne privilegium omnisque conceſſio ſalvô jure
tertii dari cenſeatur. Itaque hîc in conceſſionibus vectigali-
um novorum veterumque augmentis, auctorumque prorogα-
tionibus idem ſubintelligi convenit.

§. 8. Si quis ergo neglectis his neceſſariis requiſitis, 38
Conſenſu ſcil. Electorum Collegiali & Unanimi, nec auditis
prius Statibus vicinis, maximè in præjudicium ipſorum pariter
ac commerciorum nova vectigalia vel Stapulam ſub quocunque
prætextu & nomine impetraverit, vel abſque conceſſione le-
gitima propria authoritate uſurpaverit; contra eum varia in no-
ſtro textu remedia ſunt conſtituta. Primò enim declarantur 39
ejusmodi conceſſiones & uſurpationes omninò nullæ & irritæ,
ita ut nullum Juris effectum habere poſſint; Unde 2. Electori- 40
bus Imperii conceditur, ut via facti ab illo gravamine ſe libe-
rent, ibi: **Jedweden des Heil. Röm. Reichs Churfürſten / welcher
ſich damit beſchwehret befindet / frey und bevorſtehn / ſich ſolcher Be-
ſchwehrung / ſo gut Er kan / ſelbſt zu entheben /** quod jam in Capitu-
latione Ferdinandi III. art. 20. diſpoſitum reperitur. Et licèt 41
in Monitis Statuum Communibus ad Capitulationem Cæſaream
A. 1658. d. 17. & 27. Aprilis exhibitis idipſum ad reliquos Prin-
cipes & Statûs voluerit extendi prout videre eſt ap. A. **der Grund-
feſte** *part. 3. c. 3. pag. 230.* textus tamen hactenus non eſt muta-
tus, ideo fortè, ne ſine neceſſitate turbis & motibus bellicis oc- 42
caſio daretur in Imperiô Romanô, ſi unicuique Statui libe-
rum eſſet viâ facti procedere, cùm gravatis remedia Juris pro-
ſtent. Unde etiam 3. promittit Rex Romanorum ſe omnes 43
ejusmodi

Digitized by Google

ejuſmodi conceſſiones & Uſurpationes Vectigalium novorum
& ſimilium quamprimùm ſceptra Imperii ſuſceperit, ſublatu-
44 rum, & 4. denique mandata ſine clauſulâ & alia remedia ſive
juris ſive facti adhibiturum, quò illa omninò tollantur, nec in
poſterum rurſus introducantur vel exerceantur.

45 §. 9. Diſpoſitio verò hæc circa Conceſſiones Vectigali-
um, eorumque prorogationes, cum Conſenſu Collegii Electora-
lis unanimi faciendas limitatur (1.) in ipſis Electoribus, ibi:
**Jedoch unbeſchädigt denen Churfürſten des Reichs ertheilter Zoll-**
Conceſſio**nen**/Prorogatio**nen und** Perpetuatio**nen**/ quæ Cl. pri-
mitus in Cap. Leopoldi, artic. 21. inſerta reperitur. Sicut enim
Electores antiquâ laudabili & approbatâ conſuetudine, diu-
turnique ac longiſſimi temporis curſu habuiſſe dicuntur jus Ve-
46 ctigalium in A. B. c. 9. §. 2. Ita etiam expreſſis verbis idipſum
ibi confirmatum eſt, adeò, ut licet conceſſionem ſolennibus
ſupra ex Capitulatione requiſitis factam allegare nequeant;
jure tamen illô merito gaudere dicantur Electores, non tan-
47 tùm in compenſationem laborum, quos pro Imperiô ſuſti-
nent, uti notat Carpzov. *ad L. R. cap. 8. ſect. 4. n. 5.* Sed et-
48 iam quod conſenſu Statuum Comitiali illa qualisqualis conceſ-
ſio ſit approbata, uti conſtat ex collatione d. textûs A. B. cum
præſat. A. B. in fin. Quod de perpetuatione Vectigalium Ele-
ctoribus aliisque indultâ in textu dicitur, ſine dubio ad Oppi-
49 gnorationes Vectigalium Electoribus, Principibus & aliis Im-
perii Statibus olim factis reſpicit, quas inprimis Hiſtorici Caro-
lo IV. qui centum millia aureorum ſingulis Electoribus promiſſa,
ut filium Wenceslaum ſibi ſucceſſorem deſignarent, aliter
ſolvere non potuerit, adſcribunt; vid. Crantz. *in Vandal. c. 44.*
50 & Dubrav. *in Bohem. lib. 22.* Carpz. *d. l. n. 10.* Uti enim Oppigno-
rationes rerum Imperii reluitioni non ſubjacent, niſi Conſen-
ſu Electorum, Principum & Statuum Imperii expreſſè aliud ſit
diſpoſitum; vid. Inſtr. P. *art. 5. §. 9. vers.* ***Omnia quoque Mona-***

***ſteria***

*ſteria*, ibi: *Quoad oppignorationes Imperiales* & Capit. Impp. *art.
3.* adde *quæ ſupra ad d. art. 3. §. 5. ſunt dicta.)* adeoque eatenus
illæ perpetuæ ſunt redditæ. Ita de Vectigalibus Imperii per 51
vocem *Perpetuation*en heic idem innuitur. Non tamen ex di-
ctis inferendum eſt, quòd Electoribus Vectigalia nova erigere 52
vel vetera augere liceat, cùm A. B. loquatur tantùm de vecti-
galibus iis quæ præteritô tempore ſtatuta & indicta; per verba
expreſſa *d. cap. 9. §. 2.* Unde ſi tale quid intenderent Electo-
res, eadem omninò ſolennia tunc eſſent obſervanda, de quibus
ſupra eſt actum; prout obſervat Rumelin. *ad A. B. Diſſ. 8.
th. 20.*

§. 10. Porrò & (2.) diſpoſitio præſens limitatur in iis 53
Vectigalibus & Stapulis, quæ Statibus Imperii nec non Nobi-
litati immediatæ ſunt conceſſæ ab Impp. antequam conſen-
ſum Electorum eò neceſſarium eſſe, per Pacta & Capitulatio-
nes ſancitum erat. Uti enim jus Majeſtaticum olim ad Imp. 54
ſolum ſpectavit, per ea quæ *ſupra* §. 2. ſunt dicta; *addatur tex-
tus ex 2. F. 56. Quæ ſint Regalia & l. Vectigalia. 10. ff. de Publi-
can.* Ita ante limitatam Cæſaris poteſtatem ipſe ſolus firmi-
ter aliis concedere hoc ipſum potuit. Quemadmodum in 55
textu non ſolum hæc & ſimilia Statuum Jura atque Privilegia
intacta relinquuntur, ſed etiam confirmatio ipſorum promitti-
tur, & propterea ad art. III. Capitulationis ſupra tractatum pro-
vocatur. *vers.* **Doch ſoll denjenigen** Privilegien **2c.** quæ ipſa Clau-
ſula prima vice Capitulationi Ferdinandi IV. art. 19. eſt inſerta,
& poſtea in reliquis continuata.

§. 11. Denique & (3.) diſpoſitio præſentis textus limi- 56
tatur in illis caſibus, quando olim Vectigalia ſunt conceſſa ab
Imperatore cum conſenſu majoris ſaltem partis Electorum, per
verba: **ohnbeſchädigt deren vor dieſem von dem mehrern Theil des
Churfürſtl.** Collegii **bewilligter und von unſern Vorfahren / Röm.
Käyſern ertheilter Zoll**; Conceſſionen **2c.** quod primum legitur

 in

57 in Cap. Leopoldi art. 21. Supra enim §. *3. adh. art.* jam dictum eſt, demum per Capitulationem Leopoldinam Conſenſum Unanimem Electorum fuiſſe requiſitum; Itaque dum Leges
58 futuris dant formam negotiis, non ad facta præterita revocantur per *L. 7. C. de LL.* Sic etiam Conceſſiones teloniorum ante tempora Leopoldina cum Conſenſu quidem Electorum, non tamen unanimi, datas, per noviores diſpoſitiones non labefactari, æquiſſimum eſt.

59 §. 12. Quoniam ergo hic articulus de Conceſſionibus Vectigalium & ſimilium Jurium agit & docet quòd hodiè non niſi cum Conſenſu Electorum Collegiali & Unanimi exerceri debeant, verum ſi ſecus id fiat, nullæ illæ ſint atque irritæ; Hinc ſequitur, hunc articulum maximam partem eſſe regiæ poteſta-
60 tis *limitativum*, niſi quoad limitationes illas, ubi conceſſiones à ſolis Imperatoribus factæ confirmantur & approbantur, *normativum* illum dicere velimus.

* *
*

COM-

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICVL. XXI.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JVRE ET OFFICIO REGIS ROM. CIRCA GABELLAS CIVITATVM, QVÆ SPECIEM VECTIGALIS HABENT.*

## SUMMARIA.

I. *Articulus hic continet extenſionem & ampliationem proximè præcedentis.* 1. 2.

*Vox* Gabellæ *latè omnem exactionem publicam ſignificat.* 3.

*Conjectura de ejus origine ſ. etymologiâ.* 4.

*Quid in textu ſub illa comprehendatur.* 5.

*Gabellas etiam exigunt municipales.* 6.

II. *Quinque rationes allegantur, cur ſint prohibitæ.* 7.

III. *Remedia contra easdem præcipuè tria adducuntur.* 8.

*I. Eſt Informativum.* 9.

*II. Operativum.* 10.

*Procurator fiſci contra tales Gabellarum exercitores agere jubetur.* 11.

*III. Eſt permiſſivum.* 12.

*Disquiritur, cur hic omnibus Imperii Statibus ferè idem liceat, quod in præc. art. ſolis Electoribus eſt permiſſum?* 13.

*Controverſia de Gabellis* Civitatum *orta turbas adeò magnas concitare non ſolet.* 14.

IV. *Superior diſpoſitio* limitatur *in Gabellis quæ rebus conſumtibilibus imponuntur.* 15.

Acciſiæ *unde dicantur?* 16.

*Si nim. Civibus non peregrinis imponantur.* 17.



Digitized by Google

*Ratio petitur à naturâ Superioritatis territorialis.* 18.

*Licet idem jus nonnulla Municipales quoque exerceant.* 19.

V. Limitatur *etiam in illis Civitatibus, quæ legitimâ poſſeſſione ſunt* [illegible]. 20.

*Ratio ſuppeditatur.* 21.

VI. *Articulum hunc totum eſſe* normativum *ac Regiæ poteſtatis confirmativum docetur.* 22.

## §. I.

1 IN Capitulationem Ferdinandi IV. art. 20. totus noviter ingreſſus eſt extenſionem & ampliationem proximè præcedentis articuli continens, quæ poſtea in ſubſequentibus Capitulationibus Leopoldi art. 22. & Joſephi art. 21. continuata & hinc inde aucta. Comprehendit verò illa ampliatio
2 Jus & Officium Regis Romanorum circa *Gabellas* ſeu
3 Exactiones Civitatum illas, quæ ſpeciem Vectigalis habent. Gabella enim latius & generaliter ſumta omnem exactionem publicam, inprimis verò ſpecies complures vectigalium comprehendit, uti obſervat Gutierrez. *in Tr. de Gabell. qu. 1. n. 12.* poſt Covarruv. *in Tom. I. Relect. ad c. Peccatum part. 2. §. 5. de Reg. Jur. in 6. n. 1.* & diminutivum eſſe videtur Germanicæ vo-
4 cis **Gabe** / unde eam quoque derivat Petr. Frider. Mindan. *de*
5 *Proceſſ. lib. 2. c. 42. n. 15.* In textu illæ Impoſitiones recenſentur, quæ à rebus & mercibus importandis, transportandis & exportandis, frumenrô, vinô, ſale, pecoribus aliisque **unter dem Nahmen der** Accis, **Umbgeld / Niederlag / Stand-und Marck-Recht / Pforth / Brücken- und Weg- Kauff- Hauß- Renten- Pfla-**
6 **ſter- und Zent-Gelder** &c. non tantum à Civitatibus Imperialibus ſed & ab aliis Civitatibus, nempe municipalibus, exiguntur.

7 §. 2. Cùm verò hæ Gabellæ & Exactiones extorqueantur (1. propriâ authoritate per verba textûs, ibi: **neuerlich unternommen / und noch** de factô **ſich unterſtehen.** (2.) viâ facti,

arreſta-

arreſtationibus nimirum, repreſſaliis & ſimilibus mediis, in Imperio prohibitis (3.) Illæque in ſpeciem vectigalis novi, propter eaque illiciti incidant, (4.) Electoribus, Principibus & Statibus eorumque Subditis pariter ac mercatoribus valdè nocivæ: Atque adeo (5.) libertati Commerciorum immane quantum derogent; (quæ rationes omnes in textu habentur) hinc non immeritò contra illas exactiones heic cavetur.

§. 3. *Remedia* verò contra ejusmodi impoſitiones illicitas in textu recenſentur; I. *Informativum* vocare liceat, dum Rex Romanorum promittit ſe curaturum, quò de iſtiusmodi Gabellis earumque gravamine & abuſu à Statibus vicinis ante omnia ritè informetur; (quod ipſum primâ vice in Capitulatione Leopoldi art. 22. reperitur;) II. Eſt *Operativum*, quando ſcilicet præviâ informatione promittit (1.) quod illas omninò & ſine morâ tollere; (2) transgreſſores punire & (3.) Procuratori Fiſci demandare velit, quò contra tales Gabellarum exercitores vel ex habitâ informatione vel ad denunciationem cujuscunque, unâ cum denunciante, vel absque eôdem, jure agat & procedat; idque ſimiliter in Capitulatione Leopoldi primum legitur; quod verò de denunciatione & denunciante dictum, Capitulationi Joſephi noviter eſt adjectum. Denique III. remedium eſt *permiſſivum*, ubi unicuique Electori, Principi & Statui Imperii, quin & Nobilitati Imperii immediatæ liberum fore aſſeritur, ut ejusmodi oneribus ſemet ipſi ſubtrahant, & immunes faciant; quæ diſpoſitio jam in Capitulatione Ferdinandi IV. habetur, niſi quod Leopoldinæ Clauſula de Nobilitate Imperii liberâ ſit inſerta. Notabile eſt, Statibus hîc omnibus imò & Nobilitati immediatæ id juris concedi, quod in præcedenti articulô ſolis tribuitur Electoribus; cujus diverſitatis ratio hæc fuiſſe videtur, quòd dum hic cum Civitatibus, etiam municipalibus, de Gabellis & exactionibus minoribus res eſt, non tam facilè turbæ bellicæ ſint metuendæ,

8 9 10 11 12 13

14 endæ, quàm ſi circa Vectigal Principis alicujus, quod majoris eſt
momenti, lites obtineant, & ibi viâ facti ſit procedendum.

15 §. 4. Limitatur verò *(1.)* quoad Gabellas illas, quæ *re-
bus conſumtibilibus*, Vino, Cereviſiæ, Carnibus &c. im-
16 ponuntur, quò tanto magis ab inutili conſumtione Ci-
ves abſtineant, & *acciſæ* vel acciſa (ab accido, h. e.
attenuo vel circumcido, uti obſervat Myler. *de Princ. & Stat.
Imp. cap. 65. th. 2.*) dicuntur, eò quòd pretio rebus vendibilibus
17 impoſito aliquid accidatur: Quando nimirum tales Gabel-
las civibus ſuis Magiſtratus Civitatum imponunt, nec pere-
grinos, uti vectigalia directò tangunt; per verba textûs **den
unmittelbahren Reichs-Stätten auff Ihre angehörige Bürger-
ſchafften / wegen der** Conſumtio**nen etwas ohne Berührung Scha-
den oder Nachtheil der Frembden zu ſchlagen/ ohnbenommen**; Quæ
18 verba jam in Capitulatione Ferdinandi IV. conſpiciuntur. Sic-
ut enim ejusmodi Gabellas ſubditis imponere, Statibus Impe-
rii vi juris territorialis competit, cùm rationem & ſimilitudi-
nem collectarum habeant, uti latè hoc deducit Knipſchild.
*lib. 2. cap. 19. n. 7. ſeqq. de Civ. Impp.* add. Beſold. *Conſil. 234.*
19 Myler. *d. l.* Ita & Imperii Civitatibus iſthoc jus (quod etiam
Civitates quasdam Municipales propter paucitatem & exigui-
tatem pretii exercere notat Knipſchild *lib. 2. c. 3. n. 123. & c.
19. n. 23.* & Klock. *de Contribut. c. 3. n. 123. & c. 5. n. 121. ſeqq.*)
20 confirmari, manifeſta æquitas poſtulabat.

§. 5. *Limitatur* etiam 2. in iis Civitatibus, quæ Ga-
bellas ante motûs bellicos exigere conſuevêre, ac proinde jus il-
las exigendi legitimâ poſſeſſione, vel quaſi, acquiſivêre, in
21 verb. **Ohne** Præjudi**ß deſſen / ſo ſie vor denen Kriegs-Jahren in
rechtmäſſiger Ubung und Herbringen geweſen.** Uti enim pro iis præ-
ſumtio juſtitiæ & poſſeſſionis non vi, clam aut precariò impetra-
tæ militat; Ita in ejusmodi juris exercitio per LL. publicas, &
22 Capitulationem quoque præſentem tutandi omninò fuêre.

§. 6. Dum ergò hic articulus verſatur circa illiciti Ve-
ctigalis

ctigalis uſurpationem abolendam, ne Commerciorum libertati præjudicium fiat, adeoque ad Jus & Officium Regium tenor ejusdem pertinet. Hinc totus eſt *normativus* & regiæ poteſtatis *confirmativus*, nec quidquam Majeſtatis Cæſareæ in eo limitatum eſt.

# COMMENTATIO AD *ARTICUL. XXII.* CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE IVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA IMMVNITATEM ELECTORVM à VECTIGALIBVS & CIRCA FLVMINA PVBLICA.*

### SUMMARIA.

I. *PRopoſitum hujus Articuli.* 1.

*Quibus immunitas à Vectigalibus ipſo jure competat?* 2. 3. *& per tot. §phum.*

*Privilegiato aliorum non immunium res ſuis admiſcente, utraq; in commiſſum cadit.* 4.

*Viduæ Legatorum ad Comitia, eadem immunitate gaudent.* 5.

*Immunitas perſonarum Cameralium ad liberos extendi voluit.* 6.

*Nobiles immediati eam habent ex ſpeciali privilegio.* 7.

*Quid olim in Præſidibus provinciarum fuerit obſervatum.* 8.

II. *Extenſio harum immunitatū.* 9.

*Inprimis quoad Electores, eorumque Legatos, Conſiliarios, &c.* 10.

*Quanquam & aliorum vel Statuum vel Subditorum Imperii* pri-

*privilegiatorum hic ratio habeatur.* 11.

*Ut proinde & his extenſio proſit.* 12.

III. *Quid igitur præcipui juris hic habeant Electores eorumque ſubditi?* 13.

*Vocabula:* **Waaren und Güther**; *etiam res ad mercaturam deſtinatas à Vectigalibus immunes eſſe declarant.* 14.

*Conjectura de cauſa impulſiva hujus privilegii.* 15.

IV. *Tenor harum immunitatum ut & effectus ac ſecuritas illarum explicatur.* 16. 17. *& ſeqq.*

*Verbum promittendi in articulo omiſſum effectui nihil derogat.* 18.

*Securitas in quo conſiſtat.* 19.

*Literæ* Reverſales *Electoribus ſunt edendæ.* 20.

*Exemplum Comitis Oldenburgici.* 21.

*Qui moras nectunt, Regia adhortatione ad id compellendi.* 22.

*Has Literas in poſterum edi neceſſe eſt, antequam diploma conceſſionis quis impetraverit.* 23.

V. Limitantur *dicta, ut ſaltem obtineant in illis, qui conceſſiones ſub tali* conditione *&* modo *impetrarunt.* 24.

*Qui ſimpliciter impetrarunt, perſonis ipſo jure quidem privilegiatis non præjudicant.* 25.

*Præjudicant tamen aliis, quibus in hoc articulo ſingulariter non eſt proſpectum.* 26.

*Nec ad Reverſales obligantur.* 27.

VI. *Illuſtrantur ea, quæ ſupra in proximè præcedentibus articulis ſunt tradita.* 28.

*Scilicet Rex Rom. promittit*

1.) *à Directoribus Circulorum certiorem rei notitiam ſe petiturum.* 29.

2.) *denegaturum literas promotoriales ad Electores* 30.

*Ratio ſubnectitur.* 31.

VII. *Promiſſio circa tollenda impedimenta fluminum publicorum declaratur.* 32.

*Occaſio hujus capituli inquietus olim Belgii Status.* 33.

*Capitulationi Matthiæ primitus id eſt inſertum.* 34.

*Aliter tamen expreſſum in Ferd. IV. & ſeqq. Impp. Capitulationibus.* 35.

*Per* Licentias *quid intelligatur?* 36.

VIII. *Moles Lapideæ uſum fluminis publici, & maximè navigationem impediunt.* 37.

*Germ.* **Wehr**; *dicuntur.* 38.

*Exemplū Lani fluvii apponitur.* 39.

*Quem huic capitulo novo anſam dediſſe haud levis conjectura eſt.* 40.

*Diſpoſitio generalis de fluviis in Rhenum ſe exonerantibus.* 41.

*Navigabilia flumina maximum naturæ Beneficium.* 42.

Juri communi *repugnat intra ſuos*

Digitized by Google

*os tantùm territorii fines navigationem coërcere.* 43.
*Idem reprobat textus noſter.* 44.

IX. *Articulus hic maximam partem* normativus *eſt.* 45.

## §. I.

IN art. 22. primò de Immunitate Electorum à Vectigalibus 1
agitur; deinde rurſus de vectigalibus novis eorumque augmentis, & denique de Fluminibus publicis tractatio ſuſcipitur. Immunitatem à Vectigalibus quod attinet, competit ea non- 2
nullis ipſo jure, quales ſunt (1.) Eccleſiæ, Hoſpitalia, & perſonæ Eccleſiaſticæ, in rebus propriis, de quibus nulla exercetur negotiatio, per *l. 5. & auth. Caſſa C. de SS. Eccl. auth. Item nulla communitas C. de Epiſc. & Cleric. C. quanquam de Cenſib. in 6.* (2.) Profeſſores, Doctores & Studioſi, arg. *auth. Habita C. Ne Fi-* 3
*lius pro Patre & ibi Richter.* modò non ſuis rebus aliorum non- 4
immunium res ſcienter admiſceant, ubi utræque in commiſſum cadunt, uti notat Hahn. *ad W. de Publ. & Vectig.* (3.) Res Fiſci ipſius, non verò ſi alius vectigalia conduxerit, *l. 9. §. fin. ff. de Vectig.* Hahn *d. l.* (4.) Navicularii, ſeu publicam annonam advehentes; *t. t. C. de Navicul.* & *l. 6. in fin. C. de Vectigal.* (5.) Legati ad Comitia tam univerſalia quàm particularia tendentes, juxta *L. 8. C. de Vectig.* add. Edictum Imperatoris Leopoldi Anno 1666. d. 4. Martii ad commune placitum Statuum Imperii ſpecialiter emiſſum, ubi etiam de Legatorum demortuo- 5
rum viduis, quòd eod. privilegii jure cum rebus ſuis immunes domum redire poſſint, cautum eſt, ap. Fritſchium in *Elect. Jur. Publ. c. 5.* (6.) Perſonæ Camerales, per *O. Cam. part. 1. Tit. 49. R. J. de A. 1654. §.* Hingegen 141. quam etiam immunitatem ad liberos proprios, ibi lares inſtituentes, contra Civitatem Spi- 6
renſe prætenderunt, vide hanc in rem Memorialia Statibus Deputatis A. 1654. exhibita, apud Fritſchium d. l. (7.) Conſiliarii & alii Officiales Principum, quoad res proprias, per *Conſt. Im-*

 *perii*

*perii de A. 1500.* §. Item **ſollen** & *R. J. Wormat. de A. 1521.* §. Item
7 **ſollen auch** 2c. (8.) Nobiles Imperii Immediati ex Privilegiis
Imperatorum conceſſis, quæ vide apud Henricum Klockium,
*de Vectigalium jure, th. 31. Lit. B.* & multò magis (9.) Ipſi Prin-
cipes & Statûs Imperii res ad proprium uſum advehi curan-
8 tes; cùm & Præſides Provinciarum apud Romanos fuerint im-
munes, quoad illas res, de quibus libellum prodidêre, in quô
res erant deſcriptæ *L. 4. §. 1. ff. de Publ.* vid. Wehner. *in Obſ.
Pract. voce* **Zoll** / fruſtra diſſentiente Henrico Klockio *d. L.
th. 30.*

9 §. 2. Hæ immunitates adeò & Privilegia etiam quo-
ad nova telonia, veterumque augmenta, vel prorogationes in
hôc articulô ſunt confirmata; inprimis verò expreſſa Electo-
10 rum eorumque Legatorum & Conſiliariorum in textu fit men-
tio; incluſis etiam viduis, & heredibus, nec non famulis ac do-
meſticis eorundem; ibi: **Deren Geſandte und Räthe / und deren
Wittibe bey Ihrem Ein- und Abzug** 2c. qui paſſus primâ quidem
vice Capitulationi Joſephi eſt inſertus: Cætera tamen in Capi-
tulatione Ferdinandi II. art. 18. jam leguntur & poſtea in Ferdi-
nandi III. reliquiſque Impp. Capitulationibus continuata ſunt.
Unde & Limnæus *ad d. art. 18 Cap. Ferd. II.* aſſerit, dictum arti-
culum potiſſimum in gratiam Electorum eſſe adjectum; Verùm
11 quia verba: **und andere gefreyete Perſonen** / omnes alios immuni-
12 tate gaudentes denotant, meritò nec illos hîc excluſos dici-
mus, inprimis cum Rex Romanorum alibi quoque, maximè
verò in art. III. Statuum aliorumque Imperii ſubditorum privi-
legia confirmet.

13 §. 3. Hoc tamen Electoribus ſingulatim in Capitulati-
one hîc conceſſum videtur, quòd eorum Subditi indiſtinctè
cùm ſuis bonis, etiam quæ mercaturam ſpectant, declarentur
immunes à novis iſtis vectigalibus veterumque augmentis, eo-
rumque prorogationibus, ibi: **Wie auch Ihre Unterthanen / und
derſel-**

Digitized by Google

**derſelben Haab und Güther nicht beſchwehren.** Item **mit ihren**
**Waaren und Güthern zollfrey durchpaſſiren/ verfahren und trei-**
**ben laſſen.** Innuit enim hoc non tantum generale nomen
ſubditorum, ſed etiam voces **Waaren und Güther**/nec non 14
verba **mit Ihren Waaren verfahren und treiben laſſen.** Nam ta-
les actus & negotia: **Waaren verfahren oder verführen/treiben &c.**
h. eſt mercium transvectio, alienatio &c. mercatorum ſunt
quaſi proprii; adeoque ad hos quoque illa immunitas exten-
denda eſſe videtur; quod ſine dubiô tam in odium novorum 15
teloniorum, quam etiam referendæ Electoribus gratiæ causâ,
quod in illa telonia nova veterumque augmenta horumque
prorogationes conſenſerint, ita conſtitutum.

§. 4. Immunitates autem illæ, quibus gaudent Electo- 16
res eorumque Miniſtri & Subditi, nec non aliæ perſonæ Privi-
legiatæ, ſupra tactæ, quibusque eximuntur à novis teloniis ve-
terumque augmentis horumque prorogationibus, partim in
articulô recenſentur, partim etiam ſecuritas ſuper iisdem pro-
mittitur; Scilicet Rex Romanorum ſe curaturum pollicetur, 17
Ne illi, qui impetrarunt nova telonia & augmenta veterum,
Electores aliasque perſonas privilegiatas (1.) iisdem gravent &
onerent, ſed (2.) permittant ac patiantur, ut ubique cum bo-
nis & mercibus ſuis immunes tranſire easdemque liberè trans-
vehere & agere poſſint, **Mit Ihren Waaren und Güthern zoll-**
**frey durchpaſſiren/ verfahren und treiben laſſen**/ & (3.) ut cum aug-
mentis teloniorum ad præſcriptum modum nec ultra proce-
dant. Hæc enim videtur genuina mens eſſe articuli, quam-
vis propterea, quod verbum promittendi vel ſimile erat omiſ- 18
ſum, textus hîc paulò obſcurior ſit; Securitas verò, & quod 19
immunitatibus illis revera gaudere debeant dictæ perſonæ,
conſiſtit (1) in *literis Reverſalibus*, quibus ſe obligare Electori- 20
bus debent, qui nova telonia obtinuere; Quando prius de ipſa-
rum formulâ eſt conventum. Unde cum annô 1619. Comes 21

Oldenburgicus Conſenſum Electorum ſuper novô vectigali exigeret, ab iisdem reſponſi locô accepit, **daß Er zuforderſt eine leidliche Zoll-Rolle begreiffen / und dieſelbe dem Churfürſtl.** Collegio ad referendum & approbandum **eingeben und vermittelſt ſonderbarem deßwegen verglichenem** Revers **genugſame Verſicherung thun ſolte / daß durch den neuen Zoll die Chur-Fürſten ſambt dero Unterthanen im geringſten nicht belegt noch beſchwehret / ſondern allerdings für ſich und Ihre Waaren frey und unauffgehalten ſeyn und bleiben thäten.** Uti notat Limnæus ad Capit.
22 Ferd. II. art. 18. in fin. (2) in eo quod Rex Romanorum promittat, ſe iſtos, qui in edendis hujusmodi literis Reverſalibus moras nectunt, adhortaturum & compulſurum, ut illas quamprimum Electoribus offerant; & (3) Illis qui in poſterum telonia nova veterumque augmenta horumque prorogationes impe-
23 traturi ſunt, diplomata conceſſionum nec editurum, nec expeditioni demandaturum, donec hæ Literæ Reverſales Electoribus reverà ſint traditæ, quæ cautelæ & reſtrictiones omnes jam in Capitulatione Ferdinandi II. art. 18. & ſubſeqq. Impp. indiſtinctè omnium habentur.

§. 5. Hoc tamen de illis ſaltem impetrantibus intelligendum eſſe videtur, quibus nova telonia, veterumque aug-
24 menta, horumque prorogationes *ſub tali conditione & modò* ſunt conceſſa, per verba textûs: **denen von unſern Vorfahren / mit dieſer Maaß und Vorbehaltung neue Zöll gegeben** / &c. Unde concluditur, quòd illi, qui ſimpliciter & absque ejusmodi conditionibus dicta jura impetrarunt, quanquam perſonis ipsô
25 jure privilegiatis iisdem præjudicare non poſſint; alios tamen,
26 quibus in hôc articulô ſingulariter proſpectum, quales ſunt Electorum Subditi, mercatores aliique, inter oneratos repu-
27 tare valeant, quemadmodum nec ea, quæ de literis reverſalibus ſunt ſtatuta, ſimpliciter privilegiatos urgere poſſunt.

28 §. 6. *Alterum*, quod in hôc articulô tractatur, inſignem illu-

Digitized by Google

illuſtrationem continet articuli XX. ſupra traditi, atque iterum novorum teloniorum conceſſiones veterumq; augmenta & prorogationes aliasq; Exactiones & Gabellas tangit. Poſtquam enim in d. art. XX. & ſeq. hæc ſunt prohibita, niſi *(1.)* cum conſenſu Electorum unanimi & auditis vicinis ſint impetratæ, vel etiam (2) olim ſint conceſſa, antequam Electorum conſenſus unanimis fuit neceſſarius, vel *(3)* Gabellæ tales ſint, quæ vi juris territorialis rebus conſumtibilibus impoſitæ. Hinc ut de uniuscujusque talia prætendentis jure clariùs conſtet, à *Directoribus* 29
*Circulorum* ſingulorum primò certiorem rei notitiam ſe petiturum Rex Romanorum promittit & acceptâ ab iis ſpeciali deſignatione, cum Collegiô Electorali de abolitione & reductione communicationem inſtituturum, quod ipſum primitus Capitulationi Ferdinandi IV. art. 21. eſt inſertum. Deinde quo- 30
que promittit, quòd literas promotoriales & interceſſionales ad Electores denegare velit illis, qui ejusmodi nova telonia abs ſe ſint efflagitaturi; idq; jam in Capitulatione Maximiliani II. art. 9. cautum, ac in ſequentibus repetitum eſt. Scilicet
liberrimus hâc in re Conſenſus Electorum eſſe, nec precibus aut 31
interceſſionibus Romanorum Regis provocari debet, cum preces tales ſint armatæ, uti eas appellat Menochius *in Arbitr. Quæſt. lib. 2. cas. 461. n. 20.* & verum illud proverbium: *Cogit rogando, qui rogat potentior*, vid. Gloſſ. *ad l. 1. §. 1. ff. Quod juſſu.* notante Limnæo *ad Capit. Max. II. d. art. 9.* Quapropter interceſſiones ejusmodi ac promotoriales meritò precatoribus ſe denegaturum dicit Rex Romanorum, ut adeò *artic. 20.* ſupra tractatus egregiè ex hôc articulô illuſtretur.

§. 7. *Tertium* denique hujus articuli caput de fluminibus publicis & navigabilibus inque iis factis Commerciorum & navigationum impedimentis, tam mobilibus quàm ſtabilibus, agit. *Quoad illa* promittit Rex Romanorum, quod 32
pati nolit, ut in fluminibus navigabilibus naves armatæ, ad



Digitized by Google

ſiſtendum præternavigantes expoſitæ inveniantur, vel Licen-
tiæ aliæque exactiones inſolitæ poſtulentur, quæ liberum com-
merciorum uſum impediant, & Electorum, inprimis verò eo-
rum, qui ad Rhenum degunt, Regali juri detrahant, eidem-
33 que ſint nociva. Dedit huic Capitulo occaſionem, qui tem-
pore Matthiæ Imperatoris extitit, inquietus Belgii Status, dum
nimirum Belgæ proprio conatu niſuque impoſuerunt Rheno
naves milite machiniſque bellicis inſtructas, quibus præterna-
vigantes mercatores & nautas variis exactionibus in maxi-
mum Electorum Rhenanorum præjudicium vexabant, & Com-
34 merciis remoram injiciebant. Unde Capitulum ſpeciale con-
tra iſtam Belgarum audaciam Capitulationi Matthiæ *art. 20.*
eſt inſertum, ibique cautum ut Rex Romanorum ipſe pariter
ac cum Conſenſu Electorum ſolicitus ſit, quò malo huic re-
medium paretur, naves iſtiusmodi ab Imperii finibus arcean-
tur, idque in poſterum non habeat, quod ſibi ab illis metuat;
quæ diſpoſitio in Capit. Ferd. II. art. 19. & Ferdin. III. art. 22.
35 eſt repetita. Sed quia hi Belgarum conatûs poſtea deſiêre,
in Ferdinandi IV. Cap. art. 22. omiſſâ ſpeciali diſpoſitione, id
Capitulum generaliter conceptum, & præter Rhenum Rhe-
nanosque Electores ad alios quoque fluvios navigabiles, & ad
reliquos Electores, quorum intereſt, remedium mali exten-
ſum, pariterque in Capitulatione Leopoldi art. 23. ac in præ-
ſenti articulò Joſephi repetitum eſt, adeò ut nec Conſilii Ele-
ctorum amplius in diſpoſitione hâc generali mentio fiat, ſiqui-
dem hæc res ad defenſionem Imperii ſpectat. Dicuntur ve-
rò naves illæ in textu, **Auslager / dieweil es in das Waſſer und**
**Ströme ausgelegte Schiffe ſind / die vorbeyfahrende anzuhalten.**
36 Per Licentias vero intelligimus, **die Licenten** / quæ dicuntur à li-
centiâ, cum nemo per ea loca tranſire, aut merces vehere
poſſit, niſi qui licentiam tranſeundi vehendive obtinuerit ab
illô, qui loci Dominus eſt. Quæ Licentia cum literis paten-
tibus

Digitized by Google

tibus non ſine magnô ære acquiſitis impetretur, & præterea,
dum literæ illæ ad naves fuêre exhibitæ, ulterior licentia aliô
ære fuerit impetranda, pro gravi exactione non immeritò ha-
betur. vid. Limnæum *ad Capit. Matthiæ art. 20. voc.* **Licenten** *&*
**Auslager.**

§. 8. *Stabilia* Impedimenta navigationibus & Com-
merciis in fluminibus publicis facta, ſunt moles illæ lapideæ 37
ad cogendas aquas pro molendinorum aliorumque operum uſu
commodiori in fluviis ædificatæ & curſui aquarum oppoſitæ,
Germanicè **Wehr /** dictæ; Hiſce enim fieri ſolet, ut naves ne- 38
que ſecundo neque adverſô flumine liberè tranſire valeant,
ſed curſum ſiſtere cogantur. Quemadmodum in Lanô flu- 39
viô hanc urbem præterlabente obſervare licet, quippe qui
propter illas moles & impedimenta alia quamplurima ultra De-
ciam (**Diets**) cum Reipublicæ & vicinorum inſigni damnô,
navigabilis non eſt. Qui etiam fluvius ſine dubio novo huic Ca- 40
pitulo, quod primitus Capitulationi Joſephi eſt inſertum, ad in-
ſtantiam Eminentiſſimi Electoris Trevirenſis occaſionem dedit.
Præ reliquis enim per aliquot annos ſolicitus fuit dictus Elector
Reverendiſſimus, ut Lanus Marpurgum usque redderetur na-
vigabilis, quam etiam ob rem cum vicinis Statibus urbibusque
plures conſultationes ſunt habitæ; verùm ſucceſſui felici ut
plurimum obſtitêre frequentes illæ moles lapideæ in Lano con-
ſpicuæ. Unde generaliter hîc diſponitur de fluviis in Rhe- 41
num ſe exonerantibus, ut ſiquidem navigabiles reddi poſſint
ulterius, quàm hactenus factum eſt, Rex Romanorum id age-
re velit, ne propter utilitatem privatam per ejusmodi moles id
impediatur, ſed illæ ita exſtruantur, quò liberè naves & abs-
que impedimentô permeare queant. Eſt enim egregium ma- 42
ximumque naturæ beneficium, **eine von GOTT verliehene
ſtattliche Gelegenheit und** Beneficir**ung der Natur /** uti loquitur
textus, ſi territorium alicujus navigabilia complectitur flumi-

na. Nam ſicuti nulla Civitas, nullus hominum cœtus, ſine Commerciis commodè ſubſiſtere poteſt: ita, cùm inprimis ea augeantur navigationibus, hæ Reip. valdè ſunt proficuæ, imò neceſſariæ; vid. Joh. Ferrarius Montanus. *lib. 5. de Republ. cap. 5.* ubi laudem rei nauticæ pluribus proſequitur. Nec beneficium illud uni vel alteri ſaltem Statui Imperii eſt conceſſum, ſed omnibus, quos fluvius ille alluit: Hinc nec ab unô vel alterô propter utilitatem ſuam privatam navigatio illa
43 coërcenda eſt, vel impedienda, maximè cùm hoc juri communi repugnet, *l. 1. pr. & §. 7. ff. de A. R. D. l. 8. ff. de Aq. & Aq. pluv.* in quo ſe fundat textûs noſtri deciſio, talia ſcil. im-
44 pedimenta in fluviis non eſſe exſtruenda, **Damit ein Stand weniger nicht als der ander ſich ſolcher ſtattlichen Gelegenheit nach Recht und Billigkeit gebrauchen möge.**

45 §. 9. Ex dictis ergo patet, articulum præſentem maximam partem non eſſe *limitativum* regiæ poteſtatis, ſed potius *normativum*, cùm ad Jus regium aliàs ſpectet, illis qui immunitatem à Vectiaglibus legitimè acquiſiverunt, eam pro virili defendere; nec concedere ut libertas commerciorum & navigationum, in Reip. perniciem impediatur. Niſi fortè ea, quæ ſupra §. 6. de communicatione cum Electoribus & conſenſu ipſorum dicta ſunt, limitationi adſcribere velis.

* *
*

COM-

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XXIII.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE IURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JUDICEM CONTROVERSIARUM CUM ELECTORIBUS DE VECTIGALIBUS EXORTARUM.*

## SUMMARIA.

I. *DUo ſunt huius articuli membra.* 1.

Primum *concernit Judicem in cauſis vectigalium Electoralium in genere.* 2.

*Camera Imperii cum Judicio Aulico non habet concurrentem Iurisdictionem in cauſis* Reſervatorum. 3.

*Nec in cauſis Teloniorum.* 4.

*Quod ſub Reſervatis in latiori ſenſu venit.* 5.

II. *Dicta extenduntur ad omnes alias exactiones.* 6.

*Nec non ad omnia inferiora Iudicia.* 7.

III. *Quaſtio proponitur: An ſolus Imperator hoc Iudicium exercere poſſit, an verò Electores in conſilium adhibere teneatur?* 8.

*Poſterius defendit Limnaeus.* 9.

*Sed argumentum ipſius non concludit.* 10.

*Ipſe mitigat ſententiam ſuam.* 11.

IV. *Cauſæ teloniorum illæ ſaltem intelliguntur, ubi Electores vel actoris vel rei vices ſuſtinent.* 12.

*Id quod explicatur.* 13.

V. *Qui præter Iudicium Aulicum, aliud quærere ſatagunt, duplici remedio coercentur.* 14.

 Alterum

Alterum *eſt à parte rei conventi.* 15.
Alterum *à parte Regis Rom.* 16.

VI. *In* ſecundo *hujus articuli membro tanguntur cauſæ IV. Electorum Rhenanorum.* 17.
*Has ſcil. ſi fortè in Camerâ pendeant, avocaturum ſeſe promittit Rex. Rom.* 18.
*Qualis avocatio quidem regulariter eſt illicita.* 19.
*Ratio explicatur.* 20.
*Et in ipſa* Ord. Cam. *interdicta.* 21.
*Aliter tamen ſe res habet in cauſis teloniorum.* 22.
*Propter expreſſum Capit. textum.* 23.

VII. *Licet in hoc articuli membro* cauſæ vectigalium *expreſſa non fiat mentio : dicta tamen ad iſtas ſolum reſtringenda ſunt.* 24.

VIII. *Et hic quoque Articulus ſaltem* normativus *eſt.* 25.

## §. I.

1 DUO circa *Judicem cauſarum Electoralium de Vectigalibus* in hôc Articulò tractantur. Alterum de cauſis Vectigalium Electoralium in genere introducendis; alterum verò de IV.
2 Electorum Rhenenſium cauſis avocandis agit. *Primum* quod concernit, ex articulò XX. ſupra propoſito notum eſt Jus nova Vectigalia concedendi vel vetera augendi, auctaque prorogandi Imperatorem exercere cum Conſenſu Electorum. Uti
3 verò in cauſis *Reſervatorum* Imperatoris Camera Imperialis cum Imperatore ſeu Judicio Imperii Aulico non habet con-
4 currentem Jurisdictionem, ſed ſolus de iis judicat. Sic eodem modo ſe res habet in cauſis teloniorum. Neque obſtat, quod Jus Vectigalium non ſit Reſervatum Imperatoris, ſed Jus Majeſtaticum cum Electoribus communicatum ; nam quoad Jurisdictionem pari cum Reſervatis paſſu am-
5 bulat, cum non tantum in latiori ſenſu & Jura talia reſervata dicantur, ſed etiam textus noſter id apertè probet, ibi: **Vor niemand anders als Uns gehörig/** Item: **vor uns ausgeführet und erlediget werden,** quod jam in Capitulatione Mat-

Matthiæ art. 23. ſancitum, & poſtea in ſubſequentibus repetitum eſt.

§. 2. Sicut autem non tantùm vectigalia ſtrictè ſic dicta, ſed etiam aliæ ſimiles exactiones & Gabellæ, quæ ſpeciem vectigalis habent (quò ſpectant Stapulæ & alia onera ſupra propoſita, quæ de rebus importandis & exportandis, Vinô, Frumentô, ſale &c. dari ſolent, intelliguntur, quemadmodum ex verbis **Zöll und Aufſätz** colligitur; Ita nec Camera Imperialis tantùm, ſed & alia judicia inferiora hîc excluduntur; quorſum ſpectant verba: **Oder andern Gerichten mit** Ordinariis Actionibus **anſtrengen zu laſſen.** 6 7

§. 3. Sed *quæritur*, an Imperator ſolus hoc judicium exercere poſſit, an verò cæteros Electores, qui eâ in lite nec actoris nec rei vices ſuſtinent, in conſilium vocare debeat? uti quidem ſtatuit Limnæus *ad Capit. Matthiæ ad art. 23.* verb. **Vor uns ꝛc.** propterea quòd privilegia Vectigalium ab Electorum Conſenſu dependeant, cui tamen rectè contradicit Stamlerus *in Tract. de Reſervatis* §. 41. quandoquidem verba excluſiva: **Vor niemand anders als uns** / omnes alios Judices excludunt, & Imperatorem ſolum Judicem conſtituunt; Verùm hoc argumentum *Limnæi* à conceſſione Vectigalium ad poteſtatem judicandi neutiquam concludit, cùm illam communicaverit cum Electoribus Cæſar, non verò hanc; & limitatio poteſtatis Cæſareæ ſtrictè ſit impetranda, nec ultra expreſſa extendenda; diverſum enim eſt Regale jurisdictionis à poteſtate concedendi vectigalia. Tolerari tamen utcunque poteſt Limnæi ſententia, quando *ad Capit. Leopoldi art. 24. ad verba:* **Vor uns ausgeführt ꝛc.** clarius ea explicat, quæ in Commentariô *ad Capit. Matthiæ:* ibi: *vix poterit judicium exercere,* poſuerat; ſcilicet, quòd Imperator quidem ſolus ſit Judex, poſſit tamen, ſi velit, etiam Electores deſuper audire, inprimis ſi tumultus in Imperiô exinde ſint metuendi, juxta textum in *Inſtr. Pacis Oſnabrug.* 8 9 10 11



Digitized by Google

*art. 5. §. Quoad Proceſſum. 20.* adeoque libertati non neceſſitati hoc adſcribit.

12 §. 4. Intelliguntur autem hîc Cauſæ teloniorum Electorales, ſi nimirum vel Actoris vel Rei vices ſuſtineant Electores ibi: **zu rechtl. Außſprüchen** activè & paſſivè **gerichen/** non verò aliorum Statuum & membrorum Imperii, qui vectigalium jure gaudent; & quidem ſi illis ipſorumque vectigalibus fiant damnoſa, ibi: **dadurch der Churfürſten Zoll geringert oder geſchmä-**
13 **lert werden möchte.** Videlicet ſi, qui novum telonium conſenſu Electorum vel ante conſenſum Electorum introductum obtinuit, poſtea eôdem abutatur, & fortè ultra conſuetum vectigal, majorem pecuniam exigat; cùm de uſu legitimo, in quem conſenſêre, non habeant quod conqueri jure poſſint.

§. 5. Quod ſi verò his neglectis quis eò audaciæ pro-
14 ceſſerit, & Electores vel in Judiciô Camerali, vel aliis in Judiciis actione convenerit, duo in textu remedia ſunt ſtatuta. *Alterum* eſt à parte Rei conventi introductum, quòd ſcil. Elector reſpondere non ſit obligatus actioni contra ſe in illis Judiciis inſtitutæ, ſed declinare eandem optimô jure poſſit, ibi: **Kein**
15 **Chur-Fürſt ſchuldig ſich derenthalben mit** Ordinariis actionibus **anſtrengen zu laſſen;** *Alterum* verò eſt à parte Regis Romanorum; quoniam promittit, ſe adhortaturum eſſe Judicium Camerale
16 & curaturum: Ne cauſas tales accipiat, ſed Actorem à limine judicii removeat & repellat, ibi: **Derenthalben bey gedachtem Cammer-Gericht gebührende Erinnerung und Verfügung zu thun.**

§. 6. *Secundum*, quod in hôc articulô proponitur, IV.
17 Electores Rhenanos ſpecialiter concernit, quod, ſi quidem cauſæ quædam inter ipſos aliosque Imperii Statûs vel Civitates in Judiciô Camerali agitentur, ſive activè vel paſſivè ibidem pendeant, Rex Romanorum eas avocare & ad Judicium Cæſa-

reo-

Digitized by Google

reo-Aulicum devolvere velit, ibi: **Davon wiederumb ab- und an**
**unſern Käyſerl. Reichs-Hoff-Rath ziehen und** avociren; quæ diſ-
poſitio primitus Capitulationi Ferdinandi IV. art. 14. eſt inſerta,
poſtea in Leopoldinâ & præſenti repetita. Quamvis enim 19
Judicium Camerale cum Judiciô Cæſareô Aulicô concurren-
tem habeat Juriſdictionem, adeoque lis in Camerâ cœpta à Ju-
diciô Aulicô avocari non poſſit: propterea quòd Avocatio re-
gulariter ſit illicita & odioſa, docente Covarruv. *Tom. 2. Pract.*
*quæſt. c. 9. n. 1.* & Schrader. *de Feud. part. 10. ſect. 1. n. 108. ſeq.*
cùm ad turbationem juſti ordinis, captionem litigantium & 20
quandam contumeliam Judicis, penes quem lis cœpta eſt, ea
tendat, uti huc facit *L. ſi quis 30. ff. de Recept. qui Arb.* vid. Gui-
do Papæ *dec. 449.* & Gail. *1. obſ. 28. n. 2.* Mynſ. *5. Obſ. 82.* Mevi-
us *part. 2. dec. 154. & 134.* Unde in *Ord. Cam. part. 2. art. 35.* con- 21
ſtitutum eſt **Daß dem Cammer-Gericht ſein ſtarcker (oder ſtracker)**
**Lauff gelaſſen werden ſoll.** Imò etiam in *Ord. Judicii Cæſ. Aulic.*
*Tit. 2.* §. **So wollen wir auch** ꝛc. ita ſancitum: **Wir wollen unſerm**
**Cammergericht ſeinen ſtarcken Lauff laſſen / und** per avocationem
Cauſarum **nicht verhindern / wann ſolche Sachen allbereit daſelbſt**
**durch ausgewürckte und** inſinuirte Citation **anhängig gemacht**
**worden.** Et denique in *R. I. 1654.* §. **Ebenmäſſig** 166. ſub pœnâ
10. marcarum auri, & annullationis idem eſt prohibitum: Ali- 22
ter tamen in hiſce cauſis teloniorum Electoralibus ſe res habet,
quandoquidem avocatio per expreſſum Capitulationis textum 23
Cæſari non tantum conceſſa ſed planè injuncta eſt.

§. 7. Non verò in omnibus cauſis Electorum Rhenen-
ſium hactenus dicta procedunt, verùm duntaxat in cauſis te-
loniorum. Nam licèt in hoc articuli membrô nulla cauſæ 24
Vectigalium fiat mentio; ex totô tamen contextu id ſupplen-
dum, ſecundum verba textûs, **alle die jenige** Proceſs, quæ uti ſunt
relativa, ita etiam cauſas teloniorum, de quibus in anteceden-
tibus actum, innuunt. In illis enim nullâ ratione Cameralis

 Juris-

Juriſdictio fundatur, ut hinc adeò Judicii Aulici avocatio meritò habeat locum, cùm Competentia nulla ſubfuerit; vid. Mev. *p. 2. dec. 134. n. 11.*

25 §. 8. Ex quibus ultrò patet, articulum hunc non eſſe ***limitativum*** poteſtatis Regiæ, ſed ſaltem ***normativum***, cùm tantùm abſit, ut per ampliationem Juriſdictionis in Judiciò Aulico exercendæ imminuatur Cæſaris poteſtas, ut potius eadem inde augeatur.

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XXIV.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA EXTENSIONEM IMMUNITATIS à TELONIIS ELECTORUM, QUÆ IN FLUMINIBUS NAVIGABILIBUS HABENT.*

## SUMMARIA.

I. *COnnexio hujus Articuli cum praeced. Art. XXII.* 1.

*Olim tantùm* Electorum Rhenenſium *& Rheniſ. in hoc Articulo mentio facta.* 2.

*Poſt translationem v. Electoratûs in Bavarum Danubius adjectus.* 3.

*In Capitulatione Ferdinandi IV. ad alia quoq; flumina textus extenditur.* 4.

Deni-

*Denique in Capit.* Leopoldinâ *locutio generalis ſubſtituta*. 5.
II. *Senſus Articuli, & quinam hic intelligantur, exponitur.* 6.
*Immunitas à vectigalibus nonnunquam eſt* modificata. 7.
*Vox* **Etliche** *non ad Electores, ſed ipſos privilegiatos referri debet.* 8.
III. *Ad* modos *extendendi immunitatem à vectigalibus ſpectant*
1.) Literæ promororiales. 9.
*An rectius dicantur interceſſionales?* 10.
2.) Mandata Exemtionum 11.
3.) Privilegia *in prajudicium Electorum conceſſa.* 12.
*Non tamen indiſtinctè omnia.* 13.
*Generaliter extenſioni immunitatum occurritur, per verba:* **In andere Weege.** 14.
IV. Remedia *ſpeciatim recenſentur.* 15.
*Privilegia durante Belli ſtatu abs ſolo* Caſare *contra Vectigalia Electorum conceſſa, irrita eſſe debent.* 16.
V. *Quaſtio movetur: An & reliqui Status heic eodem cum Electoribus paſſu ambulent?* 17.
*Hujus* affirmatio *è Capitulationibus quidem non evincitur.* 18.
*Nec n. Monitis Statuum de A. 1658. eâ in re expreſſe delatum.* 19.
*Suppeditantur tamen alia rationes, qua affirmativam ſuadent* 20.
*Licèt cum differentia.* 21.
VI. *Articulus hic maximam partem* limitativus *eſt.*
Normativus *tamen in eo, quatenus Jus quaſitum ſupponitur.*

## §. I.

1 SUpra ad Art. XXII. dictum eſt de Immunitate Electorum aliarumq; perſonarum privilegiatarum à Vectigalibus, quam nonnulli labefactare & intervertere intendunt; Hic ſtatuitur de illis qui *immunitatem* ſuam *contra Electorum Vectigalia extendere* ſatagunt, in fluminibus ſcilicet navigabilibus **an der Churfürſten an ſchiffbaren Ströhmen habenden Zöllen.** Olim & in pri- 2
oribus Capitulationibus ſolùm mentio eſt facta Rheni & Electorum Rhenenſium à Capitulatione Caroli V. ad Capitulationem uſque Ferdinandi II. utrâque incluſâ. Poſtquam verò Maximilianus Dux Bavariæ Electoralem nactus eſt dignitatem, Capitulationi Ferdinandi III. art. 26. additus quoque eſt Danu- 3
bius,

bius qui Bavariam alluit, verbis; **die Churfürſten am Rhein und der**
4 **Donau**/ quod repetitum in Capitulatione Ferdinandi IV. art.
25. cum extenſione ad alia flumina, ibi: **auch an andern Strö-**
**men** ſine dubiô propter Electores Saxoniæ & Brandeburgicum,
quorum terras Albis & Viadrus alluunt. Unde in locum ho-
rum verborum poſtea in Capitulatione Leopoldi Art. 25. ſub-
ſtituta eſt locutio generalis **an ſchiffbaren Strömen** / eaque in
6 Capitulatione Joſephi repetita.

§. 2. Videntur autem hîc intelligi, qui immunitatem
quidem aliquam (Nam qui planè nullam habent, prætendere
ejus extenſionem non poſſunt) vel ex privilegiô vel ex præſcri-
ptione & obſervantiâ ab Electorum Vectigalibus acquiſivêre,
7 prout innuunt verba textus, **Nachdem etliche mit Zollfreyungen**
8 **über ihre Freyheit und Herkommen beſchwehret**; Quamvis enim
nonnullis immunitas à Vectigalibus competat, *modificata* ta-
men ea eſt, nec infinita, prout ſupra ad art. 22. §. 1. dictum; Ita
ut vox **Etliche** non ſit referenda ad Electores, quod contextus
vix admittit, ſed potius ad ipſos privilegiatos, qui ſcil. gravant,
dum ultra jus & conſuetudinem immunitatem ſuam exten-
dunt; ita ut ſenſus ſit: **Nachdem etliche bißhero die Chur-Fürſten
mit vielen Zollfreyungen / über ihre Freyheit und Herkommen erſu-
chet und beſchwehret.** Niſi fortè verba: **über ihre Freyheit** / ita ex-
plicare velis, ut denotent idem, ac contra Electorum Privilegia
**gegen ihre** Privilegien; quô ſenſu tamen Pleonaſmus exiſteret,
cùm poſtea dicatur, **zu** Præjudiz **der Churfürſtl. Zollgerechtig-
keiten.**

9 §. 3. Recenſentur autem partim in hôc articulô *modi*,
quibus immunitatem à Vectigalibus Electoralibus extendere
ſolent, partim etiam *remedia* eam in rem proponuntur. Ad
illos ſpectant primò **Beförderungs-Brieff** / ſeu literæ Promoto-
riales. Nam licet, obſervante Limnæo *ad Capitulationem Caroli
V.* voce **Förderungs-Brieffe**/ per Promotoriales intelligantur il-
læ

læ literæ, quæ dari ſolent ad Judicem inferiorem, qui protra-
hit Juſtitiam, ut eam promtè adminiſtret, juxta Ord. Cam. *p.*
*2. tit. 26.* §. **Und nachdem** 2. Gail. *lib. 1. obſ. 29. n. 7.* Ita ut poti- 10
us interpretandæ veniant per literas *interceſſionales.* Quam
etiam explicationem juvat ſubſequens verbum **erſucht**; nec non
ea, quæ ſupra ad Art. 22. §. 6. de interceſſionibus in hâc ma-
teriâ evitandis dicta ſunt. Quia tamen in artic præcedente 22.
in ſimili materiâ expreſſè vocantur Promotorial-**Schreiben**/
non minus rectè eadem dictio hîc repetitur. Deinde occur-
runt *Mandata Exemtionum*, Exemtions-**Befehle**/ quibus medi- 11
antibus mandatur Electoribus, ut eos qui talia mandata impe-
trant, ab oneribus vectigalium exemtos habeant; quod primi-
tus Capitulationi Ferdinandi IV. *art. 25.* eſt inſertum, & in ſub-
ſequentibus repetitum. Porrò fit mentio *Privilegiorum* in 12
Præjudicium teloniorum Electoralium conceſſorum, quod
itidem primâ vice ad monita Principum & Statuum com-
munia *ad art. 24* A. 1658. exhibita, in Capit. Ferdinandi IV. ad-
jectum] eſt. Hoc vero juxta ea, quæ in ſuperioribus tacta ſunt,
interpretandum; Scilicet ſi nec ante introductum conſenſum 13
Electoralem, nec poſt illa tempora cum Conſenſu Electorali
ſunt conceſſa, prout eâ de re ad *art. 20.* §. *10. & ſeq.* dictum; Si
enim cum conſenſu Electorum talia Privilegia eſſent conceſſa,
non haberent de quô jure conqueri vel tunc valerent. Tandem 14
etiam generaliter, quocunque modo extenſio illa immunita-
tis contingere poſſit, per verba **in andere Wege** / exprimitur;
(idem in Capitulatione Caroli V. *art. 19.* jam legitur:) &
quatenus per ea vel interceſſionibus vel viâ facti vel aliâ ratio-
ne juribus Electoralibus derogari poſſit, innuitur.

§. 4. Hiſce nunc opponuntur remedia, dum (1.) 15
promittit Rex Romanorum, Se tales literas & mandata pe-
tentibus non daturum, & (2.) præcauturum nec permiſſu-
rum, quò ſimile quid in poſterum exerceatur vel fiat, quod

ipſum in Capitulatione Caroli V. & ſubſequentibus omnibus
diſpoſitum repetitur; nec (3.) Privilegia Exemtionis ulla ampli-
16 us conceſſurum, aut (4.) ſi quæ durante belli ſtatu, absque
Collegii Electoralis conſenſu actu fuerint conceſſa, illa caſſa
& irrita eſſe debeant; quæ duo poſtrema Capitulationi Leo-
poldi *art. 25.* primum ſunt addita & poſtea in Capitulatione Jo-
ſephi repetita.

17 §. 5. Quæritur autem: *An & reliqui Status, quibus te-
lonia in fluminibus navigabilibus ſunt conceſſa, eodem cum Ele-
ctoribus jure gaudeant*: In contrarium quidem facit, quod in
18 Capitulationibus expreſſè ſaltem Electoribus hac de re ſit pro-
ſpectum, ibi: **die Churfürſten an dero habenden Zöllen.** & quan-
19 quam in Monitis ad Capitulationem A. 1658. *ad art.* 24. exhi-
bitis de Principum quoque & Statuum telonis idem ſit nota-
tum: attamen in Capitulatione Leopoldi & Joſephi eatenus
20 nihil mutatum cernitur. Sed cum iniquum foret, reliquos
Statûs jure ſuô defraudari, immunitatemque contra ipſorum
Vectigalia in infinitum extendi; eadem pro ipſis ratio, quæ
pro Electoribus, pugnet: Ne ſcilicet Juri ipſorum quæſito de-
rogetur, & Imperator de alienô liberalis ſit, jusque teloniorum
ſic tandem ex multiplicatâ immunitatis extenſione in nihilum
redigatur: Denique Imperator non minus Statibus reliquis ac
Electoribus Jura ſua confirmet, in A. B. c. 2. §. 5. & Capit. art.
3. idem & pro illis Principibus nim. Statibusque Imperii ſtatu-
endum eſſe puto. Hoc tamen haud abſurdè hîc notat Lim-
21 næus ad *Capit. Caroli V. art. 19. ad verba*: **die Churfürſten am
Rhein ꝛc.** ut ſcil. talia attentata penes reliquos Statûs non ſint
ipſô jure irrita, ſed potius ut ſupplicationibus & precibus con-
tra talem moleſtiam ſibi proſpicere valeant.

§. 6. Ex ante dictis videre eſt, articulum hunc poteſta-
tis Regiæ *limitativum* eſſe, cum ea ſit eatenus reſtricta, ut Cæ-
ſar propter jura aliorum exemtionem à Vectigalibus non poſ-
ſit.

Digitized by Google

poſſit in infinitum concedere, quod tamen abſoluti Principis eſt; Quamvis etiam ad *normativum* referri poſſit, in quantum 22 jus quæſitum ſupponimus, cùm juri alterius quæſito nec Princeps abſolutus ex merâ voluntate derogare queat.

****************************************************

# COMMENTATIO AD *ARTICUL. XXV.* CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA CURSUM JUSTITIÆ NON IMPEDIENDUM.*

### SUMMARIA.

I. C*Onnexio monſtratur.* 1. *Styli diſcrepantia indigitatur.* 2. *Quid hîc promittat Rex Romanorum, latius exponitur* 3. 4.

II. *Judicii Cameralis ſpecialiter facta mentio.* 5. *Ordinationis Cameral. conſonantia.* 6. *Ut & Receſſuum Imperii.* 7. 9. 10. *Qui temere curſum Judicii Cam. ſiſtit, pœnâ X. Marcarum auri mulctandus.* 8.

III. Subjectum *hujus Articuli, ſunt Electores, Principes ac reliqui Status.* 11. *Ut & à tempore Ferd. IV. Nobilitas Immediata.* 11. *An & alii inferiores?* 13. *Affirmatur diverſis ex rationibus.* 14. *Ex omiſſione vocabuli:* **Anderer /** *corre-*



Digitized by Google

*correctio non præſumenda*, 15. | IV. *Articulum hunc tantum* normativum *eſſe docetur*, 16.

## §. I.

1 AD Art. præcedentem XXIII. dictum eſt, de cauſis Electoralibus Vectigalium; *Ne ſcil. illæ coram Camerali vel alio aliquo Judicio introducantur, ſed introductæ à Cæſare avocentur, & ad Judicium Cæſareo-Aulicum devolvantur.* Ne verò quis hoc ad alias quoque cauſas extendat, ſed in his Juſtitiæ curſus intemeratus relinquatur, hoc in Articulo eſt proviſum,
2 ita ut Capitulationi Matthiæ *art. 25.* Ferdinandi II. *art. 24.* & Ferdinandi III. *art. 27.* vox **dieſer** / quâ ad proximè præcedens de Regali Teloniorum fit relatio, quoad Electores ex incuriâ irrepſiſſe videatur, cùm eatenus contraria ſit *art. 23.* Unde nec in antecedentibus habetur, & in ſubſequentibus rurſus eſt
3 omiſſa. Recenſentur autem hîc in genere cauſæ, quæ de Regalibus, Immedietate, Immunitate, Privilegiis & Juribus quibuscunque moventur, quatenus illa vel imminui, auferri,
4 ſiſti, vel quovis modô turbari contingit. De his igitur quibuscunque cauſis aliis, uti innuunt verba **alle andere ordentlich ſchwebende Rechtsfertigungen**/ſi lis inter partes contendentes ſit exorta, ubi altera alteram citari vel jure cum ipſâ agere intendat; Rex Romanorum ſe non impediturum, nec cauſas avocaturum, vel Proceſſum prohibiturum, ſed potius Juſtitiæ liberum rectumque curſum intemeratò relicturum eſſe promittit; quod ipſum jam in Capitulatione Caroli V. *art. 20.* & omnibus ſubſequentibus eſt propoſitum.

5 §. 2. Uti verò in d. *Art. 23.* in ſpecie de Judiciô Camerali prohibetur; Ne ibi cauſæ Teloniorum Electorales introducantur, ſed introductæ avocentur; Ita etiam hic Judicii illius Summi iterum ſpecialis erat facienda mentio, quod nec ſententiæ de cauſis in *§. præc.* dictis latæ, nec Executiones

deſuper

Digitized by Google

deſuper decretæ & mandatæ ſint impediendæ, multòque mi-
nus cauſæ ipſæ inde avocandæ, ſed Juſtitiæ ibidem admini-
ſtratæ curſus rectus & intemeratus ſit relinquendus, quod pri-
mitus Capitulationi Leopoldinæ *art. 26.* eſt inſertum & poſtea 6
hîc repetitum. Id verò non tantùm in hôc articulo cavetur,
ſed etiam in Ordinatione Camerali *part. 2. Tit. 35.* **Daß dem**
**Käyſerl. Cammer-Gericht unverhindert einiger** Reſtitution/ Sup-
plication/ Avocation **oder anderer** Suſpenſion **und Auffſchläge**
**ſein freyer ſtarcker unverhinderter Lauff gelaſſen**; quod itidem in
Imperii Receſſibus inprimis in R. J. de A. 1654. §. **Ebenmäſ-** 7
**ſig** 166. adhuc efficacius & clarius exprimitur, **daß in denen**
**am Käyſerlichen Cammer-Gericht rechtshangenden Sachen kei-**
**ne Geboth/ Verboth/** Mandat, Inhibition/Reſtitution/Avoca-
tion, Suſpenſion **und Auffſchlag auſſerhalb in denen Reichsſatzun-**
**gen zugelaſſener Rechts-Mitteln nicht außgewürckt/ und die Sa-**
**che dadurch oder in andere Wege ins Stecken gebracht / ſondern**
**die** contravenirende **Theil in eine namhaffte** pœn **von** 10. **Marck** 8
**Golds** condemniret **werden ſollen/** additâ pœnâ annullationis,
& quòd talia attentata non debeant attendi. Addatur de De-
cretorum Cameralium executione præter textus allegatos et- 9
iam *R. J. de A. 1524* §. **Und nachdem Wir** 24. In prioribus Reces-
ſibus; nimirum in Ord. Cam. Wormatienſi de A. 1495. §. Item 10
**das Cammer-Gericht** dicitur: **ſein geſtracker Lauff/** ut & in R. J.
de A. 1510. §. **Und nachdem** 14. & **in der Ordnung des Landfrie-**
**dens zu Worms** de A. 1521. Tit. **dieweil hiebevor/** 27. **ſein freyer**
**ſtracker Lauff/** quæ lectio quidem melior reiq; accommodatior
eſt, quoad effectum tamen idem utrobique intenditur, curſus
ſcil. rectus & non impeditus.

§. 3. *Subjectum* verò & Partes, quæ ratione Privilegio- 11
rum Juriumque ſuorum Cameram vel alium Judicem habere
poſſunt, in textu exprimuntur, ſuntque *Electores, Principes &*
*reliqui Status*, uti omnes Capitulationes ſonant; In Capitula- 12

tione Ferdinandi IV. *art. 26.* immediata quoque Imperii Nobi-
litas additur, ejusque in ſubſequentibus repetitio facta eſt. An
13 verò & alii inferiores idem Juris habeant? dubitari poſſet, pro-
14 pterea quòd nulla eorum in textu fiat mentio. Sed quoniam
pro ipſis eadem pugnat ratio, cùm & illis juſtitia rectô tramite
ſit adminiſtranda, nec ejusdem ibi curſus impediendus; ac præ-
terea in textu immunitatum, privilegiorum Juriumque voca-
bula occurrant, **Recht und Gerechtigkeiten** / quæ tanquam gene-
ralia in alios cadere poſſunt, affirmativa verior eſſe videtur,
præſertim quod in prioribus Capitulationibus à Carolo V. us-
que ad Matthiam mentio, alii quoque non-Status **Churfürſt/**
15 **Fürſt oder anderer** in genere, nominentur. Et quamvis in ſub-
ſequentibus illa verba **oder anderer** ſint omiſſa, exinde tamen
aliqua priorum correctio propter rationes allegatas nequaquam
colligi poteſt.
16 §. 4. Ex his dictis colligere eſt, hunc articulum non eſſe
Regiæ poteſtatis *limitativum*, ſed potiùs cum Regem Roma-
norum officii, quod ipſi alias ut Regi competit ſcil. ut peties
unumquemque curſum Juſtitiæ intemeratum & non im-
peditum conſervet, admoneat, tantum
*normativum.*

* * *

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICULUM XXVI.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA PRIVATIONEM ET CONFISCATIONEM BONORUM TAM VASALLORUM QUAM SUBDITORUM STATUUM ET MEMBRORUM IMPERII.*

## SUMMARIA.

I. *Propoſitum hujus articuli* 1.
*Occaſio ejusdem.* 2.
*Privatio bonorum quibus ex cauſis contingat.* 3.
*Vox* privatio *latius patet quàm* confiſcatio. 4.
*Dubium movetur circa bona allodialia, an & ibi præter crimen læſæ Majeſtatis alia privationis cauſa oriri queat?* 5.
*Hæretica pravitas, cum crimine perduellionis comparatur* 6.
*Clauſula* Ord. Crim **oder ſonſt in andern Fällen**/ *quomodo intelligenda?* 7.
*Negantium opinio verior eſſe dicitur.* 8.
*Et praxi conformior.* 9.
*Textus tamen ſalvatur.* 10.
*Et reſtringitur ad caſum, ſi delinquentes fuga ſibi conſuluère.* 11.
II. *Confiſcatio Bonorum non in omni crimine læſæ Majeſtatis locum habet.* 12.
*Crimen Perduellionis definitur.* 13.
*Idem vel immediatè vel mediatè patratur.* 14.
*Ac differt à Crimine læſæ Majeſtatis* in ſpecie *tali.* 15.
*Ulpiani eſſatum.* 16.
*Quid ſi per LL. publ. vel mores Regni aliud introductum?* 17.
*Exemplum Henrici IV. in duella-*

*tores*

*tores ſeverius ſtatuentis apponitur.* 18.
III. *Vaſallo crimen læſæ Majeſtatis perpetrante Feudum revertitur ad Dominum.* 19.
*Excluditur ergo Dominus territorii, quoties hic ab illo fuerit diverſus.* 20.
*Secus eſt in Bonis allodialibus.* 21.
*Modò Dominus territorii habeat* Jus Fiſci 22.
*Quod ipſum ſpeciali conceſſione acquiritur.* 23.
*Sententia Dn. Schvvederi mitigatur.* 24.
IV. *Jus confiſcandi Statibus Imperii competit; etiamſi in ipſum Imperatorem Crimen læſæ Majeſtatis committant.* 25.
*Quod diſputatum fuit tempore Ferdinandi II. Imp.* 26.
*Fundamenta negantium attinguntur.* 27.
*Collegii Electoralis contradictio.* 28.
*Ius Fiſci Statibus privativè eſt conceſſum.* 29.
*Fiſcus Imperatorius quo ſenſu iisdem tribuatur?* 30.
*Hæc controverſia in* Capit. Ferd. III. *pro Statibus Imperii deciſa eſt.* 31.
*Ius Confiſcationis in quibus Statuum territoriis Imperator habeat?* 32.
V. *Nobilitas Imperii an eodem jure gaudeat.* 33.
*Ratio dubitandi.* 34.
*Ratio decidendi pro affirmativâ* 35.
Territorium *in textu* ſubjectivè *intelligendum.* 36.
*Certo reſpectu Nobilitati immediatæ* Jus Territoriale *attribui poteſt.* 37.
VI *Articulum hunc non eſſe* limitativum *poteſtatis Regiæ monſtratur.* 38.

## §. I.

1 DE Privatione Bonorum hîc agitur, quæ Vaſallis & Subditis Electorum Principum & Statuum Imperii, junctâ ſimul Nobilitate Imperii immediatâ, obtingit, ne ſcil. ea ſibi
2 adſcribat Cæſar, verùm Dominis Feudi & Territorii intacta relinquat, qui totus articulus primâ vice Capitulationi Ferdinandi III. eſt inſertus, ibique articulum 28. occaſione con-
3 fiſcationis bonorum à Ferdinando II. crebrò exercitæ, conſtituit; Privatio autem contingit circa Bona vel allodialia vel Feudalia. Utrobique vel (juxta verba textus) ex Crimine læſæ Majeſtatis, vel ex aliô delictô. Id quod de Bonis Feudalibus

libus quidem manifeſtum eſt, cum Feudo privetur Vaſallus
non tantum ob Majeſtatis Crimen, ſed etiam ex aliis cauſis v.
g. propter fractam pacem, uti hoc probat Ordinatio des Land-
friedens zu Worms de A. 1521. §. Ob jemand hohes oder niedriges
ibi: Auch die Lehen dem Lehenherrn verfallen & *in Ord. Cam. part.
2. Tit. 9. §. 2. R. J. Aug. de A. 1548. Tit.* die Pœn der Friedbrecher.
Unde etiam propter illa Bona Feudalia in inſcriptione genera-
liori termino *privationis bonorum* (cum *confiſcationis* vocabu- 4
lum ad amiſſionem Feudi quoad Crimen fractæ pacis non ad-
eò quadret, ſiquidem Feudum ad Dominum Feudi revertitur) 5
uti maluimus. An verò in bonis quoque allodialibus ex alio
delictô, præterquam ex Crimine læſæ Majeſtatis confiſcatio
bonorum contingere poſſit, dubitare licet; cum hodie in re-
liquis criminibus illa pœna videatur eſſe abrogata per *Nov. 134.
cap. 13. §. ut autem & ſeq. & Auth. Bona damnatorum C. de Bon.
proſcriptorum*; Addatur *Ord. Crim. art. 218.* vers. Item an etz-
lichen Orten ibi: auſſerhalb des Laſters unſerer Beleydigten Maje-
ſtät. Utut enim in *Nov.* 12. c. 1. & N. 117. c. 10. inceſtis nupti-
is aliiſque delictis eadem adſcribatur pœna, & *Auth. Gazaros
C. de Hæreticis*, idem de Hæreticis ſtatuat: Imò ipſa *Ordinatio
Crim. d. l.* Clauſulam addat oder ſonſten in andern Fällen; ad
dictas tamen Novellas reſpondetur, iisdem per ſubſequentem
*Nov. 134.* (quemadmodum *Auth. Gazaros C. de Hæret. per Con-* 6
*ſtit. Carol. V. art. 218*) derogatum eſſe, vel Hæreticam pravita-
tem cum crimine perduellionis comparari & crimen læſæ
Maj. divinæ eſſe, juxta Struv. S. J. C. Exerc. 49. th. 107. vid.
idem Struv. *ad Jus ſacrum, ad auth. Gazaros C. lib. 1. Tit. 5.* Clau-
ſulam verò art. 218. oder ſonſt in andern Fällen / ad ſubſequentia 7
verba eſſe referendam, ipſe contextus, qui aliàs foret incon-
gruus, edocet, adeoque particula oder pro aber explicanda, quam-
vis Carpzov. *in Pr. Crim. p. 3. qu. 135. n. 30.* illam planè de-
letam malit. Quicquid horum ſit, melior tamen eſſe vide- 8



Digitized by Google

tur ſententia Matth. Stephani *ad Ord. Crim.* 218. Carpzovii &
aliorum, qui ſaltem in Crimine læſæ M. confiſcationem bo-
norum obtinere ſtatuunt, quorum opinioni & Praxis Germa-
9 niæ reſpondet: Interea pro textu noſtrô dici poteſt, ibi con-
10 fiſcationem, non tantum illam quæ directo, ſed & iſtam, quæ
per conſequentiam fit, intelligi; cùm illô modô ſolùm in Cri-
11 mine læſæ Maj. obtingat; Hoc verò, ſi quidem delinquentes
fugâ ſibi conſuluêre, quô caſu qui corpore delicto non ſatis-
fecêre, in bonis pœnam non immeritò luent, ne maneat ſce-
lus impunitum, uti ratiocinatur Carpz. *in Pr. Crim. p. 3. qu.
135. n. 33.*
§. 2. Confiſcatio verò Bonorum non in omni læſæ
12 Majeſtatis Crimine locum habet, ſed ſaltem in illô, quod *Cri-
13 men perduellionis* appellatur, & talis eſt hoſtilitas, quæ adver-
14 ſus Rempublicam vel Principem intenditur, ſive id fiat imme-
diatè ſive mediatè, quando ſcil. Princeps vel Reſp. læditur
per Conſiliarios, Magiſtratus & alios, qui ſunt pars corporis Im-
peratoris per *l. 5. pr. C. ad L. Jul. Maj. & A. B. T.* t. 24. §. 1. Non
15 verò in illô, quod Crimen læſæ Majeſtatis *in ſpecie* vocatur,
ſeu quando quis factum tale, quo Majeſtas imminuitur, mo-
netam videlicet cudendo, privatos carceres habendo, inſi-
gnia Principis violando committit *L. 6. ff. ad L. Jul. Maj. l. 2. C.
de falſ. mon.* Non enim quisquis Legis Juliæ Majeſtatis reus
16 eſt, ejus bona fiſco vindicantur, ſed qui perduellionis reus eſt,
inquit Ulpianus *in L. ult. ff. ad L. Jul. Maj.* Quamvis ſæpe non-
17 nulla delicta per Legem publicam & mores Regni ad illam
claſſem referantur, adeoque & alii delinquentes tanquam per-
duelles confiſcatione quoque bonorum puniantur. Sic Hen-
18 ricus IV. Galliæ Rex edictô cavit, ut qui ad duellum alium
provocaret, vel qui ab aliô provocatus duellô decertaret, nec
non & utriusque partis Patroni & concertantes Criminis læ-
ſæ Majeſtatis rei haberentur, puniendi ſecundum Conſtitutio-
num

Digitized by Google

num rigorem pœnâ mortis ac confiſcationis bonorum, uti hoc
ex Petri Matthæi *Hiſtoria Henrici IV.* cum aliis pluribus exem-
plis refert Limnæus *ad Cap. Ferdinandi III. art. 28. ad voc. Cri-
mine læſa Majeſtatis.*

§. 3. Quemadmodum ergo Feudum, quando Vaſallus 19
Crimen læſæ Majeſtatis perpetrat, ad Dominum revertitur,
quippe cujus Jus Vaſallus delinquendo deterius reddere non
potuit *L. 74. de R. J.* vid. pluribus rationibus hoc deductum
in *not. ad Jus Feud. Schnobelii p. 216. ſeq.* & ſi quidem Domi-
nus Feudi ſimul eſt Dominus Territorii, ad eundem idipſum
redit; Si verò hi ſunt diverſi, Dominus Territorii meritò
excluditur; Sic allodialia Bona hoc modo delinquentium ad 20
Electores, Principes & Status, ſeu Dominos Territorii illos 21
ſpectant, ſub quorum Jurisdictione & poteſtate bona illa ſita
ſunt; Modò Domini Territorii Jurium Fiſci inveſtituram vel 22
privilegium ab Imperatore habeant, vel etiam præſcriptione
ea ſibi acquiſiverint, cum Fiſci jus regium ad illa Jura ſpe-
ctare videatur, quæ non ſunt annexa Juri Territoriali, ſed
*ſpeciali conceſſione* Imperatoris, ſive expreſſâ ſive tacitâ, opus 23
habent. Nam etſi Dn. Schvveder. *in Introd. J. P. part. ſpec.
ſect. 2. c. 15. §. 11. in pr.* ut plurimum Dominis territorialibus ci- 24
tra ſpecialem conceſſionem *ex ipſô uſu* id jus adſcribat; ex al-
legatô tamen hoc Capitulat. Leopoldinæ textu id probari ne-
quit, propter verba textûs, **denen mit den** Juribus Fiſci **belehn-
ten oder dieſelbe ſonſten durch beſtändiges Herbringen habenden Chur-
fürſten ꝛc.** Imo ipſi Electores in literis ſuis *A. 1630. die 12. Aug.*
ſcriptis, ap. Limn. *ad art. 28. Cap. Ferd. III.* ad voc. **Nicht einzie-
hen** / ibi: **denen jenigen Ständen des Reichs / ſo mit dem Kayſerl.**
Fiſco **belehnt**; haud obſcure indigitant, Jus Fiſci pro Jure Sta-
tuum privilegiato eſſe accipiendum.

§. 4. Spectat autem hoc jus ad Status Imperii, Fiſci 25
jure gaudentes, indiſtinctè, ſiquidem ipſorum Vaſalli vel Sub-

diticriminis læſæ Majeſtatis rei fiant, utut tale Crimen in
Imperatorem ipſum fuerit commiſſum. Id quod diſputatum
26 & negatum fuit in Triplicis à Ferdinando II. Imp. Anno 1630.
d. 7. Aug. Collegio Electorali Ratisbonæ congregato, exhi-
bitis, ibi: Was Jhro Kayſ. Maj. wegen Einziehung etlicher un-
terden Reichs-Ständen geſeſſenen Rebellen Güther angeordnet ꝛc.
deßwegen hätten Sie einigen Churfürſten und Stand / welcher des
Juris Fiſci berechtiget / keinen Eintrag gethan; Sintemahl ſolches
aus Kayſerl. Gnaden etlichen Ständen mitgetheiltes Jus Fiſci auff
das Crimen læſæ Majeſtatis denen Reichs Conſtitutionibus,
wie auch der Güldenen Bull nach / ſich nicht mag erſtrecken. So
gar / daß wann auch einer aus denen Hochlöbl. Churfürſten / qui
ſunt pars corporis ipſius Imperatoris, von jemanden beleidiget /
und alſo Crimen læſæ Majeſtatis gegen deſſen einige Perſon be-
gangen / nach Jnhalt der Güldenen Bull die Beſtraffung und
Confiſcation nicht dem beleidigten Churfürſten / ſondern Kayſer-
licher Majeſtät zuſtehet und gebühret / prout verba ſonant in di-
ctis Triplicis apud Lundorpium *in Act. Publ. Tom. IV. lib. 1.*
*cap. 17. membr. 6.* §. was fürs Siebende. Fundavit enim ſe Im-
27 perator in L. *Quisquis 5. pr. C. ad L. Jul. Majeſt.* ibi: *bonis ejus*
*omnibus fiſco NOSTRO* addictis. Quod eodem modo repeti-
tur in *A. B.* Tit. 24. §. 1. addatur Ord. Cam. *part. 2. tit. 9.* §.
Wir wollē auch ꝛc. in fin. ibi: doch in alle wege dem Kayſer. Fiſco ſeiner
28 Gerechtigkeit der verwirckte Pœn halber unvorgreifflich. Sed quoniā
huic poſtulato contradixit Electorale Collegium in der ferneren
des Churfl. Collegii Reſolution, ibi: Daß die Hochlöbl. Churfür-
ſten und die Churfl. Herrn Geſandten ſich dazu nicht verſichen
könten / daß den jenigen Ständen des Reichs / ſo mit dem Käyſerl.
Fiſco belehnet / an deſſen Nutzbarkeiten / vielweniger denen Churfür-
ſten in Crimine læſæ Majeſtatis an würcklicher Beſtraffung Jh-
rer ungemittelten Unterthanen und Landſaſſen einiger Eingriff / de-
nen Rechten und Reichs-Abſchieden / auch ihrer Kayſerl. Majeſtät
ſelbſt

ſelbſt eigenen Avocatoriis **zu wieder / geſchehe**; prout habet allega-
ta **Ferner** Reſolutio Collegii Electoralis ap. laudatum Lun-
dorpium *d. l. membr. 7.* §. **Es wollen auch ꝛc.** quandoquidem
Fiſcus Imperatoris (de quô in *d. l. quisquis 5. C. ad L. Jul. Maj.* pa-
titer ac in *A. B. loc. cit.* unà cum *Ord. Cam. d. l.* agitur.) Stati- 29
bus Imperii æque ac alia Jura Regalia & Jurisdictionalia in uni-
verſum & privativè eſt conceſſus, ita, ut loco Imperatoris eô-
dem frui & gaudere valeant, adeòque fiſcus *noſter* ſeu *Impera-* 30
*torius* dicitur ratione fontis & *originis*, non verò ratione *exer-*
*citii* & perceptionis. vid. Limn. *ad art. 28. Cap. Ferd. III. ad voc.*
**nicht einziehen.** Et hæc diſputatio anſam dedit, ut ipſa in 31
Capitulatione Ferdinandi III. articulô plane novo 28. pro
Statibus Imperii Fiſci Jure gaudentibus decideretur, eaque de-
ciſio in ſubſequentibus Capitulationibus continuaretur. Re- 32
tinet tamen Jus Confiſcationis Imperator in iis Statuum Im-
perii Territoriis, qui Jure Fiſci non ſunt inveſtiti, nec præſcri-
ptione ſeu voluntate Imperatoris tacitâ id ipſum ſibi acquiſi-
verunt, per ea quæ in §. *præced.* ſunt propoſita.

§. 5. Quæri autem poteſt, an & immediata Imperii 33
Nobilitas hôc jure gaudeat? Et quamvis in textu id ipſum ad 34
Dominos Territorii reſtringi videatur, Nobilitas autem imme-
diata, quia jure Statûs & Majeſtate analogicâ deſtituitur, jure
territoriali careat, cùm hoc ex Majeſtate illâ analogicâ deſ-
cendat; Nam quæ ipſius in textu fit mentio, ad Nobilium Feu-
da & Vaſallos, ſi quos habent, reſtringendum eſſe videtur.
Quia tamen Nobilitas immediata expreſſis verbis æquipara- 35
tur Imperii Statibus quoad hanc materiam, & quicquid in
textu de Vaſallis & Subditis dicitur, æquè in Vaſallos & Sub-
ditos immediatæ Nobilitatis, quàm Statuum Imperii cadit:
præterea hoc Jus confiſcationis bonorum, non tam ex Jure
territoriali, quàm ex Privilegio & conceſſione Cæſareâ fluat,
ſecundum ea quæ *ſupra* §. 3. diximus: Æquè autem Nobilitas



Digitized by Google

immediata ac Statûs Imperii Fiſci Privilegio decorata eſt.
Hinc eidem omninò Confiſcationem Bonorum ex crimine
læſæ Majeſtatis reſultantem exercere licet. Quod verò in
36 textu territorii fiat mentio, potius *ſubjectivè* & reſpectu ter-
rarum quas poſſident, quàm de Jure territoriali propriè ſic
37 dicto intelligendum; Quanquam & Nobilitati immediatæ cer-
tô reſpectu & quatenus eſt complexus plurimorum Regalium
Jus territoriale attribui poſſe, nulli dubitamus.

§. 6. Ex dictis ergò colligere datur, hunc articulum
38 propriè & accuratè loquendo non eſſe regiæ poteſtatis *limita-
tivum*, quamvis aliquid tractet, quod Imperator facere ne-
queat, nempe Bona Vaſallorum & Subditorum Statuum Im-
perii fiſco ſuo addicere; quia hic defectus poteſtatis non exin-
de naſcitur quod, Status Imperii eam habeant ex participatio-
ne poteſtatis & Majeſtate analogicâ, ſed potius ex privilegiô
& conceſſione Imperatoris, ſive expreſſâ ſive tacitâ, adeoque
dum Status Imperii loco Imperatoris id exercent, Imperator
ipſum adhuc retinuiſſe cenſetur, perinde uti proprieta-
rius, qui uſusfructûs exercitium aliis
conceſſit.

* *
*
* *

COM-

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
## ARTICUL. XXVII.
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.
## DE IURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA DECLARATIONES IN BANNUM IMPERII
## Reichs-Achts-Erklährung.

## SUMMARIA.

I. DEclaratio in Bannum fit vel proceſſu ordinario vel ſummario. 1.

II. Etymologia ſ. derivatio voc. Bannum 2.

Ejusdem homonymia, ſ. varia ſignificatio. 3. uſque ad finem §phi.

Quid Heribannum? 4.

Bannereſius quis dicatur? 5.

Cur Bannum Germ. Acht vocetur? 6.

III. Ejusdem deſcriptio. 7.

IV. Et diviſio (1) in inferius & ſuperius, Acht und Ober-Acht 8.

Quænam inferius? 9.

Quid ſuperius? 10.

(2.) in id quod infligitur ob contumaciam & quod ob aliud gravius delictum decernitur. 11.

Differentia utriusque notatur. 12. 13. 14. 15. 16.

V. Effectus Banni variis modis ſeſe exſerit. 17.

(1.) Bannitus ab omnibus impunè offenditur. 18.

(2.) amittit feuda tam antiqua quàm nova. 19.

(3.) omnia jura ante & poſt bannum quæſita perdit. 20.

(4.) fit infamis. 21.

(5.) Aquâ & igne interdicitur. 22.

Etiam

Digitized by Google

Etiam receptatores criminis hujus accuſari poſſunt. 23.

Niſi ſpecialiter ſint privilegiati. 24.

(6) In Banno ultrà annum & diem perſiſtens etiam eccleſiaſticâ cenſurâ notatur. 25.

Quæ Excommunicatio dicitur. 26.

Eſtque vel major, vel minor. ibid.

Quænam major? 27.

Quæ minor? 28.

VI. Declaratur, quisnam Bannum Politicum decernere poſſit? 29.

Olim Imperator conſenſum Imperii Statuum omnium adhibere debuit. 30.

In Capitulationibus autem id non exigitur. 31.

Sed Electorum tantum conſenſus à tempore Ferdinandi III. requiritur. 32.

Occaſio hujus diſpoſitionis. 33.

Ejusdem approbatio. 34.

Ad executionem ſententiæ Banni declaratoriæ Statuum Imperii opus eſt auxilio. 35.

Quoad conſenſum Electoralem non diſtinguitur inter delictum notorium & minus tale. 36.

VII. An etiam, ſi Camera in Bannum declaret, opus ſit conſenſu Electorum? 37.

Rationes pro negativa. 38.

Rationes pro affirmativa 39.

Reſpondetur ad argumenta Limnæi. 40.

Quamvis Imperii Status ad faciendam Ordinationem Cameralem concurrant. 41.

Juriſdictio tamen Cameræ abs ſolo Cæſare dependet. 42.

Præſentatio Aſſeſſorum ad externa ſaltem Iudicii ſpectat. 43.

Diſtingui tamen poteſt inter declarationem in Bannum, quæ fit ob contumaciam,

& quæ ex crimine fractæ pacis decernitur. 44.

In illa non tam neceſſarius eſt conſenſus Electoralis quàm in hac. 45.

VIII. Diſquiritur de Conſenſu Electorum, num Collegialis eſſe debeat, num vero ſufficiat, ſi ſingulatim exigatur? 46.

Poſterius affirmari poſſet ex eo, quod

(1) ſæpius res moram non ferat. 47. 50.

(2) Capitulationes hic nihil expreſſe diſponant. 48.

(3) Eadem potius contrarium innuant. 49.

Convocatio tamen requiritur in projecto perpetuæ Capitulationis. 51.

IX. Quæſtio tractatur: An quoque Status Imperii in Bannum declarare queant? 52.

De Banno particulari res clara eſt. 53.

Hinc Homicidæ fugitivi declarantur in die Mord-Acht. 54.

De

Digitized by Google

*De Banno verò ex cauſâ fractæ Pacis infligendo dubitatur; 55.*

*Nam* (1.) *in Receſſ. b. Imp. ſoli Cæſari & Cameræ Imperiali hæc facultas adſcribitur.* 56.

(2) *Status ſinguli invalidè Bannum decernunt extra ſuum territorium. 57.*

*Diſtinguendum tamen eſt inter declarationem & executionem Banni. 58. 59.*

*Hæc Statibus competit, illa Imperatori. 60.*

*Alia diſtinctio proponitur. 61.*

X. *De Judice dictum: nunc de Actore & Reo nonnulla traduntur. 62.*

*Agere hic omnes poſſunt, qui non ſunt* Clerici mediati. 63.

*Ratio cur hi excipiantur. 64.*

*Immediati tamen poſſunt. 65.*

*Exempla memorantur. 66.*

XI. *Rei perſonam ſuſtinet, qui pacem publ. frangit, cujuscunque ſit gradus aut conditionis. 67.*

*Tales* ipſo jure *in Bannum Imperii incidunt. 68.*

*Nec Rex Bohemiæ nec Duces Lotharingiæ excluduntur. 69.*

*Quid circa Univerſitates obtineat? 70.*

*Excipiuntur tamen & hîc Clerici mediati. 71.*

*Et fœminæ. 72.*

*Quæ tn. bonis ac privilegiis privari poſſunt. 73.*

XII. *Quoad ipſum proceſſum monſtratur,* Ordinarium *eſſe adhibendum, ſi factum, quo pax publ. violatur, non ſit notorium. 74.*

*Requiſita hujus Proceſſus 75.*

*Conſonantia LL. Imperii quoad hunc Proceſſum indigitatur. 76.*

*Vi Capit. Ferdinandi III. Sententia non niſi adhibito Electorum conſenſu ferenda. 77.*

*Objectio: Dum violatores pacis publ. ipſo facto & jure in Banni pœnam incidunt, non videtur opus eſſe Proceſſu. 78.*

*Hæc removetur. 79.*

*Non omnis vis publica ſtatim eſt fracta pax. 80.*

XIII. *Sententia, quæ in hoc proceſſu fertur, eſt* declaratoria. 81.

*Et talis ita vocatur ratione* Banni *in quod reus incidit.* 82.

*Nec differt ab aliâ definitivâ. 83.*

XIV. *Si factum omnino ſit notorium, Summarius proceſſus inſtituitur. 84.*

*Qui nim. citatione, qualiqual cauſæ cognitione ac ſententia perficitur. 85.*

*Ratio, cur etiam in facto notorio proceſſu opus ſit, exponitur. 86. 87.*

*Diſtinctio inter notorium facti permanentis & tranſeuntis. 88.*

*Et docetur quando ob moram periculum, nec expectata ſententia ab executione initium fieri queat. 89.*



Digitized by Google

Ipſa tamen declaratio, ut validè inſequatur, cum conſenſu Electorum fiat neceſſe eſt. 90.

Atque adeò rectius diſtinguere licebit inter defenſionem ac declarationem in Bannum. 91.

Hæc enim utroque caſu aliqualem duntaxat moram patitur: illa non item. 92.

XV. De modo ac ordine futuro in Bannum declarandi nunc quædam annectuntur. 93.

Quod ipſum ad Comitia reſervatum erat in Inſtr. Pac. Weſtphal. 94.

Projectum de perpetua Capitulatione hunc Ordinem exactius depingit. 95.

Formula executionis inſeritur. 96.

XVI. Articulum hunc Limitativum eſſe poteſtatis Regiæ colligitur. 97.

## §. I.

1 DUO hujus Articuli membra ſeſe tractanda offerunt. Alterum proponit, qua ratione declaratio in Bannum fieri debeat, Juris ordine ſeu Proceſſu ordinariò ſervatò; Alterum verò docet, quid obſervandum, ſi Proceſſu ordinario non ſit opus, ſed propter facti notorietatem celeriter procedere liceat.

2 §. 2. Dicitur verò *Bannum* à voce Germanicâ pri-
3 mitivâ **Bann/** quæ idem denotat (1.) ac Edictum publicum, ſeu Mandatum à ſummâ poteſtate profectum, **Ein Geboth/ Auffboth/ und Zwang**; Unde molæ bannales, **Zwang- und Bannmühlen/** vocantur, ubi accolæ molere coguntur; *Heri-*
4 *bannum*, vocatio ad caſtra ſeu Exercitum **Ein allgemeiner Auffboth/ zum Heer bannen oder fordern**; Bannitus **dem das Land verbotten/** (2.) tropicè ſignificat ipſam poteſtatem; Unde **Blutbann/** ſeu poteſtas gladii; **Banner-Herr/** qui Criminalis judicii
5 poteſtatem habet; *Banneresius*, qui urbis cuſtodiæ & adminiſtrationis curam habet, quin & pœna ipſa in genere nuncupatur **Bann.** (3) denique vox **Bann** diſtrictum denotat, quouſque poteſtas alicujus ſe extendit, **ſo weit man zu bannen / zu zwin-**

Digitized by Google

zwingen / zu gebiethen und zu verbiethen hat. Unde Gebieth und Bann; Et in inveſtituris bannum dicitur, wie weit man über das Blut zu richten; Bannum ferinum die Wildbann / wie weit man zu jagen hat. Germanicè dicitur hoc bannum, die 6
Acht / & bannitus der Aechter / cum talis reddatur infamis und kommt in die Verachte / alſo / daß man ihn unredlich achten und halten ſoll. O.C. p. 2. Tit. 10. §. 3. 7

§. 3. Deſcribitur hæc declaratio in bannum, quòd ſit cenſura judicialis, quâ violatoribus Pacis publicæ aqua & ignis interdicitur, ita, ut à nemine in clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus verò impune tam in perſonâ quàm in rebus offendi poſſint, prout ex *O. C. part. 2. Tit. 9.* §. So jemands ꝛc. Ord. des Landfriedens zu Worms de A. 1521. §. Ob jemands ꝛc. cum Gail. *de P. P. lib. 2. c. 1. n. 20.* Beſold. *in Theſ. Pr. voc.* Bann / *Schüz. in Coll. J. Publ. vol. 2. diſp. 14. th. 8. lit. C.* colligere licet.

§. 4. Dividitur autem *Bannum* in *inferius* & *ſuperius* 8
Germ. in die Acht und Oberacht / vel, ut alii legunt, Acht und Aberacht. Illud juxta Schüz. *in Vol. 2. diſp. 4. th. 8. lit. C.* eſt 9
primum decretum Imperiale, quô alicui pœna banni injungitur, ita ut mandato Imperiali pareat, aut niſi id fecerit, in bannum ex nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc, iſt als/dann / und dann als iſt / declaratus eſſe debeat. Hoc verò ſeu 10
Bannum ſuperius eſt decretum ſecundum, quô contumax in pœnam banni ipſô jure & factô incidiſſe denuò declaratur; Deinde à cauſâ quoque impellente Bannum dividitur in id, 11
quod infligitur propter contumaciam, ſi nim. legitimè citatus non compareat, vel condemnatus judicatum non ſolvat, vel etiam mandatis executorialibus non obtemperet, uti huc facit O. C. *part. 3. tit. 43. §. 1.* & quod infligitur ob delictum fractæ Pacis vel Criminis læſæ Majeſtatis; Quæ duo variè differunt; Etenim (1.) non tam graviter peccat contumax quàm 12
delin-

delinquens, contra Pacem publ. cum ibi delictũ ſaltem in omit-
13 tendo, hîc verò in cōmittendo verſetur, uti huc ſpectat L. 55. *ff. de*
*Evict.* & L. 40. *ff. de Pœn.* (2.) Sententia Banni ob contumaciam
14 eſt interlocutoria, ob delictum verò definitiva (3.) ob contuma-
ciam condemnatus abſolvi poteſt, ſi eandem purget, vel in-
tereſſe ſolvat per L. 5. *C. de Judic.* cum pœna contumaciæ ad
limites ipſius contumaciæ reſtringatur: unde ceſſante contu-
maciâ ceſſabit etiam pœna; quæ verò abſolutio in delictô
15 fractæ Pacis tam facilè non conceditur; *(4.)* Bannitus ob con-
tumaciam cum Procuratore Fiſci tranſigere non tenetur, verùm
ſufficit, ſi cum Parte tranſigat, quippe cujus potiſſimum in-
tereſt, non committi contumaciam, uti hûc ſpectat Ord.
Cam. *part. 3. Tit. 48.* §. *2.* Quod ſecus eſt in bannito ob delictum
fractæ Pacis, ubi ſimul Imperii tranquillitas læditur, adeo-
16 que Fiſci maximè intereſt, id delictum puniri. Denique (5.)
Bannito ob contumaciam ex ſolo Judicis Cameræ & Aſſeſſo-
rum arbitriò Bannum relaxari poteſt; Bannito verò ob deli-
ctum fractæ Pacis, non niſi conſultô Cæſare, cùm interſit
Imperii, ne hoc delictum maneat impunitum. Uti huc per-
tinet O. C. part. 2. Tit. 38. §. **So auch** ꝛc. vid. Gail. *de P. P. lib.*
*2. cap. 5. & 6.* Oſterman. *in Synt. Jur. Cameral. diſp. 7. n. 50. No-*
*tæ noſtræ ad Bœcl. Notit. ad Lib. 12. c.* 4. *ad voc. Ad Bannum*
*num. 3.*

17 §. 5. Effectus quoque Banni ſpecialiùs explicandus
18 eſt. Conſiſtit verò ille *(1.)* in eô, quòd bannitus uniuscujus-
que ludibrio & prædæ exponatur, ita ut ab omnibus ratione
perſonæ pariter ac facultatum ſuarum impunè offendi queat,
juxta O. C. *part. 2. Tit. 9.* §. **So jemand** vers. **Sondern der oder**
**deſſelben ꝛc. Ordnung des Landfriedens zu Wormbs** de A. 1521. **§.**
**Ob jemands** in pr. adeò ut bannitum occidens n[illegible] incurrat
pœnam L. Corneliæ *de Sicariis*: cùm per bannum executio
demandetur omnibus, perinde uti aliàs demandatur ſervo pu-
blico

blieo, Gail. *de P. P. lib. 2. c. 1.* Anth. Matth. *de Crim. lib. 48.*
*Tit. 5. c. 2.* (2.) Quòd Reus amittat Feuda tam antiqua quàm 19
nova eaque ad Dominum directum revertantur per O. C. *part.*
*2. tit. 9.* §. So jemands ꝛc. Et in d. Ord. des Landfriedens zu
Wormbs / de A. 1521. §. auch in den &c. (3.) Quod bannitus 20
omnia jura ante & poſt bannum quæſita perdat in O. C. *d. tit.*
*&* §. vers. dann alle Verſchreiber & in Conſt. Wormat. *d.* §. vers.
dazu alle Verſchreiber. (4.) quod reddatur infamis per O. C. 21
*part. 2. Tit. 10.* §. Und wo er deßhalben. 3. ibi, Ihn die Zeit / da er
in der Acht iſt / ſcheuen / für unredlich achten und halten. (5.) Quod 22
aquâ & igne interdicatur, adeò ut receptator etiam Crimi- 23
nis hujus accuſari poſſit O. C. *d. t.* §. Und wo er / ibi : So ſoll
ihn niemand wiſſentlich in ſeinem Hoff / Hauß oder ſonſt enthal-
ten / hauſen / herbergen / äzen noch träncken heimlich oder öffent- 24
lich / niſi propter ſanguinis neceſſitudinem excuſetur, vel ſpe-
cialiter ſit privilegiatus, de quo vid. Speidel. *voce* Bann. *circ.*
*fin.* Sprenger. *Luc. mod. ſtat. Imper. c. 4. p. 241.* Dn. Schvveder.
*p. 2. ſect. 1. c. 21. §. 6.* (6.) Quod in bannô ultra annum & 25
diem perſiſtens, cenſurâ quoque Eccleſiaſticâ notetur, & à
cœtu fidelium excludatur. O. C. *part. 3. Tit. 48. §.* Und die
Oberſten / ibi: daß zu Vollziehung des Landfriedens der Geiſtl.
Bann gegen die verluſtigte Parthey gebraucht werde. vid. Schüz.
*in Coll. J. Publ. Vol. 2. diſp. 4. th. 8.* Dicitur verò Bannum
Eccleſiaſticum *Excommunicatio* : quæ vel Major eſt vel Minor; 26
Illa à Communione fidelium penitus abſcindit, omneque com- 27
mercium externum & internum ſpiritualis ſcil. gratiæ cum
communione ſanctorum adimit, ſive ad tempus ſive ad per-
petuum decernatur; vocaturque traditio in poteſtatem Sata-
næ *1. Cor. 5. v. 20. 1. Tim. 1. v. 20.* Anathema *c. nemo 41. c. 11. qu.*
*3.* Et à corpore Chriſti ſeu Eccleſiæ recidit *c. 12. c. 3. qu. 4.*
*Minor* ex parte duntaxat privativa eſt, & tantùm à quibus- 28
dam Eccleſiæ beneficiis, ut communione precum, menſæ ſa-

cræ, ſuſcipiendi baptiſandos excommunicatum arcet. *c. ad menſam 24. c. 11. q. 4.* vid. Strauch. *Diſſ. Exot. 6. th. 5.*

29 §. 6. Quis ergò in Bannum Politicum declarare poſſit? Et quomodo illa declaratio fieri debeat, hoc in textu noſtrô exponitur.
30 Olim quidem & ante tempora Caroli V. ſolus Imperator neminem in bannum declarare potuit, ſed omnium Imperii Statuum conſenſum adhibere tenebatur, idque ab Henrico V. ad dicta Caroli V. tempora perpetuò obſervatum eſſe, poſt Limnæum & alios docet Schvvederus, *p. 2. ſect. 1. cap. 21.* §. *2.* qui ſimul ſtatuit, primum fuiſſe Carolum V. qui proſcribendi licentiam ſibi ſoli aſſereret, eumque ſecutum Ferdinandum II. in proſcriptione Palatini & conſortum. Quicquid horum ſit, certum tamen eſt, in Capi-
31 tulatione Caroli V. & ſubſequentium Imperatorum ad Ferdinandum III. uſque nullam Electorum fieri, nedum Statuum reliquorum quoad jus proſcribendi mentionem. In Capitu-
32 latione autem Ferdinandi III. *art.* 30. primitus expreſſâ Lege cautum, **daß hinführo niemand ohne Vorwiſſen / Rath und Bewilligung des Heil. Reichs Churfürſten / welche ſich des Wercks nicht theilhafftig gemacht / in die Acht und Oberacht gethan werde**; (quod in Capitulationibus novioribus eſt repetitum) id-
33 que occaſione Friderici Electoris Palatini à Ferdinando II. abſque conſenſu Electorum reliquorum proſcripti & Bavari
34 in ipſius locum ſurrogati. Neque id immeritò; Cùm bannum Imperiale maximi ſit momenti, tam quoad reos, quàm quoad motus, qui exinde oriri poſſunt; quô caſu conſultum eſt cum Electorum conſenſu agere Imperatores. vid. Capit. Caroli V. *art. 11.* & *Ferd. III. art. 11.* prout etiam cautum in *Inſtr. P. art. V.* §. *20. vers. quoad Proceſſum* 54. Maximè dum ad
35 executionem ſententiæ Banni declaratoriæ Ordinum ſ. Statuum Imp. opus hic eſt auxiliô, quod facilius impetratur, ſi res tanti momenti non abs ſolo Cæſare, ſed cum conſenſu Electo-

rum

Digitized by Google

rum ſuſcipiantur. Neque hîc diſtinguitur inter caſum ubi de- 36
lictum eſt notorium & ubi minus, cùm verba textûs, utpote generalia, utrumque caſum comprehendant, ibi: **Ohne deren erfolgten Rath und ausdrückliche Einwilligung damit nicht verfahren.**

§. 7. An verò etiam in declaratione in Bannum à Ca-
merâ Imperiali factâ Conſenſu Electorum ſit opus adeoque 37
textus Capitulationis eò etiam extendi debeat, non concors eſt Doctorum ſententia. Pro *negativa* pugnat Limnæus *ad*
*Capit. Ferdin. III. art. 30.* ad voc. **Churfürſten** / propterea (1.) 38
quòd nullibi poteſtas Cameræ in hôc caſu ſit limitata. Nec (2.) limitatio Capitulationis hûc trahi queat, quoniam uti Camera poteſtatem ſuam à Comitiali Lege acceperit, ita nec aliâ quàm omnium Imperii Statuum conſenſu & decreto limitari ea poſſit, maximè cùm & ipſa Ordinatio Cameralis, reformatio, expolitio & immutatio facta ſit & fieri debeat Statuum conſenſu, uti docet proœmium Ord. Cam. & Cl. *part. 3. Tit. 54.* adjecta *R. J. Aug. de A. 1548.* §. **Und nachdem wir** 36. R. J. Aug. de A. 1555. **§. Ferner nachdem.** 103. R. J. Spirens. de A. 1570. §. **Weiters** 42. Et ſubſit (3.) differentiæ ratio in eô, quòd Camera à totô Imperiô, non verò à ſolô Imperatore conſtituatur adeoque Status Imperii repræſentet, juxta O. C. *part. 1. Tit. 8.* conſequenter & proſcriptiones Camerales totius Imperii nomine fiant. Contrariam tamen ſenten-
tiam amplectitur Schuz. *de Statu Reip. Rom. vol. 1. diſp. 4. th.* 39
*30. lit. B.* exinde inprimis, quòd Cameræ major poteſtas non ſit conceſſa quàm ipſi Imperatori, ſiquidem conſtet, Cameram non niſi Imperatoris nomine jus dicere. Et ſanè textus Capitulationis loquitur generaliter: **Daß hinfüro niemand ohne Bewilligung des Heil. Reichs Chur-Fürſten in die Acht und Ober-Acht gethan / gebracht oder erkläret werde;** quæ verba uti omnem declarationem in Bannum Imperii complectuntur, ita etiam
de

Digitized by Google

de Bannô Camerali intelligenda veniunt; præſertim cùm eæ-
dem rationes,quæ contra Imperatorum Bannium pugnant,lo-
40 cum hic obtinere videantur. Quod argumenta Limnæi con-
cernit, ad iſta variè reſponderi poteſt, & quidem ad (1.) ne-
gando,cùm limitatio, in Capitulationibus facta, ſit generalis;
ad (2.) verò iterum negando,quoniam , uti ab initiô hujus
operis probatum eſt, Electores in concipiendâ Capitulatione
totum Imperium, ſeu Status omnes, repræſentant; Unde et-
iam inter Leges Imperii fundamentales meritò eſt relata. Et
41 quamvis Status ad Ordinationem Cameralem tanquam Le-
gem Imperii publicam faciendam concurrant, propterea ta-
42 men non eſt negandum, Jurisdictionem Cameræ ab Impera-
tore ſolo dependere, cùm nomine Imperatoris Camera cita-
tiones emittat, judicet ac ſententias ſuas exequatur; Proinde
aliud eſt concurrere ad Ordinationem, aliud ad Jurisdictio-
nem Cameralem; aliud, concurrere ad externa judicii Came-
43 ralis, qualis eſt Aſſeſſorum præſentatio, aliud, ad formam ejus-
dem internam, quæ eſt Jurisdictio; quam nec Aſſeſſores, à
Statibus præſentati, aliter quàm nomine Imperatoris exercent,
adeoque nec in Bannum aliô modô, quàm qui Imperatori eſt
præſcriptus, declarare quenquam valent; quâ reſponſione ſi-
mul etiam argumento 3. occurritur. Interea tamen diſtin-
44 guendum eſſe videtur inter declarationem in Bannum, quæ
fit ex capite contumaciæ, & quæ ex crimine fractæ Pacis: In
45 illâ non tam neceſſarium arbitror Conſenſum Electorum, ſed
tunc Juſtitiæ rectus omninò curſus relinqui debet. Hæc ve-
rò ob rationes modò adductas citra eundem expediri nequit.
46 §. 8. Enimverò num Conſenſus Electorum *Collegialis*
ſeu talis requiritur, ut in congregatô Collegiô de eô conve-
nerit? An verò ſatis eſt, ſi per literas à ſingulis fuerit impe-
47 tratus? Certè poſterius affirmarem ex eô, quòd res ſæpè mo-
ram non ferat, quando ſcil. delictum eſt notorium, & paci-
fragus

Digitized by Google

fragus in delinquendo pergit, cum tamen & hîc (per textum articuli) opus ſit Electorum conſenſu. Accedit quòd in Ca- 48
pitulationibus, ubi mediante Congregatione Electoralis Conſenſus requiritur, iſtud expreſſis verbis tradi ac exprimi ſoleat, prout ſupra art. 20. & quæ ad eundem notavimus, exemplo eſſe poſſunt, quod hic factum non eſt. Imò contrarium 49
potius in textu admitti videtur, quia diſertis verbis ibidem excluduntur Electores illi, qui de facto participant; id verò non tàm Collegii quàm ſingulorum reſpectum innuit. Taceo 50
in odiùm delicti graviſſimi promovendam magis Juſtitiæ adminiſtrationem quàm eandem ſufflaminandam eſſe, cùm publicè interſit, ejusmodi delinquentes abſque morâ puniri, quam Collegialis Conventus facilè inducere poſſet. Sed vide Pro- 51
jectum perpetuæ Capitulationis, à Collegio Electorali in præſentibus Comitiis exhibitum, art. 20. ibi: **Soll in Examinirung der Proceſſ. und Außſprechung der Urtheil anderſt nicht / dann vermittelſt Zuzich- und in eine gelegene Reichs-Stadt / oder am Cammer-Gericht unſaumlich anſtellender Zuſammen-Beruffung des Churfürſtlichen** Collegii &c. procedir**et und verfahren werden.** apud Schvveder. p. 2. ſect. 1. c. 21. §. 2. ubi omnino convocatio requiritur. Add. Limnæus *ad Cap. Ferd. III. art. 30.* ad voc. **Churfürſten** in fin.

§. 9. De Statibus Imperii nunc diſquirendum, num & illi in Bannum ſubditos declarare poſſint? Equidem, quod 52
*Bannum particulare* concernit, quo delinquentes fugitivi bo- 53
nis ipſorum annotatis puniri ſolent, Praxis Imperii docet, à Statibus iſtud exerceri, quandoquidem homicidæ fugitivi **in die Mordacht** declarantur, qualem Proceſſum latè deſcribit 54
Carpzov. *in Pr. Crim. part. 3. qu. 30.* Quin & ejusdem mentio fit in *Ord. Crim. Caroli V. art. 155.* Quod verò Bannum ex 55
cauſâ fractæ Pacis infligendum attinet, de eô propterea dubitandum videtur, quòd ubicunque de hoc Crimine in Receſ- 56

 ſibus

Digitized by Google

ſibus Imperii agitur, pœnam à Cæſare vel Camera decernenda eſſe legatur, cum cauſa fractæ pacis immediatè ad Cameram ſpectet, per O. C. *part. 2. Tit. 20.* Unde etiam primo loco inter cauſas Camerales fiſcales cauſa fractæ pacis ponitur *part. 8. O. C. tit. 9.* Rubric. **von Perſon und Sachen.** Accedit, quòd
57 Status ſinguli invalidè Bannum decernant extra ſuum Territorium, ſiquidem tunc ipſis impunè non pareatur *L. ult. ff. de*
58 *Jurisdict.* Quia tamen Statibus Imperii pro more & Jure cujuscunque Regionis in violatores Pacis publicæ animadvertere permiſſum, in *R. J. Wormatienſi de A. 1521.* §. & ibi: **Wir wollen aber hiermit aller Obrigkeit unentzogen haben / wieder die / ſo in** Malefiz **Händeln verdacht ſind / zu handeln / wie jedes Orts**
59 **Herkommen.** Et præterea Ordines Imperii executionem habent in ejusmodi violatores, ita ſcil. ut unusquisque eos quærere, judicare & condemnare valeat atque debeat, adeò ut ipſi, ſi hoc omiſerint, peccent contra Pacem publicam: Hinc diſtinguendum eſt inter declarationem in bannum, & execu-
60 tionem adverſus violatorem Pacis publicæ. Hanc ſibi juſtè vindicat Status Imperii, ita ut in ſontes alias pœnas ex Jure Communi Violatoribus Pacis imminentes ſtatuere ac exequi poſſit, cùm cæteroquin ſolius Imperatoris & Cameræ ſit declarare in bannum Imperiale, propriè ſic dictum, uti docent Gail. de *P. P. lib. 1. cap. 6. n. 8. & cap. 11. n. 3.* & Roding. in
61 Pand. Cameral. *lib. 1. Tit. 7. §. 6. & 7. Editionis Noviſſimæ*; Vel etiam diſtinguendum erit inter condemnationem & declarationem in bannum cum effectu, ſeu declarationis executionem; Sicut enim Status Imperii delinquentes & reos fractæ pacis condemnant in pœnam banni; Ita re ad Imperatorem delatâ, juſſu Ejus vel Cameræ, declarationis quoque executio fit ab ipſô Statu Imperii; Unde etiam ad ipſum ſpectant bona reorum, qui ſubditi ejus ſunt, fiſco addicenda, prout *ad art.* [illegible] *præced.*

*præced. XXVI.* dictum & deciſum eſt. vid. Carpz. ad *L. Reg. c. 9. ſect. 10.*

§. 10. De Judice ergò & quis in Bannum declarare 62
poſſit, vidimus, ſupereſt ut de Actore & Reo nonnulla tradamus. De Actore tamen non eſt, quod nimis ſolliciti ſimus, cùm omnis qui ex crimine fractæ pacis agere poſſit, etiam in pœnam Banni, quin & per Procuratorem, agere queat, uti docet Gail. *de P. P. lib. 1. c. 19. n. 4. & c. 7. n. 8.* Schuz. *Vol. 2. Diſp. 4. th. 6. D.* Sive ſit Procurator Fiſci Cæſarei, ſive alius 63
quisquam, modò non ſit Clericus *mediatus*, quippe qui criminaliter & ad vindictam publicam agere nequit, per *Cap. Præ-* 64
*lati X. de Homic. in 6. cap. Clericus. Cap. Sententia X. Ne Cleric. vel Monach.* cum accuſatio *illaudabilis intentionis genus* appelletur in *c. ſi quis Epiſcopus. c. 2. qu. 7.* *Immediati* verò Clerici 65
qui Statuum jure gaudent, & bona feudalia necnon Regalia ab Imperiô tenent, benè ita agere poſſunt, uti conſtat exemplô Epiſcoporum Herbipolitani & Bambergenſis, quibus con- 66
tra Albertum Marchionem Brandenburgicum decreti fuêre proceſſûs ſuper fractâ pace, quique pœnam Banni contra ipſum obtinuêre. vid. Schüz. *Vol. 2. diſp. 4. th. 5.* Oſtermann. *diſp. Cam. 7. §. 27.* Roding. *lib. 1. Tit. 7. n. 5. ſeqq.*

§. 11. Reum verò ſeu banniendum quod concernit, 67
omnis ille eſt, qui Pacem publicam fregit, ſive ſit Elector, ſive Princeps, ſive alius Imperii Status, imò etiam mediatus & privatus per verba textûs noſtri, **jemand hohes oder nieders Stands/ Chur-Fürſt/ Fürſt/ Stand oder anderer/** quod jam in *Cap. Caroli V. art. 22.* expreſſum & in reliquis repetitum eſt. add. *Conſt. de P. P.* Tit. **daß von wegen Uberfahrung des Käyſerl. Landfriedens am Cammer-Gericht ꝛc.** Roding. *in P. Cam. lib. 1. Tit. 7. n. 6. & 95.* Quia enim Pacis publicæ violatores *ipſo jure* 68
in bannum Imperii incidunt, Hinc & Imperii nomine à Judiciis Imperii in bannum declarantur; quamvis & hîc diſtin-



Digitized by Google

69 gui poſſit ſecundum ea , quæ ſupra ad §. 8. ſunt propoſita.
Quemadmodum porrò nec Rex Bohemiæ & Duces Lotha-
ringiæ excluduntur, uti probat Goldaſtus *lib. 4. de Regn. Bo-*
70 *hem. c. 13. n. 21.* & Oſtermann. *diſp. Cam. 7. §. 47. in fin.* Nec
univerſitas excuſatur, ſi nulla *Convocatio* Civium *ſolennis* præ-
ceſſit, nec delictum ſit permanens vel *manifeſta rebellio*, uti
71 notat Schüz *Vol. 2. diſp. 4. th. 6. lit. C.* Excipiuntur verò
Clerici mediati, cùm forum Eccleſiaſticum ſequantur *c. ſi di-*
*ligenti X. de Foro comp.* Schvvaneman. *de proc. Cam. L. 1. c. 14.*
*n. 4.* non verò immediati, Gail. *de P. P. lib. 1. c. 1. n. 13.* Ex-
72 cipiuntur quoque fœminæ, cùm in iis habeatur ratio vere-
cundiæ & pudoris, nec corpora ipſarum impunè unicuique
73 proſtitui, decori & ſanctitati Legum conveniens videatur, et-
ſi bonis, beneficiis, privilegiisque, quibus gaudent, eò ipſo
privari poſſint, uti notant Gail. de *P. P. c. 1. n. 34. ſeqq.* &
Blum. *in Proc. Cam. Tit. 29. n. 117.*

§. 12. Porrò de Proceſſu in cauſis fractæ pacis notan-
dum eſt, quòd ſicut aliàs proceſſus in genere diſtinguitur in
Ordinarium & ſummarium; ita etiam utriusque in textu fiat
74 mentio; Illius nempe ſi factum non ſit notorium, ibi: **in ſol-**
**chem ordentlicher** Proceſſ **gehalten und vollzogen werde**; Hujus
verò, ſi ſit notorium, ibi: **Ob wohlen es dann nicht eben eines**
75 **ſonderbahren** Proceſſes **von nöthen**; Priori igitur caſu, ſeu quan-
do factum non eſt clarum & notorium, ne quis inauditus
condemnetur, plena cauſæ cognitio & quæ alias ad Proceſ-
ſum Ordinarium requiruntur, præcedant oportet, adeo ut
non tantum citatione ſeu mandatô opus ſit, ſed etiam ſuffici-
entibus probationibus exploratum fieri debeat, Reum pacem
publicam fregiſſe & in pœnam Banni incidiſſe, contra quas
Reus itidem cum defenſionibus ſuis, ſi quas habet, ſufficien-
ter audiendus, & cauſa usque ad concluſionem & ſententiam
76 plenè ventilanda; Quod non ſolum in noſtrô textu, verùm
jam

Digitized by Google

jam in Capitulatione Caroli V. art. 22. innuitur, eaque pro-
pter ad Conſtitutiones Imperii; & poſtea in Capitulatione
Ferdinandi I. *art. 21.* & ſequentium Imperatorum omnium
Capitulationibus ad *Ord. Cam. de A. 1555.* provocatur. Per 77
Capitulationem verò Ferdinandi III. art. 30. ſententia non ni-
ſi adhibitô Electorum conſenſu ferenda; prout hunc Proceſ-
ſum apud Doctores paſſim videre licet, quemadmodum Ot-
to Melander bene obſervat *in Commentario ad Meureri Proceſ-
ſum Cameralem part. 2. th. 59. pag. 418.* Eundemque Projectum
Capitulationis perpetuæ Coll. Elect. *art. 20.* indigitat. vid.
Schvveder *Introd. ad J. P. Loc. ſupr. all.* Nam quamvis in 78
Conſtitutione Pacis publicæ expreſſè cautum ſit, Violatorem
Pacis publicæ ipſô factô & jure in Banni Imperialis pœnam
incidiſſe, per *O. C. p. 2. Tit. 9.* ibi: Der oder dieſelbige ſollen mit
der That von Recht in die Pœn des Fridbruchs / ſonderlich in der
Käyſerl. Majeſtät / unſer und des Heil. Reichs-Acht / ſambt an-
dern Pœnen gefallen ſeyn; addatur *Conſtit. Wormat. de A. 1521.*
§. Ob jemands. Aliud tamen eſt, violatorem pacis ipſô jure 79
incidiſſe in bannum, & aliud, conſtare de ipſâ violatione pa-
cis publicæ, cùm non omnis vis publica ſit ſtatim etiam fra-
cta pax; Quapropter nemò eam fregiſſe dicitur, niſi talis ſit 80
pronunciatus & convictus: uti probè obſervat Gail. *de P. P.
lib. 2. c. 3. num. 1.* & ex eô Melander. *d. l.* cùm accuſare non
ſufficiat, *c. fin. cauſ. 15. qu. ult.* Et in *Conſt. Wormat. d. l.* Ci-
tatio requiritur, ibi: Mit vorgehender Citation; inque *O. C. tit.
19. §. 1.* mandatur, daß das Käyſerl. Cammer-Gericht auff Anſu-
chen der Partheyen und Käyſerl. Fiſcals von Amts wegen ſtrenglich
und unabläßig procedire.

§. 13. Hoc tamen non obſtante, dicta ſententia, poſt 81
plenam cauſæ cognitionem in proceſſu Ordinariô lata, *decla-
ratoria* manet, prout à Melandro *d. l.* Gail. *de P. P. lib. 2. cap. 3.*
aliisque Doctoribus ita vocatur. Scilicet *ratione Banni*, in 82

quod reum ipſô factô propter commiſſum crimen incidiſſe ſententia tandem declarat, per *Conſtitut. de P. P. A. 1521. §.* **Ob jemands** *in pr.* ibi declarirt **und erklärt** / ut tamen quoad
83 Proceſſum, ſi factum non ſit notorium ab aliâ definitivâ, quæ præviâ cognitione cauſæ fertur, non differat; perinde ut in Vaſallo, qui commiſſâ feloniâ feudum *ipſo jure* amittit, ſententia privationis, præviâ cauſæ cognitione ferenda, requiritur. de quo videatur Hartm. Piſtor. *part. 1. quæſt. 35.*
84 §. 14. Poſteriori verò caſu, ſi factum omninò ſit notorium, Proceſſu quidem Ordinariô opus non eſt, (uti hæc clauſula primâ vice Capitulationi Ferdinandi III. art. 30. eſt inſerta, & poſtea in reliquis repetita;) requiritur tamen & ibi pro-
85 ceſſus ſummarius, citatio nim. ac ſententia, & talis cauſæ co-
86 gnitio, ut conſtet de notoriô; Non enim ſufficit, factum eſſe notorium, niſi etiam de qualitatibus facti conſtet, ita ut delinquenti nulla defenſio vel excuſatio competat, quemadmodum rectè obſervarunt allegati ſæpius Dd. Gail. *de P. P. l. 2. cap. 3. n. 12. 13. & 14.* & Melander *ad Proc. Meureri Part. 2.*
87 *f. 418.* Unde etiam Brunnemannus in notoriis ſententiam requirit, cùm qualitates & circumſtantiæ factum vel aggravantes, vel extenuantes debeant eſſe cognitæ, *cap. 8. de Proc. Inquiſit. membr. 3.* Diſtinguunt tamen laudati Doctores in-
88 ter notorium facti permanentis, & quod tale non eſt, veluti ſi quis contra Pacem publicam adverſus Imperatorem ac Imperium Romanum armatâ manu perfidè inſurgat, Statumque aliquem Imperii & Pacem publicam collectô milite ſceleratè perturbet, uti fit in palantium militum, prædonum & erro-
89 num concurſu, ubi declaratoriâ ſententiâ non opus eſſe dicunt, ſed cùm periculum ſit in morâ & notorium cum ſententia comparetur, tales ipſô factô, nunc prout ex tunc, & tunc prout ex nunc, in bannum incidere ſtatuunt, per Conſt. Imperii
de

de A. 1559. §. damit dann hinfüro ꝛc. & R. J. de A. *1566.* §. Auff
den Fall dann. ut adeo in tali caſu abſque ſententia procedi, ab
executione initium fieri & bona confiſcari queant. Gail. *d. l.* 90
*n. 16. ſeqq.* & Melander *d. l.* Videtur tamen & hic Conſenſu
Electorum opus eſſe, ut ipſa declaratio validè inſequatur; Hoc
enim probatur per verba textûs, ibi: Daß die That an ſich ſelb-
ſten gantz notori und offenbahr / der Friedbrecher auch in ſeinem
Verbrechen beharrlich und thätlich fortführe / quæ non niſi de no- 91
toriô facti permanentis intelligi poſſunt. Diſtinguendum er-
go erit inter defenſionem & declarationem in bannum; quam-
vis enim illa moram non ferat, ſed potiùs tam Statui quàm
Imperatori ſit conceſſa; (unde etiam in Capitulatione Ferdi-
nandi *I. art. 21.* hæc Cl. eſt inſerta: doch dem Beſchädigten ſeine
Gegenwehr vermöge des Landfriedens unabbrüchig / quæ quidem
in Capit. Ferd. IV. art. 28. & ſeqq. Impp. tanquam ſuperflua, 92
rurſus eſt omiſſa;) declaratio tamen in bannum & hoc caſu
talem patitur moram, ut cum Electoribus deſuper commu-
nicatio fieri poſſit.

§. 15. Præterea quoad Proceſſum eſt notandum, quòd 93
etiam de *modo & ordine* futuro in bannum declarandi, in tex-
tu diſponatur, ibi: Und was deßhalben bey dem künfftigen Reichs-
Tag / wie reſerviret worden von Churfürſten und Ständen de 94
modo & ordine weiter verglichen werden möchte. Reſervatum
quoque eſt in Inſtr. Pacis Weſtphalicæ *art. 8. §. Habeantur*, ut
in proximis Comitiis de modô & ordine in declarando, unô 95
vel alterô Statu in Bannum Imperii certi quid ſtatueretur. Un-
de etiam in Projecto Electoralis Collegii, quod refert Dn.
Schvveder. *citat. loc.* propoſitum eſt, ut ſententia cum con-
ſenſu Collegii Electoralis congregati, junctis Principibus Im-
perii, Prælatô unô, unôque Comite, & duabus Civitatibus
Imperialibus in ſummis judiciis feratur & executioni mande- 96
tur.

Digitized by Google

tur. Quæ executio alias, uti recenſet Noë Meurer in *Proceſſu Camerali* ſic fieri ſolet: Erſtlich ſo erzehlet der Proto-Notarius aus dem Urthels Buch / alle des Achtes begangene Handlungen / mit Vermeldung / dieweil dieſelbigen erwieſen / daß Bekl. derowegen in die Acht erkläret. Wann nun dieſes Urtheil durch den Proto-Notarium in offentlicher Audienz alſo verleſen / ſo ſtehet der Cammer-Richter ſamt andern Beyſitzern von ſtund an auff / lieſet unter dem freyen Himmel auff dem Marckt zum andernmal des Achtes begangene Handlungen / erklährt ihn in die Acht / erlaubt ſein Leib und Guth jedermänniglich frey / ſo ſolches verrichtet / zerreiſſet er den Zeddul / wirfft den auff die Erden / nach ſolchem allem werden die Achts-Brieffe allenthalben angeſchla-
97 gen. vid. Melander *ad Meurer. Proceſſ. part. 2. pag. 418. & 419.*

§. 15. Ex hactenus dictis animadvertere licet, cum declaratio in bannum citra Conſenſum Electorum fieri nequeat, & præterea de certô modô & ordine in Comitiis ſtatui debeat; Hoc jus eſſe *Limitativum* poteſtatis Regiæ.

* *
*

COM-

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
## ARTICVL. XXVIII.
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE IVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA REVNIONEM BONORVM IMPERII ET (1.) QVIDEM CENSVS CIVITATVM IMPERII ALIORVMQVE REDITVVM.*

## SUMMARIA.

I. *Occaſio & cauſa impulſiva hujus Articuli monſtratur. 1. 3.*

*Dignitas Imperatoria ex hereditariis Cæſareis ditionibus hodie tantùm ſuſtentatur. 2.*

*Quomodo verò ex ipſius Imperii proventibus Cenſus quaſi poſtliminiò conſtitui poſſit, varia ſunt Politicorum conſilia. 4.*

*Alii oppignorata vectigalia, 5.*

*Alii Bona Eccleſiaſtic*[illegible]*ſtitui atque huc trahi vol*[illegible]*6.*

*Sed neutrum horum ſine magnâ difficultate effectui dari poſſe monſtratur. 7. 8.*

*Proinde ad leniora remedia in textu recurritur. 9.*

II. Primum eſt: *Ut Cenſus* Civitatum *Imperialium, qui in aliorum manus pervenit, reduniatur cum Imperio. 10.*

*Synonyma hujus Cenſus in vernacula proponuntur. 11.*

*Idem quoque* Steura *Imperatoris* ordinaria *vocatur. 12.*

*Antiquior ejus indoles & origo ex* Goldaſto *refertur. 13.*

*Cuius veſtigia tantùm in Civitatibus Imperii remanſere. 14.*



Digitized by Google

Cenſus iſte à reliquis Imperii collectis variè differt. 15.
Eſt enim (1.) ordinarium tributum. 16.
Unde (2.) quotannis Imperatori ſolvitur. 17.
Et (3.) hodie tantum à Civitatibus Imperii. 18.
(4. In compendium Imperatoris. 19.
(5.) tam in quieto quàm turbulento ſtatu. 20.
Conveniunt in eo, quòd utrobique per ſub-collectationem à Civibus exigantur. 21.
III. Hic cenſus ex variis cauſis ad alios pervenit, ac conſequenter Imperio ſubtractus eſt. 22.
(1.) per immunitates. 23.
(2.) per moderationem. 24.
(3.) per venditionem. 25.
(4.) per mutationem ſtatûs. 26.
(5). per commodam ſeparationem. 27.
(6.) per conceſſionem in feudum. 28.
(7.) per oppignorationem. 29.
IV. Dicta de Cenſibus ad alios quoque Imperii reditûs extenduntur. 30.
Quò pertinet Reditus
(1.) Ex bonis ad Imperium immediatè ſpectantibus. 31.
Qualia ſunt hodie Feuda aperta. 32.
(2.) E Metallifodinis. 33.
(3.) E telonîis & vectigalibus. 34.
(4.) E cenſu animalium. 35.
Qui infranda dicebatur. 36.
(5.) Ex ſucceſſione in bona mobilia Clericorum immediatorum. 37.
(6.) E cenſu Judæorum. 38.
Jus recipiendi Judæos Electoribus per A. B. reliquis Statibus ex privilegio competit. 39.
Civitas Francofurtenſis titulo oneroſo idem acquiſivit. 40.
Jus tamen ſervitutis in vitam & bona Judæorum Fiſco Cæſareo ſalvum manſit 41.
Canonem quoque certum de Synagogis, tutela ac ſepultura Judæorum recepêre olim Cæſares. 42.
Hodie eundem exigunt Imperii Status. 43.
(7.) Ex Bonis Fiſcalibus. 44.
(8.) E ditionibus ac Regnis Imperio tributariis. 45.
V. Promiſſio circa recuperandos hujusmodi reditus à Rege Rom. facta cum inſigni limitatione. 46.
Variatio textuum circa Conſenſum Electoralem. 47.
Diſquiritur, an unanimem Electorum conſenſum adfuiſſe neceſſe ſit ad id, ut alienatio rectè facta dicatur, ? 48.
VI. Alterum hujus articuli membrum ejusque tenor exponitur. 49.
In negotiis, quæ Status in genere concernunt, Directorium ſpectat ad Moguntinum. 50.


Ratio

*Ratio explicatur, cur deſignatio cenſuum redituumque in aliorum manus delapſorum Cancellaria Moguntina ſit exhibenda?* 51.

VII. *Articulum hunc potius* normativum *quàm* limitativum *eſſe docetur.* 52.

*Quoad poſterius autem membrum ſecus eſſe videtur.* 53.

## §. I.

AQuilam Imperii valdè eſſe deplumatam, in aprico eſt, 1
cùm non tantùm Exteri hinc inde plumas evulſerint quam-
plurimas; ſed etiam ipſi Imperii Cives collectas & reditûs pro
ſuſtentando Imperatore dari ſolitos ex variis cauſis ad ſe traxe-
rint, adeò ut Imperatori hodiè, ditiones hereditarias ſi demas, 2
vix aliquid amplius ſuperſit, unde ſe ſuſtentare pro dignitate
queat; Quod ipſi agnoſcunt Paciſcentes in articulô præſente, 3
quando his verbis eundem inchoant: **Nachdem das Heil. R. R.
faſt höchlich in Abnehmen und Ringerung gekommen/** &c. quem-
admodum jam in Capitulatione Caroli V. *art. 23.* hæc formu-
la legitur, & in ſubſeqq. repetitur. Qui *defectus* Imperii Ro-
mani *inſignis* cùm obſervaretur, varia apud Politicos ſuppedi-
tari conſilia cœperunt, quomodo deplumata Imperii Aquila 4
rurſus veſtiri, & ſufficiens Imperatori cenſus ex ipſius Imperii
proventibus conſtitui poſſit, dum alii *ad reſtitutionem vecti-
galium* ad Principes quondam devolutorum inclinarunt; Alii 5
verò cum Waremundô ab **Ehrenberg** de *Fœd. cap. 1. n. 34. ad
Bona Eccleſiaſtica* recurrendum eſſe cenſuerunt. Sed uti ve- 6
ctigalia ex benignitate Impp. conceſſa & maximo ſuo merito 7
ab Electoribus, Principibus Statibusque Imperii acquiſita iis-
dem auferre, ſit non iniquum, durum tamen videbatur factu-
que difficillimum; (unde etiam in Capitulationibus æquè ac
Inſtrumento Pacis oppignorationes Imperii ſunt confirmatæ,
vid Cap. *art. 3.* & Pac. Weſtphal. *art. 5. §. 9. v. omnia quoque
Monaſteria 25. vid. quæ ſupra diximus ad art. 3. §. 6.* donec con-

 ſenſu

Digitized by Google

ſenſu Electorum, Principum & Statuum Imperii aliter ſtatu-
8 atur. Bona verò Eccleſiaſtica ad pios uſus ſemel conſecrata,
profanis uſibus rurſus applicari nequeant, per *R. J. de A. 1530.* §.
**Etliche haben Clöſter 28.** *R. J. de A. 1544.* §. **Und damit der Kir-
chen Güter 84.** neutrumque adeò ſine magnâ difficultate ad
effectum deduci poſſit, de aliis & quidem lenioribus remediis
9 in Capitulationibus eſt cogitatum.

§. 2. Primum ergò remedium in textu ſic ponitur: *Ut
10 Cenſus Civitatum Imperialium, qui in aliorum manus pervenit,
reduniatur cum Imperio.* Dicitur hic Cenſus in textu: **die Reichs-
11 Steuer der Städte**; alio verò nomine **der Reichs-Schilling** / item
**Handzinß** / **Schatzung** / Tribut, quemadmodum videre eſt in
Privilegiis Civitatis Argentinenſis, vers. **zum andern iſt die Stadt
Straßburg alſo frey / daß ſie keinem Römiſchen König oder Kayſer
ſchuldig iſt des Reichs Schilling oder einigen Handzinß / Scha-
tzung oder Tribut zu geben** / apud Limnæum, *de J. Publ. lib. 7.
c. 3. n. 11.* & Knipſchild. *de Civit. Imp. lib. 3. cap. 51. n. 61.* Di-
12 citur etiam *Steura Imperatoris* ordinaria, uti docet idem Knip-
ſchild. *d. tr. de Civit. Imperii lib. 2. c. 1. n. 51. & c. 17. n. 21. ſeqq.*
13 De origine hujus Cenſus vid. Lehmannum in *Chronic. Spirens.
lib. 2. cap. 39. pag. 147.* & Goldaſtum *de Bohemiâ Lib. 2. cap. 11.*
ubi refert, morem hunc antiquitus fuiſſe introductum, ut Re-
gibus ac Imperatoribus Germaniæ quotannis munera quædam
certa & ordinaria ab immediatis Imperii Ordinibus, maximis,
medioxumis & infimis, quà ſacris, quà profanis, in publicis &
14 generalibus Comitiis præſentarentur; Cujus rei veſtigia quæ-
dam, *refert porrò Goldaſtus*, remanent in annuis civitatum Im-
perialium collectis, vulgò **Stattſteuer** dictis: quæ Imperatori
noſtro hodieque penſitari, & quarum occaſione ipſæmet civi-
tates annuas illas præſtationes, quas à ſuis civibus ſingulatim
exigunt, & ſteuras vocant, introduxerunt. Differt autem
hic

hic Cenſus à reliquis Collectis Imperii, quæ ſecundùm *expe-* 15
*ditionem Romanam & communem denarium* in Imperiô colli-
guntur; Ille enim (1.) *ordinarium tributum* eſt, hæ verò extra or- 16
dinem, neceſſitate & utilitate Imperii urgente, colliguntur.
Ille (2.) *quotannis Imperatori ſolvitur*, hæ verò quando com- 17
muni Statuum conſenſu in Comitiis impetrantur. Ille (3.) ho-
diè *tantum à Civitatibus Imperii penditur*, quæ propterea duri- 18
orem habent cauſam quàm reliqui Imperii Status, obſervante
Knipſchildio *de Civit. Imp. lib. 2. cap. 17. n. 21. ſeqq.* add. Limn.
*ad Cap. Caroli V. art. 23. ad voc.* Reichs Steuer der Städte *in fin.*
Porrò (4.) *Cenſus ille ſolvitur in Compendium Imperatoris*, 19
Collectæ verò reliquæ ad neceſſitates Imperii bello vel aliâ ne-
ceſſitate emergente. Ille denique (5.) *non ceſſat, etiamſi ſint* 20
*ſolvendæ Collectæ* extraordinariæ, verùm tam in quietô ſtatu,
quàm turbulentis Imperii temporibus pendendus eſt, ut pro-
inde non excuſentur ab eô, qui Collectas reliquas ſolvunt. In 21
hôc verò conveniunt, quòd utrobique à Civibus & ſubditis ſuis
per *ſubcollectationem*, pro fortunarum modo ac conditione, Ci-
vitates Imperiales ejusmodi cenſûs æquè ac collectas exigant,
uti ex *Actis Lindavienſibus* docet Knipſchild. *d. cap. 17. n. 21. & num. 30.*

§. 3. Hic ergo cenſus cùm ex variis cauſis ad alios per- 22
venerit, non ſe paſſurum eſſe promittit in hôc articulô Rex Ro-
manorum, ut Imperio Reique publicæ ulterius idem ſubtraha-
tur. Subtractus enim hactenus eſt Imperio (1) *per immunita-* 23
*tes*, quibus Imperatores Civitates quasdam Imperiales ab hôc
cenſu in totum exemerunt, uti de Civitate Argentinenſi ſupra
dictum; (2.) *per moderationem cenſus*, qualem Auguſtæ Vin- 24
delicorum indulſit Ludovicus V. ita ut loco 600. tantùm 400. li-
bras in poſterum ſolveret; Et Imp. Sigismundus Civitati Linda-
vienſi, ut loco 350. tantùm 200. libras penderet. (3.) per *vendi-* 25



Digitized by Google

*ditionem*, ut idem Sigismundus Civitati S. Galli exemtionem
26 à Steurâ non parvâ auri ſummâ vendidit. (4.) Per *mutationem* Status, quoniam ex immediatis mediatæ ſunt factæ. (5.)
27 Per *commodam ſeparationem* ab Imperiô, quando nonnullæ ab Imperiô planè ſunt avulſæ, uti cum Meti, Tullo, Veroduno,
28 Gedanô, Elbingâ aliisque factum eſt. (6.) Per *conceſſionem Feudi*, quando nim. Maximilianus Imperator Comitibus Zolleranis Steuram Imperialem Civitatis Reutlingenſis in feu-
29 dum pignoratitium conceſſit, (7.) per *oppignorationem*, quando Sigismundus Imperator Comitibus de Pappenheim Steuram Civitatis Werdenſis, Weiſſenburgenſis & Alenſis; Conrado Domino in Weinſperg Steuram Civitatis Hallenſis, & Carolus IV. Steuras Sueviæ, pagi Altorffenſis & Wingartenſis Comitibus Helffenſteiniis oppignoravit; quæ omnia prolixè recenſentur à Knipſchild. *d. lib. 2. cap. 17. n. 22. ſeqq.* & Limn. *ad Capit. Caroli V. art. 23. voc.* Reichs-Steuer der Städte. *add.* Speidel *in Notab. ad voc.* Reichs-Schilling.

30 §. 4. Quod de cenſu Imperatoris dictum, idem de *aliis reditibus* eſt intelligendum, quandoquidem & illorum in textu mentio fit, ibi die Reichs-Steuer der Städte und andere Gefälle; adeoque *ſecundum* eſſet *remedium* Aquilæ Imperii rurſus veſtiendæ, ſi præter Cenſum Civitatum alii quoque reditûs, proventûs & compendia, quæ olim habuit Imperator,
31 Cameræ ipſius redunirentur. Quò ſpectant (1.) *reditus ex bonis immediatè ad Imperium pertinentibus*, qualia fuère Principatus, Comitatus, Epiſcopatus item Abbatiæ & ſimiles, quorum reditus, quamdiù *adminiſtratorio jure* tantum ſunt poſſeſſi, ad Imperatorem ſpectarunt, veluti Lehmannus loquitur in *Chronicâ Spirenſi lib. 2. c. 44.* Welche ein König / ſo lange Er gelebt / zu Erhaltung ſeines Königl. Standes vom Reich innen gehabt / genutzt und genoſſen; Sic adhuc hodie ad Imperium perti-
nent

Digitized by Google

nent fructus ſ. reditus ex Feudis Imperii provenientes, quate- 32
nus illa ob delictum aperiuntur ad tempus, quamdiu nim. Va-
ſali & ipſorum deſcendentes in vivis ſunt, de quo vid. Schvve-
der. *part. ſpec. ſect. 1. cap. 23. §. 7.* (2.) Reditus *ex fodinis metal-* 33
*licis*, auri argentique &c. quæ olim quidem ad Imperatorem
ſpectarunt, poſtea tamen & aliis, in ſpecie Electoribus, uti ex
A. B. c. 9. videre licet, ſunt conceſſi. (3.) Ex *teloniis & vectiga-* 34
*libus Imperii*, quæ & ipſa olim ſolius fuêre Imperatoris; vid.
Speculum Suevicum apud Goldaſtum *lib. 1. Tit. 12. Tom. 1.* der
Reichshandlungen *p. 55.* ſed Electoribus ceſſère per *A. B. c. 9.*
(4.) Ex *cenſu animalium* vom Vieh-Zinß / qui ſimiliter Came- 35
ræ Imperiali fuit proprius; Unde & hoc tributum *Inferenda* ſeu
*Infranda* tum temporis dicebatur, juxta Lehman. in *Chron.* 36
*Spir. lib. 2. cap. 44. p. 192.* (5.) Ex *ſucceſſione in bona mobilia* 37
*ArchiEpiſcoporum, Epiſcoporum ac Prælatorum*, quæ vi *Juris Re-*
*galiæ* Imperatoribus competebat. vid. Schilter. *de Libertat. Ec-*
*cleſ. Germ. Lib. 5. cap. 6.* Verum hodiè defunctorum agnati
vel cognati, vel etiam ipſi Epiſcopatus hæc bona ſibi adſcri-
bunt & ab Ottone IV. primum remiſſa cenſentur. (6.) Ex 38
*cenſu Judæorum*, quandoquidem hi ſunt ſervi Cameræ Impe-
rialis, Kayſerliche Fiſcaliſche oder Cammerknechte / adeoque
mancipiorum inſtar, tam quoad perſonam quàm bona, uni-
cè ſpectarunt ad Imperatorem, quemadmodum & *Jus* eos-
dem *recipiendi* tantùm Imperatoris fuit; Poſtea verò hoc jus 39
recipiendi Judæos non ſolùm Electoribus per A. B. tit. 9. in fin.
ſed etiam omnibus illis conceſſum eſt, qui ab Imperatore Re-
galia, vel jus iſtud ex ſpeciali privilegio habent, juxta *Refor-*
*mationem politicam de A. 1548.* Tit. von Juden und ihrem Wu-
cher 20. & de A. 1577. *Tit. eod.* vel denique titulo oneroſo idem
acquiſivêre, quemadmodum Carolus IV. Anno 1349. in Civi- 40
tatem Francofurtenſem Judæos ibi commorantes pro 15200.
libris argenti, alios Imperii Principes & Status idem genus ſer-

vorum

Digitized by Google

verum ſub pactô de retrô vendendo transtuliſſe dicitur : jus
41 tamen ſervitutis in vitam & bona ipſorum Fiſco Cæſareo ſal-
vum manſit. Unde etiam **in der Königl. Satzung von dem ge-
meinen Pfenning** in R. J. de A. 1495. Tit. **von Juden** ſancitum eſt,
**daß Vier Jahr alle Juden/Mann und Frauen/ jung und alt / jeder
einen Rheiniſchen Gulden zu des Reichs Nothdurfft geben ſollen.**
Item in *R. I. Spirenſi de A. 1542.* §. Item **die Juden.** 73. & de A.
1544. §. Item **die Juden** 41. propterea ſtatutam legimus , **daß je-
der von hundert Gulden Haubt-Guths darneben jedes Jahrs auch
einen Gulden zu geben ſchuldig ſeyn ſolle.** Quemadmodum &
42 Canon de Synagogis , de ipſorum tutelâ & ſepulturâ **Schutz
und Begräbnuß-Geld**/ olim quoque Imperatorum fuit *l. 17. C.
de Judæis*; Hodiè verò Status Imperii vi Juris territorialis ejus-
43 modi Canonem recipiunt, ſalvis licet oneribus Imperii publi-
cis (7.) Ex *bonis Fiſcalibus* , quæ & ipſa olim immediatè ſpe-
44 ctarunt ad Cæſarem , hodiè ad illos , qui privilegiô Fiſci ſunt
ornati , prout ſupra dictum. Et (8.) denique è *ditionibus &
45 Regnis Imperio tributariis*, qualia olim fuêre, Polonia, Bohemia,
Sileſia , Moravia , aliæque Provinciæ , ſicut ex Goldaſto , Leh-
manno & aliis recenſet eas Limnæus *ad Capit. Caroli V. art. 23.
ad voc.* **Andere Gefälle.** *Addatur* Knipſchild. *de Civitat. Imp.
lib. 2. cap. 17. n. 20. ſeqq.*

46 §. 5. Et hos igitur reditûs, perinde uti cenſum Im-
perii Civitatum , ſe vindicaturum repetiturumque promittit
Rex Romanorum ; *Niſi* (quæ limitatio in textu, & jam in Ca-
pitulatione Caroli V. *art. 23.* habetur) *illa omnia in manus alio-
47 rum Conſenſu Electorum Collegiali pervenerint* ; quemadmo-
dum hæc expreſſio **der** Collegial-**Bewilligung aller** VII. **Chur-
fürſten** primitus in Capitulatione Leopoldi *art. 29.* facta repe-
ritur, cùm antea , & quidem usque ad Ferdinandum III. tan-
tum ſenarius numerus occurrat : In Capitulatione autem Ferdinan-

Ferdinandi IV. his verbis utantur Paciſcentes: **Daß ſolches mit rechtmäſſiger Bewilligung der VII. Churfürſten geſchehen wäre** 48
An verò tunc unanimi conſenſu Electorum ſit opus, in textu quidem diſertè non exprimitur, niſi quod requiratur ibi Conſenſus **aller VII. Churfürſten /** Quo tamen ipſo Conſenſum unanimem indigitari, ſupra in articulò XII. *§. 6.* occaſione vocis **ſamtlich /** (quæ vox in omnibus Capitulationibus noſtro articulo adjecta cernitur, licèt vox **aller** in Capit. demum Leopoldi primâ vice inveniatur;) dilucidè demonſtravimus; ut proinde ibidem notata cum hoc articulo, qui pleno quaſi rivo ex illo fluit, omninò ſint conjungenda.

§. 6. *Altera* Promiſſio Regis Romanorum in hôc ar- 49
ticulô eò tendit, ut intra 6. menſes à tempore aditæ Imperatoriæ dignitatis & regiminis, certam deſignationem Cancellariæ Moguntinæ exhibere velit, unde conſtare poſſit, in quorum manibus ſint hodie dicti cenſus & reditus. Quod primâ vice in Capitulatione Ferdinandi II. *art. 27.* habetur, & poſtea Stylô paulatim immutatô in ſubſeqq. eſt repetitum, dum ſcil. in Ferdinandi III. Capitulatione *art. 31.* & Ferd. IV. *art. 29.* ita legitur: **Inner 6. Monathen / da es nicht vor würcklicher Antrettung unſerer Königlichen Regierung allbereit geſchehen.** In Leopoldi verò art. 29. & præſente articulò repetitur: **Inner 6. Monaten dem nächſten nach würcklicher Antrettung unſerer Kayſerlichen Regierung.** Ut enim ad Ele- 50
ctorem Moguntinum ſpectat Directorium in ejusmodi negotiis, quæ Electores & Status in genere concernunt: Ita nec imme- 51
ritò Cancellariæ Moguntinæ talia ſunt exhibenda, quò inde cum reliquis Electoribus vel pro re natâ cum aliis quoque Statibus communicari queat.

§. 7. Hinc ergò patet, articulum hunc poteſtatis Re- 52
gis Romanorum regiæ *non eſſe limitativum*; ſed potius *normativum* cùm poteſtatem Principis non circumſcribat, ſi-

quidem ea, quæ ab ærariô Imperii, injuſtô modô ſunt ademta, vindicare rurſus ipſi ſit injunctum. Niſi fortè hoc ad ea, quæ modo diximus in præc. §pho, reſtringere velis, quod ſcil. Directorio Moguntino, quò omnia tam in Collegiô Electorali, quàm in Collegio Principum & Civitatum exhibenda recurrunt, deſignatio cenſuum & redituum dictorum intra 6. menſes ſit offerenda. Dum enim hoc ipſo Electorum vel Statuum de Regimine & poteſtate Imperatoris ſtatuendi participatio ſupponitur; Ita *Limitationem* quandam poteſtatis idem innuere tutò aſſerere licebit.

************************************************************

# COMMENTATIO

AD

*ARTICVL. XXIX.*

# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE IVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA REVNIONEM BONORVM IMPERII (2.) QVOAD FEVDORVM APERTORVM CONSOLIDATIONEM.*

## SUMMARIA.

I. B*Revis recapitulatio eorum, quæ in art.* præc. *dicta ſunt.* 1.

*Novum remedium locupletandi Ærarium Imperii conſiſtit in Conſolidatione Feudorum Imperio apertorum.* 2.

*Feuda*

*Feuda ejuſmodi aperiuntur potiſſimum duobus modis.* 3.

*Alii tamen modi non excluduntur.* 4.

II. *Tenor & ſumma præſentis articuli.* 5.

*Jus inveſtiendi Status Imperii eſt Reſervatum Imperatoris.* 6.

*Adeò ut ne Vicarii quidem Imperii iſtud exercere valeant.* 7.

*Collatio inſtituitur inter Prælatos & Antiſtites Eccleſiarum & Imperatorem quoad hoc punctum.* 8. 9.

*In quonam hîc limitata ſit poteſtas Imperatoris.* 10.

*Scilicet ut Feuda Imperio aperta cum eodem reduniantur.* 11.

*Cur heic diverſa ſit poteſtas Imperatoris ac Prælatorum ?* 12.

*Etiam Prælatus in caſu neceſſitatis feudum apertum de menſâ Eccleſiæ facere tenetur.* 13.

III. *Eousque ſaltem prohibita eſt reinfeudatio, donec majores vires ſumſerit Imperium.* 14.

*Cur iſthæc ſublimitatio in Capit. Leopold. ſit omiſſa ?* 15.

*Alia tamen limitatio à Ferdinandi IV. tempore inſeri cœpit.* 16.

*Scil. ſi reinfeudatio fiat cum conſenſu Electorum.* 17.

*Quo præciſe opus eſt, cum ſubſit alienatio.* 18.

*Bene meritis feuda aperta rectè & juſtè conferuntur.* 19.

IV. *Feuda illa quorum conceſſio prohibetur, majoris eſſe debent momenti.* 20.

*In minoribus enim libera diſpoſitio Imperatori eſt relicta.* 21.

*An & Electoratus vacantes conſolidationi ſint ſubjecti ? Neg.* 22.

*Exceptio ſaltem eſt in Regno Bohemiæ.* 23.

*Ne ſuffragia Electorum imminuantur.* 24.

*Si tamen Electoratus vacans alicui de novo conferatur, Collegium Electorum conſentiat oportet :* 25.

V. Ampliatur *hæc diſpoſitio, ut ne quidem Expectativas concedere liceat in feuda majoris momenti.* 26.

*Quid ſit* Expectativa ? 27.

*Eadem à parte Domini* ſuperinfeudatio *vocatur.* 28.

*In conceſſione Expectativæ non quidem opus eſt conſenſu Vaſalli, bene tamen Electorum.* 29.

*Idque probant LL. Imperii.* 30.

*Et exempla.* 31.

*Quorum nonnulla univerſorum Statuum conſenſu ſuffulta ſunt.* 32.

VI. Limitatur *hujus Articuli diſpoſitio, quoad Ditiones Auſtriacas.* 33.

*Ob ſpeciale privilegium.* 34.

*Sublimitatur.* 35.

*Huc pertinent omnes, qui ſimili privilegio ſunt muniti.* 36.



Digitized by Google

*Vel per* pacta confraternitatis *de mutuâ ſucceſſione ſibi proſpexere.* 37.

VII. *Literæ novarum Inveſtiturarum & Expectativarum cum conſenſu Electorum conficiendæ.* 38.

*Nec alibi quàm in Cancellariâ Imperii* 39.

*Ratio hujus diſpoſitionis.* 40.

*Secus in literis ſuper renovatione ſolum vel Inveſtituræ, vel Expectativæ conceſſis.* 41.

VIII. *Articulum hunc totum Regiæ poteſtatis* limitativum *eſſe docetur.* 42.

## §. I.

1 IN articulô præcedente de *primô & ſecundô* remediô Ærarii
Imperii locupletandi, præter illud de quo *ſupra in art.* 12.
de reduniendis terris ab Imperiô avulſis expoſuimus, actum
eſt, ſcilicet de redunitione (1.) Cenſus Civitatum, & *(2.)* redi-
tuum Imperatoris. Tertium ergo remedium ſequitur in hôc
articulô idque conſiſtit in conſolidatione Feudorum Imperii,
2 ſiquidem illa vel per mortem Vaſalli, nullô ſucceſſore feudali
relictô, vel per ejusdem Feloniam Imperio aperiuntur; Hi
3 duo modi, quibus aperiuntur Feuda, expreſſe in textu nomi-
nantur, & primitus quidem in Cap. Leopoldi *art.* 30. ibi:
**Durch Todes-Fall oder Verwirckung**; Cum tamen in priori-
4 bus generaliter dicatur: **Wann Lehen dem Reich und Uns eröffnet/** reliqui non excluduntur, quales ſunt *refutatio*, & *præſcri-
ptio*, ſi dominium utile vel ceditur vel præſcribitur Imperatori;
At quia vix unquam hoc contingere ſolet; Itaque potiorum
tantum facta eſt mentio.

5 §. 2. Agitur autem in textu (1.) de *reinfeudatione* *(2.)*
de *Expectativis*, & (3.) de *inſtrumentorum* ſuper inveſtituras
*expeditione.* Ad *reinfeudationem* quod attinet, *Reſerva-
6 tum* quidem *Imperatoris* eſt jus inveſtiendi Statûs Imperii in
7 Feudis Imperii Regalibus, adeò ut ne quidem Vicariis Imperii,
utut durante Interregnô pleraq; Majeſtatis jura exercere va-
leant,

leant, feuda Principum conferre liceat, per *A. B. cap. 5. §. 1.* Et
quemadmodum aliâs Prælatis, tanquam Adminiſtratoribus 8
Eccleſiæ poteſtas adſcribitur, ut etiam ſine conſenſu Capituli
res infeudari ſolitas rurſus in feudum dare poſſint, *cap. 2. X. de
Feud.* dum nullum inde Eccleſiæ præjudicium contingit, quip-
pe non nova alienatio, ſed primæ, in quam Capitulum con-
ſenſit, continuatio peragitur. Ita multo magis Impera- 9
tori id dandum eſſe videtur, ut Feudum apertum, tanquam
rem infeudari ſolitam, rurſus aliis concedere poſſit. Verùm 10
hæc regia poteſtas Imperatoris limitata eſt in eo, ut Feuda aper-
ta cum Imperiô redunire, & pro Imperii, Imperatorum Re- 11
gumque Romanorum conſervatione & ſuſtentatione, proque
locupletando Imperii ærariô eidem addicere debeat. Quæ
ipſa limitatio jam in Capitulatione Caroli V. *art. 24.* habetur, &
poſtea in reliquis eſt retenta; Adeoque Imperatori propter Le- 12
gem publicam ex utilitate Imperii ſancitam hîc non licet, quod
alias Prælato, cui talis lex non obſtat, licere videtur: quam-
vis nec Prælato, ſi Eccleſiæ neceſſitas aut etiam inſignis utili-
tas prohibeat, idem ſit conceſſum, ſed potius, in caſu præſertim
depauperationis, illud *de menſâ Eccleſiæ facere* teneatur, uti ob- 13
ſervat Ritterſhus. *in Partit. Feud. 1. c. 5. qu. 12.* Ludvvel. *in
Synops. Feud. p. 104.*

§. 3. Illud tamen viciſſim obſervandum eſt, iſtam
limitationem in Capitulationibus prioribus, ad Leopoldum us-
que, *ſublimitatam* fuiſſe in caſum majoris incrementi, dum 14
eô usque eſt prohibita reinfeudatio, donec majores vires cepe-
rit Imperium, **bis ſo lang daſſelbe Reich wieder zu Weſen und
Auffnehmen kommt.** Sed primâ vice hæc Sublimitatio in
*Capitulat. Leopoldi art. 30.* inde forte eſt omiſſa, quod ratio li- 15
mitationis ſit decrementum & depauperatio Imperii, velut ex
articulô præcedente. ibi: **Nachdem das Heil. Röm. Reich faſt
höchlich in Abnehmen und Ringerung kommen ꝛc.** pateſcit, adeo-

que illâ ceſſante, ceſſet quoque juxta vulgatam regulam ipſo jure prohibitio. Contra tamen alia limitatio Ferdinandi IV.
15 Capit. *art. 30.* addita inque Leopoldi & Joſephi Capit. continuata eſt, (quamvis nec olim tempore Maximiliani I. eam fuiſſe inſuper habitam, ex literis Conradi Stuzelii, dicti quondam Imperatoris Cancellarii *A. 1495. ult. Febr.* ſcriptis referat
17 Dn. Eyben. *in Elect. Feud. c. 8. th. 8)* Niſi ſcil. fiat illa reinfeudatio cum conſenſu VII. Electorum, **ohne Vorwiſſen der VII. Churfürſten;** Quæ ipſa præſcientia ſine dubio conſenſum Electorum innuit, cùm hic alienatio quædam interveniat, adeoque per ea, quæ *ad artic. præcedentem* ſunt dicta, conſenſu Ele-
18 ctorum ſit opus, prout etiam obſervat Rhetius *ad Jus Feud. p.*
19 *360. ſeq.* Ut nim. bene meritos & hodie quoque condigna maneat remuneratio nec deterioris ſint conditionis illi qui hodie Imperatori & Imperio Romano-Germanico quam qui olim fidelem navârunt operam; Inſimul & meræ gratiæ Imperatoriæ importuniſque ſolicitatoribus obex aliquis ponatur.
20 §. 4. Enimvero Feuda illa, quorum nova conceſſio prohibetur, *majoris* eſſe debent *momenti*, **Lehen / ſo etwas merckliches ertragen /** qualia ſunt Principatus, Comitatus, Civitates & ſimilia. Unde patet in Feudis Imperii minoribus liberam
21 adhuc hodie Imperatoribus poteſtatem eſſe relictam, ita ut ea etiam abſque conſenſu Electorum denuò elargiri poſſit, prout à contrario rectè argumentatur Dn. Eyben. *in Electis Feudalib.*
22 *c. 8. th. 8.* Inter illa tamen Feuda majoris momenti *non comprehenduntur Electoratus*, quandoquidem in *A. B. c. 7. §. 3.* expreſſis verbis Imperatori vel Regi Romanorum, qui præfuerit Imperio, injunctum eſt, ut ſi quis ex hujuſmodi Principatibus
23 vacaverit, de eô providere debeat, regno Bohemiæ ſaltem excepto; Huic enim Juri in Capitulationibus nullibi eſt derogatum, ſed Principatus ibidem Electoratibus ſunt contradiſtinguendi, ne ſcilicet aliàs maximô cum Imperii detrimento nu-

merus

Digitized by Google

nierus & conſequenter vota Electorum imminuantur, uti Publici Juris Doctores unanimiter ſtatuunt. vid. Carpzov. *ad L.* 24
*Reg. c. 7.* §. *3. n. 18.* Struv. *in Synt. J. Feud. c. 5. th. 6. n. 2.* Ubi ta- 25
men neutiquam excludendus eſt Electorum conſenſus, propter text. in Cap. Leopoldi *ars. 39. in fin.* & Joſephi *art. 44.* ibi: **Uber ſolches alles das jenige** Collegium, **in welches ſie ſollen auffgenommen werden / gnugſam gehöret** / quemadmodum pluribus aſſerit Limnæus, *Tom. 5. J. P. in Addit. ad lib. 1. c. 12. p. 347. ſeqq.* add. Rhet. *ad Jus Feud. p. 191. & 361.*

§. 5. Eôdem modô deciditur alterum in hoc articulô 26
*de Gratiis Expectativis* comprehenſum & ſancitum. Quod ſcilicet in ejusmodi Principatibus, Comitatibus, Civitatibus & ſimilibus majoris momenti Feudis *nec Expectantiam* alicui concedere velit nec debeat, quæ ampliatio primâ vice Capitulationi Ferdinandi II. art. 28. eſt inſerta. Expectativa eſt gra- 27
tia Imperatoris, quâ alicui Feudum Imperii nondum apertum in caſum aperturæ concedit, eumque ſub conditione, ſi Vaſallus ſine herede feudali deceſſerit, vel aliàs jure ſuô exciderit, inveſtit; Utrobique enim Feudum ad Dominum revertitur & apertum fit *1. F. 3. & 2. F. 26.* §. *Moribus.* Ut verò *à parte inveſtiti* vocatur Expectativa, ita *à parte Domini* ſuperinfeu- 28
datio dicitur, Germ. **Ein Gnaden Lehen / ein Angefäll / eine Anwartſchafft**, In textu **Eine** Expectanz, **oder Anwartung**. Et quam- 29
vis *non ſit opus Conſenſu Vaſalli*, requiritur tamen hodiè *conſenſus Electorum*, quemadmodum non ſolùm ex Capitulatione Ferdinandi IV. & ſubſequentium Regum Romanorum intel- 30
ligere datur, ad utrumque caſum, tam reinfeudationis quam Expectativæ, conſenſum iſtum meritò extendi, ſed etiam id obſervatum in Expectativâ Johanni Georgio I. Electori Saxoniæ 31
*piæ mem.* in feuda Imperii Ducum Brunsvvicenſium & Luneburgenſium; Comitum item Hanoviæ & Schvvarzburgicorum à Ferdinando II. *A. 1625. die 13. Auguſti* conceſſa, & à Ferdinan-

Digitized by Google

dinando III. die 17. Septembris A. 1638. Pragæ confirmatâ, prout literas illas recenſet Limn. *ad Capit. Ferd. IV. art. 30. voc.* Einige Expectanz, *add. Tom. 2. addit. ad lib. 5. cap. 15. p. 45. Juris*
32 *Publ.* Quin & omnium Imperii Statuum conſenſu Expectativa Regum Regnique Sueciæ in Pomeraniam ulteriorem & Epiſcopatum Caminenſem; Electoris verò Brandeburgici in Archi-Epiſcopatum Magdeburgenſem eſt confirmata, juxta Inſtr. P. *art. 10. §. Titulis & art. 11. §. Similiter.*

33 §. 6. Diſpoſitioni hujus articuli non ſubjacent *Ditiones*
34 *Auſtriacæ* & ſi quæ aliæ ſimili privilegio ſunt ornatæ. Etenim inter Privilegia quamplurima Archiduces Auſtriæ etiam hoc habent, ut ditiones ſuas liberè alienare & vel pacto vel teſtamento ad alios transferre valeant, quemadmodum ex Cuſpiniano refert Limnæus de Jur. Publ. lib. 5. cap. 2. num. 31. **der Ertzhertzog hat freye Macht / ſein Land zu vergeben und zu verſchaffen wem er will / ſo er ohne Erbkinder abgienge /**
35 **und ſoll daran durch das Reich nicht verhindert werden;** Niſi forte Auſtriaci jus ſuum aliquando neglexerint, & nulla præviâ translatione ſtirpem ſuam terminârint, quô caſu, uti ad Imperium terræ ipſorum reverterentur, ita Imperator ſine conſenſu Electorum illas alii denuò elargiri non poſſet, vid. Limnæ-
36 um ad *Capit. Caroli V. art. 24. ad voc.* **Aller unſer Erblande.** Idem & de aliis ſubſumendum, qui vel ſimili vel aliô privilegiô ſunt ornati, quemadmodum verba textûs, quæ jam in *Capit. Caroli V.* habentur, innuunt, ibi: **doch Uns von wegen unſerer Erblande und ſonſt männiglich an ſeinen Rechten und Freyheiten unſchädlich /**
37 ita ut diſpoſitio hujus articuli nec penes iſtos habere locum poſſit. Huc referendi ſunt illi, qui *pacta confraternitatis* ſeu de mutuâ ſucceſſione iniêre; qualia inter Sereniſſimas familias Saxonicam & Haſſiacam, cui tandem & Brandeburgica acceſſit, nota ſunt; vel ſi quibus aliàs jus alienandi ante hujus articuli diſpoſitionem quæſitum eſt. Quorum adeò terræ, eveniente caſu, incorporari cum Imperiô non poſſunt. §. 7.

Digitized by Google

§. 7. Ultimum quod in hôc articulô tractatur, & primitus Capitulationi Leopoldi inſertum legitur de *expediendis* 38
*Inveſtiturarum & Expectativarum* literis agit; quo nempe caſſantur & irrita declarantur Inſtrumenta illa omnia, quæ ſine Electorum conſenſu & alibi quàm in Cancellariâ Imperii in poſterum conficientur. 39 Videntur autem Paciſcentes hoc ipſo 40
voluiſſe occurrere Conceſſionibus ſub- & obreptitiè ſæpè impetratis; ne proinde quidquam in præjudicium hujus articuli, Conſenſusque Electorum, fieret vel intenderetur. Non verò hîc intelliguntur Inſtrumenta ſuper *Renovatione Inveſtiturarum & Expectativarum* confecta, quippe de illorum validitate 41
nulla quæſtio movetur, ſed potius Inſtrumenta *ſuper novis Inveſtituris* & Expectantiis formanda, id quod articuli textus claris verbis indigitat.

§. 8. Eſt ergò hic totus articulus *Regiæ poteſtatis limitativus*, ſive reinfeudationem cum Conſenſu Electorum ſuſcipiendam 42
ſive Expectativam concedendam, ſive denique Inſtrumenta deſuper conficienda reſpicias.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

# *COMMENTATIO* AD *ARTICVL. XXX.* CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ *DE JVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA BONORVM ET QVIDEM (1.) FEVDORVM IMPERII CONSERVATIONEM.*

## SUMMARIA.

1. *Connexio hujus ac praeced. Articulorum.* 1.
*Præſentis Articuli Scopus.* 2.

*Feudum quando extingui dicatur.* 3.
*Quomodo Vaſallus Directum Dominium præſcribat?* 4.
*Interverſâ Domini poſſeſſione feudalis qualitas tollitur.* 5.
II. *Proviſio Reg. Rom. circa urgendam renovationem inveſtiturarum.* 6.
*Per Inveſtituram quisque ſe vaſallum eſſe profitetur.* 7.
*Imperii Collecta loco ſervitiorum habentur.* 8.
III. *Promiſſio Regis Rom. circa cuſtodiam atque enucleationem Actorum Feudalium.* 9.
*In ſpecie Maximiliani I.* 10.
IV. *Per Defenſionem Vaſallis in tempore præſtandam Feuda Imperii cumprimis conſervantur* 11.
*Diſpoſitio Juris feudalis communis applicatur ad Imperatorem.* 12.
V. *Feuda quoque extra Imperium Nat. Germ. ſita Articulus hic comprehendit.* 13.
*Maximè Italica.* 14.
*Quæ recenſentur.* 15.
*Rex Hiſpaniæ Vaſallus eſt Imperii.* 16. 17.
*Dux item Lotharingiæ.* 17.
*Ejusmodi Feuda igitur ad Imperium Romanum ſpectant, utut extra Germaniæ limites ſita deprehendantur.* 18.
VI. *Rex. Rom. propria quoque feuda renovare debet, idque ſe facturum promittit.* 19.
*Hinc quæſtio paradoxa: An Imperator à ſemetipſo Feuda recognoſcere poſſit?* 20.
*Ad quam diſtinctè reſpondetur.* 21.
*Qualitates ac reſpectus diverſi in unum hominem cadere poſſunt.* 22.
*In ſecuritatem verò majorem Imperii, literæ* Reverſales *juſtè exiguntur.* 23.
VII. Normativum *eſſe hunc Articulum non limitativum, indigitatur.* 24.

## §. I.

1 Dictum eſt hactenus in Articulis proximè præcedentibus de decrementô Imperii Romani & quemadmodum eidem tam per reunionem, cenſus atque reditûs Civitatum, quàm 2 conſolidatione Feudorum Imperii cavendum ſit. Nunc etiam in hôc articulô ulteriori eique futuro decremento providetur, dum eò laborant Paciſcentes, quò Feuda omnia Imperii

Digitized by Google

perii ſarta tecta conſerventur, nec illorum extinctione Res-
publica quidquam detrimenti capiat. Extingui aliâs Feu- 3
dum dicitur, quando Vaſallus directum Feudi Dominium 4
tempore & modo lege definito præſcribat; Quod fit, ſiquidem
rem non ut feudalem ſed allodialem bonâ fide poſſederit; vel
Dominus intra 30. vel 40. annos ſervitia, quibus tamen opus
habebat, non exegerit, vel etiam ſe Vaſallum eſſe negans, Do-
mino ſervitia exigenti contradixerit & Inveſtituram renovare 5
omiſerit. Ut enim poſſeſſio Domini directi ſic intervertitur:
Ita Feudalis qualitas poſtea eſſe deſinit: vid. Menoch.
*Tom. 1. Conſil. 2. n. 302.* Itter. de *Feud. Imperii cap. 24. in fin.*
Ludvvel. *in Synops. Feudali c. 8. p. 177.*

§. 2. Ne igitur tale quid contingat in Imperio Roma-
no, ſed potius Eidem Feuda ſua conſerventur, Rex Romano- 6
rum hîc cavet, dum ſcil. ea in qualitate ſuâ Feudali conſerva-
re debitâque curâ eò allaborare vult, quò eveniente caſu In-
veſtitura à quolibet Imperii Vaſallo renovetur. Per Inveſti- 7
turam enim & Vaſallagium tunc præſtitum quisque ſe Vaſal-
lum eſſe profitetur, adeoque Feudum Domino conſervatur.
Unde ſi Imperator de hoc ipſo providet, neque renovatio-
nem Feudorum Imperii negligit, accedentibus quoque Im- 8
perii collectis, quæ loco Servitiorum à Statibus Imperii Feu-
dorumque poſſeſſoribus præſtantur: ſecurum eſt Imperium de
ipſis quoque Imperii Feudis.

§. 3. Ut verò de Feudis, quænam & qualia illa ſint,
nec non ubi ſita deprehendantur, perennis extet memoria,
Acta Feudalia, Regiſtra, & ejus generis ſcripturæ atque literæ 9
non tantum diligenter aſſervari, ſed etiam ſæpius volvi atque
revolvi debent, quod itidem curare vult Rex Romanorum.
Unde Maximilianus I. promiſiſſe legitur : Daß er alle 10
Regiſter / Lehnbücher / Brieffe und Uhrkunden / über des Reichs

Händel und Gerechtigkeit ſagende / die er in ſeiner Gewalt habe/ oder bey wem ſie wären / oder erfunden würden / zuſammen bringen/ und dieſelben mit ſamt denen / ſo künfftiglich gemacht würden / zwiefachen / und den einen Theil in die verordnete Kaiſerliche und des Reichs Cammer gen Franckfurt legen / und dem H. Reich zu gut / getraulich verwahren / und zur Nothdurfft gebrauchen laſſen / und das andere Theil in die Römiſche Käyſerliche Cantzeley zuſammen bringen laſſen wolle. vid. Handhabung des Landfriedens zu Wormbs de A. 1495. Tit. Alle Regiſter und des Reichs Lehnbücher ꝛc. Limnæus *ad Capit. Matthiæ art. 30. voc.* auffricht zu halten.

11 §. 4. Inprimis autem conſervantur Imperii Feuda *per defenſionem* ab Imperatore Vaſallis Imperii contra vim injuſtam præſtandam & impertiendam. Sicut enim quilibet Feudi Domus de Jure Feudali communi defendere tenetur Vaſallum, quandoquidem ab aliquo fuerit interpellatus, vel etiam vi
12 injuſtâ Feudum petatur, per *text. expreſſum 2. F. 25.* add. *text. 2. Feud. 6. in fin. L. ſi plus. 74. §. mota 2. ff. de Evict.* Franzk. *de Evict. n. 629.* Ita quoque Imperatori incumbit Vaſallorum Imperii defenſio, per verba textûs: wider allen unbilligen Gewalt die Lehen und Lehenleute manutenirt und gehandhabet werden.

13 §. 5. Diſpoſitio hæc ad omnia Feuda eſt extendenda, quæ ad Imperium Romanum ſpectant, ſive jam in ipſo Imperio, ſive extra illud ſita ſint. Etenim Imperii feuda, & magni quidem momenti, etiam extra illius fines, maximè in Italiâ deprehendere licet; quorſum pertinet
14 Ducatus Sabaudiæ cum Comitatu Aſtenſi, Marchionatu Ce-
15 ræ ac Montisferrati, &c. unde in R. J. de A. 1541. §. Nachdem aber 6. Dux Sabaudiæ vocatur des Heil. Reichs Fürſt und Lehenmann / idemque in Comitiis Imperii comparet, uti ex ſubſcriptio-

Digitized by Google

ptione Receſſus noviſſimi de A. 1654. colligere datur. Pariter Feuda Imperii tenent *Magnus Dux Hetruriæ*, qui nonnullas ditiones & Marchionatus ut Vaſallus, rurſusque alias Sub-Vaſalli nomine poſſidet, v. gr. Senarum Urbem: *Dux Mantuanus*, qui ratione Ducatus cognominis, it. Sabionettæ Guaſtallæ &c. (vid. *Inſtrum. Pacis Caſ. Gallic. §. Ita quidem eſt 97.*) Nec non *Dux Mutinenſis & Reggii*, *Mirandulanus*, ac ipſe
denique Rex Hiſpaniæ, ratione Ducatûs Mediolanenſis, Ci- 16
vitatiſque Senatum modò nominatæ Vaſallus eſt Imperii.
Porrò huc referri debent Ducatus Lotharingiæ; Belgium His- 17
panicum cum Comitatu Burgundiæ. Quæ quidem provin- 18.
ciæ in univerſum Feuda ſunt Imperii Romani, ſed non Nationis Germanicæ; hinc quoque in textu noſtro extra Imperium ſita eſſe dicuntur. Qua de re vid. pluribus differentem Hermannum Conringium *c. 23. de finib. Imperii.* Itterum *de Feud. Imp. C. 63.* Limnæum *ad Capitulat. Matthiæ, art. 30. ad verba*: In oder auſſerhalb deſſelben gelegen.

*§. 6.* Prætereà Rex Rom. pollicetur, quod & ſua Feu- 19
da, quæ ipſe ab Imperio tenet, renovare, atque ab eodem perpetuò recognoſcere velit; ibi: Wollen wir dieſelbe ohnweigerlich empfangen laſſen / oder wann das nicht bequemlich geſchehen könte / deswegen den Churfürſten / zu Sicherung des Reichs / gebührende
Revers und Recognition zuſtellen. Equidem ſingulare vide- 20
tur, Imperatorem, cujus proprium eſt officium, dare feuda, eadem à ſe ipſo accipere debere; indeque apud publici Juris Doctores quæſtio vertitur: *An Imperator Romanus à ſemetipſo Feuda recognoſcere poſſit?* quam affirmat Limnæus *Lib. 1. Jur. Publ. c. 10. n. 50. & in Tom. 1. Addit. ibid.* ſed negat Schulz. *in Vol. 1. Coll. Jur. Publ. Exerc. 2. th. 5. lit. B.* Et ſanè, uti Imperator, quà talis, à ſemetipſo Feudum recognoſcere nequit, (quod evincit Schulzius d. l.) Ita, quin illud alio intuitu, ſci-

ſcilicet ut Archidux Auſtriæ, vel Rex Bohemiæ facere poſſit, nullum quidem dubium remanet, cùm qualitates & reſpectus
22 diverſos in unum hominem cadere non ſit impoſſibile, id quod exempla paſſim comprobant. vid. rurſus Limnæum *ad Capitulat. Ferdinandi IV. art. 30. ad voc.* Empfangen laſſen. Itter.
23 *de Feud. Imperii*, c. 5. §. 1. p. 172. Si tamen idipſum minus congruum eſſe videatur, è textu ſupra delibato pateſcit, ad *literas reverſales* & cautiones in ſecuritatem Imperii Electoribus exhibendas, Imperatorem obligari.

24 §. 7. Cæterum totus hic Articulus Capitulationi Matthiæ primâ vice inſertus & in ſubſeqq. repetitus poteſtatem Regis Rom. non tam *limitat*, quàm ipſum officii ſui admonet, ut ſcil. Imperii Feuda conſervet, ac provideat, ne iſta ab Imperio avellantur. Unde in aprico eſt, *normativum* poteſtatis Regiæ, non vero *limitativum* eundem appellari oportere.

COM-

# COMMENTATIO

## AD

## *ARTICUL. XXXI.*

# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ,

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM (2.) CIRCA JURIUM PARITER AC ONERUM IN BONIS SIBI OBVENTIS CONSERVATIONEM.*

## SUMMARIA.

I. Connexio *hujus articuli cum articulo præcedente.* 1.

Tria *articuli hujus* membra *proponuntur.* 2.

II. Expectativa *in Ducatum Würtenbergicum, ut &* Jus pignoris, *quod Auſtria Archiduces in nonnullis Sueviæ locis tenent, huic articulo occaſionem dediſſe videntur.* 3.

*Privilegia immunitatum hiſce Archiducibus conceſſa etiam ad* futura *bona extenduntur.* 4.

*Quid hic promittat Rex. Rom.?* 5.

III. *Jura tam Eccleſiaſtica quàm Politica in bonis ejusmodi obventuris intacta relinqui debent.* 6.

IV. *Diſquiritur de* Judice, *ſi lites aliquando ſint metuenda circa hæc bona.* 7.

*Sereniſſima Domus* Auſtriaca *egregiis maximisque privilegiis exemtionum gaudet.* 8.

*Tenor horum privilegiorum paucis innuitur.* 9.

*Sed &* Statuum querelæ *eapropter exortæ indigitantur.* 10.

*Pro*

Digitized by Google

*Pro quibus avertendis Auſtriaci quoad aliquas ditiones ſponte ſe ſubmiſerunt.* 11.

*Juriſdictio Cameræ in litibus, de quibus quæſtio eſt, ſtabilitur.* 12.

*De cætero ad Ordinationem Cameralem provocatur.* 13.

V. *Concluditur, Articulum hunc totum* normativum *eſſe poteſtatis Regiæ.* 14.

## §. I.

1 IN Articulò præcedente vidimus, quomodo Regi Romanorum incumbat providere, ne imminuantur Feuda Imperii,
2 quæ Ipſe ab eodem tenet; In hôc cavetur (1.) ne imminuantur reditus Imperii è Bonis Ipſi obventuris; & (2.) ut conſerventur Bonorum illorum obventorum privilegia & Jura; (3.) ut Statibus Imperii, quibus lis vertitur cum Sereniſſimâ Domo Auſtriacâ, Juſtitia ritè adminiſtretur.

3 §. 2. Habent enim Sereniſſimi Auſtriæ Archiduces in Ducatum Würtembergicum aliasque Provincias *expectativam*, nec non in aliis Sueviæ locis *Jus Pignoris*,, & ſimilia Jura, quæ extinctis Dominis & Succeſſoribus illarum Provinciarum
4 Ipſos manent. Quia verò Privilegia immunitatum, quæ à Cæſaribus paſſim impetrârunt, non tantùm de Bonis, quæ poſſident, intelliguntur, ſed etiam ad ea, quæ in futurum ſint
5 acquiſituri, extenduntur, quemadmodum ex jis, quæ Limnæus in *J. P. lib. 5. c. 2. n. 32.* v. **Ob auch die** Diſtrict, **Gebieth und Herrſchafft.** recenſet, videre licet; Hinc in hôc articulò, (qui primitus Capitulationi Rudolphi II. *art. 26.* eſt inſertus, & poſtea in ſubſequentibus repetitus) cautum, quod, ſi qui Principatus, Comitatus, Dynaſtiæ, Feuda, Subfeuda, Pignora, aliaque Bona ad Imperium vel collectarum vel aliarum præſtationum ratione pertinentia, ad Regem Romanorum hæreditatis aliove titulò ſint acceſſura, quæ vel ipſe retinere, vel aliis cum conſenſu Electorum ſit conceſſurus, vel etiam jam tum poſſideat; quod, inquam Imperii Jura, Collectas & munera

nera ipſi debita nullatenus denegare, ſed potius providere velit, ut illa Circulo, ad quem ditiones ſic acquiſitæ referuntur, omni prætenſâ exemtione inſuper habitâ, (quæ clauſula primâ vice *art. 30.* Capit. Ferdinandi II. eſt addita:) præſtentur & conſerventur.

§. 3. *Alterum*, quo præcavetur, ut Bonis iſtiusmodi 6
Regi Romanorum obventuris Privilegia & Jura tam Eccleſiaſtica quàm Politica ſarta tectaque, juxta Inſtrumenti Pacis tenorem, conſerventur & defendantur, Capitulationi demum Leopoldi *art. 32.* inſertum eſt. Quod inprimis in Terris Auguſtanæ Confeſſionis, qualis eſt Würtembergiæ Ducatus, locum invenit, ne ſcilicet ibidem mutetur Religio, ſed Civitates, Landſaſſii, Vaſalli & Subditi in exercitiô Religionis ſive publicô ſive privatô, quod A. 1624. quâcunque anni parte habuerunt, & in poſterum quoque quieti & ſine turbatione relinquantur, uti diſponitur in Inſtrumento Pacis Osnabrug. *art. 5. §. 12.* vers. *Hoc tamen non obſtante. 30. ſeqq.*

§. 4. Quò verò de Judice quoque conſtet, qui lites ra- 7
tione horum onerum aliarumque cauſarum inter Domum Auſtriacam aliosque Imperii Status, orientes ſuſcipiat atque decidat, ad Judicium Imperii hic provocatur. Cum enim 8
Sereniſſima Domus Auſtriaca *egregiis maximisque Privilegiis* ab Imperatoribus, præprimis à Carolo V. ſit exornata, adeò ut nonnulli dubitent, *An Membrum Imperii adhuc ſit nec ne?* vid. Gaſtel. *de Statu Europæ cap. 10. in fin.* Hinc tàm ab oneribus immunitatem quàm etiam à Camerali Jurisdictione aliisque judiciis exemtionem prætendere potuit. Ita enim in 9
Privilegiô Caroli V. Oeſterreich iſt auch exempt und frey ſaint ſeinen Einnehmen / für all ander Land / aller Zinß und Auffſchlägen der Kayſer in Ewigkeit; Und dieſelben Fürſten von Oeſterreich ſeyn dem Römiſchen Kayſer keine Steuer noch Dienſte ſchuldig/

dig / ſie wollen dann das gerne thun / ausgenommen zwölff gewap-
neter Mann in ſeinen Koſten in Hungarn einen Monathlang zu hal-
ten. vid. Limn. *de J. P. lib. 5. c. 2. num. 31.* vers. das Land Oeſter-
reich.

Similiter in iisdem privilegiis habetur: Der obgemeldte
Ertzhertzog iſt um keine Sache ſchuldig vor dem Reich zu Recht zu
ſtehen/Er wolle dann gern. Nec ſubditi Auſtriaci ad extranea
trahi poſſunt judicia, ibid. vers. des Ertzhertzogen von Oe-
ſterreich. &c. vid. & Reinking. *de R. S. & E. lib. 1. cl. 5. c. 10. n.*
10 *13.* unde de utroque querelæ Statuum. Quemadmodum au-
tem immunitati ab oneribus ita eſt proviſum, ut ſalvâ exem-
tione ſeſe oneribus & æſtimo communi in ſalutem totius Im-
11 perii & pro avertendis Statuum Gravaminibus tam ratione
Auſtriæ quàm quoad Epiſcopatum Tridentinum & Brixien-
ſem, Abbatiam item Murbacenſem, &c. ſubmiſerint, prout ex
declaratione Ferdinandi I. apud Oldenburger. *in Limn. Enucl.
lib. 2. c. 18. p. 283.* juncto Receſſu Imperii 1548. §. Wiewohl auch
*66. ſeqq.* quæ ipſa in articulô noſtrô pluribus ſunt confirmata.
12 Ita etiam quoad Judicem in hôc articulô proſpectum eſt, ut cau-
ſæ tales, præcipuè Exemptionum & Collectarum Imperii
coram *Camerâ Imperiali* ſummariter tractentur & decidantur,
quod primâ vice in Capit. Ferdinandi IV. *art. 33.* expreſſum
& in ſubſeqq. continuatum eſt. Agnovit etiam Domus Au-
ſtriaca Judicem illum, oder den rechtlichen Austrag des Kayſerl.
Cammer-Gerichts/uti in articulô noſtrô eò provocatur, ibi: Mit
Conſens und Bewilligung des Ertzhauſes Oeſterreich. Confer
13 d. R. I. §. Und dieweil vielbemeldter. *68.* De cætero in aliis cau-
ſis & litibus cum Domô Auſtriacâ obortis Judices ſecundùm
Ordinationem Cameralem in Imperiô ſtatuti approbantur &
confirmantur.

14 §. 5. Ex hôc articulô patet, illum totum eſſe Regiæ
poteſtatis *normativum*; Uti enim non limitatur poteſtas Regia,
ſiqui-

ſiquidem quoad Imperii provincias Auſtriæ olim acceſſuras Ipſi nonnulla præſcribuntur, ut ſcil. earum Jura conſervet; Sic eò minùs eam limitari dixeris, quando circa immunitates & privilegia Auſtriæ propria ſpecialiter idem occupatur.

# COMMENTATIO
## AD
## ARTICUL. XXXII.
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.
## DE IURE ET OFFICIO REGIS
### ROMANORUM CIRCA REM MONETARIAM, ET QUIDEM (1.) CIRCA ORDINATIONEM REI MONETARIÆ.

## SUMMARIA.

I. *Jura Majeſtatica circa* rem monetariam *proponuntur.* 1.
*Fundamentum eorum demonſtratur.* 2.
*Et cui in Imperio Rom. eadem competant?* 3.

II. *Jus circa Ordinationem Monetalem, cum Statibus Imperii communicatum eſt, quia ſpectat ad poteſtatem Legiſlatoriam.* 4.
*Jus verò circa conceſſionem Privilegii monetalis olim Imperator ſolus habuit.* 5.
*Nunc idem cum Electoribus exercet.* 6.

III. *In hoc articulo Jus & officium Regis Rom. tractatur, quomodo nim. illud verſetur*
(1.) *Circa* correctionem *defectuum moneta.*
(2.) *Circa* remedia.
(3.) *Circa formandam & firmandam* ordinationem monetalem

lem *conſtantem & perpetuam.* 7.

*Correctio defectuum monetæ demandata quoque eſt Imperii Circulis.* 8.

*Qui propterea conventus inſtituunt anniverſarios.* 9.

*Circuli* correſpondentes *quinam ſint?* 10.

*An tollant defectus monetæ univerſales?* 11.

IV. Defectus monetæ *conſiderantur juxta cauſam* efficientem, materiam, formam, finem & adjunctum loci. 12.

*Quinam ſpectent ad* cauſam efficientem? *13.14,*

*Quinam ad* materiam? *15.16.* 17. *18.19.20.21.22.23.*

*Quinam ad* formam? *24.25.26.*

*Quinam ad* finem? *27.28.*

*Qui denique ratione* loci *defectus exiſtant?* 29.

V. *Quomodo his defectibus occurrere velit Rex Rom. exponitur.* 30.

VI. *Remedia proponuntur: quorum* primum *eſt: Deſtinatio trium vel 4. Civitatum.* **Die Anlegung dreyer bis vier Crayß-Münz-Stätten** 31.

*Zygoſtatarum ſeu* Guardinorum monetæ *officium tangitur.* 32.

*Bodini ſententia laudatur, qui unam tantum numorum officinam in quolibet Imperio conſtitui vult.* 33.

*Et quidem in urbe omnium maximâ.* 34.

*Exemplum Caroli M. adducitur.* 35.

*Diſpoſitio textûs noſtri jam in Receſſibus Imperii ſtabilita eſt.* 36.

*Contraria tamen eidem Circulorum praxis.* 37.

*Statibus quoque Imperii, qui propriè gaudent argentifodinis, vel immemoriali temporis præſcriptione ſunt muniti, ſingulares habere officinas permiſſum eſt.* 38.39.

VII. Alterum *remedium eſt: conformitas rei monetariæ.* 40.

*Rationes expenduntur, quæ ad hocce remedium capeſſendum impellere debent: ubi de valore numorum quædam inſeruntur ſcitu digna ex Jure publ. univerſali.* 41.42.43.

*Maximè intereſt totius Imperii, ne major nummis valor imponatur quàm bonitas eorundem intrinſeca patitur.* 44.

*Conſectarium huius doctrinæ.* 45.

*Incommoda monetæ per contractus ad vicinos quoque tranſeunt.* 46.

*Gravamina Statuum ſuper hac re ſæpe ſunt exorta.* 47.

VIII. Tertium *remedium: Ut à Directoribus Circulorum contravenientes pœnâ afficiantur.* 48.

Per

Digitized by Google

*Per Contravenientes quinam intelligantur?* 49.
*Jus & Privilegium Monetæ quando quis amittat?* 50. 51. 52.
*Quomodo puniantur, qui ad defectus monetæ alio modo concurrunt?* 53.
*Ex. gr. qui in illicita officina monetam cudit.* 54.
*Qui conducit vel emit exercitium hujus juris.* 55.
*Qui falſam monetam cudunt, aut probam adulterant.* 56.
*Qui probam monetam permutant, imminuunt, diſſlant.* 57.
IX. Quartum *remedium: Ut removeantur officinæ ſpuriæ.* 58.
X. *Ad alia quoque remedia in textu collimatur.* 59.
XI. *Conventus Statarii* die *Probations* und *Valvations* Täge/ *denuo laudantur.* 60.
*Quid in iisdem tractetur.* 61.
*Conſiliarii Statuum Imperii, qui Iure monetandi gaudent, eò ſunt mittendi.* 62.
XII. *Recenſentur Ordinationes quædam monetales.* 63. 64.
*Illarum multitudo indicat nondum extare univerſalem, conſtantem & perpetuam.* 65.
XIII. *Articulum hunc* limitativum *eſſe monſtratur.* 66.

## §. I.

DUO inprimis circa rem monetariam in Capitulationibus occurrunt Jura Majeſtatica, quorum alterum agit *de bene ordinandâre monetariâ in Imperiô Romanô* & jam in Capitulatione Caroli V. *art. 27.* proponitur, in præſenti autem Capitulatione articulum hunc noſtrum 32. occupat. Alterum circa *Regale monetæ alii concedendum* verſatur, de quo in articulô ſequente 33. tractatio inſtituitur, quæ materia primitus Capitulationi Rudolphi II. art. 29. eſt inſerta. Utrumque Regii juris eſt & officii: quoniam in quâvis Rep. ad Principem ſpectat providere, *Ne quid Reſpublica ex defectibus numorum detrimenti capiat, ſed potius ut commercia floreant vigeantque*; Undè in *L. 2. C. de fals. monet.* add. *L. 6. & L. ult. ff. ad L. Jul. Maj.* crimen læſæ Majeſtatis incurrere dicitur, qui nummos & monetam ex defectu poteſtatis cuderit. Igitur in Imperiô Romanô hoc jus maximè ad Imperatorem & Regem Rom. pertinere ſtatui-

1 (beside line 1), 2 (beside "Utrumque Regii ju-"), 3 (beside "Igitur in Imperiô")



Digitized by Google

tuimus, vigore cujus proſpicere tenentur, quò communis illa rerum menſura ſeu æſtimatio pro Reipub. utilitate rectè ſeſe habeat. Idque innuunt Rec. Imperii Norimbergenſis de A. 1524. §. **dergleichen hat der Müntz.** 26. Et edictum Maximiliani II. de A. 1570. §. 132. ubi Imperator dicit, **die Müntzgerechtigkeit iſt unſer Kayſerliches** Regal.

§. 2. Uti verò Imperator in multis Imperii negotiis Proceres Reip. Rom. Germanicæ in conſortium aſcivit; Ita quoque circa monetam uſu venit, dum ſcilicet jus monetæ Regium vel *cum Statibus Imperii omnibus*, vel ſaltem *cum Ele-*
4 *ctoribus* communicat. Jus circa *Ordinationem monetalem*, quia ſpectat ad poteſtatem Legislatoriam, eſt jus Comitiorum ut proinde Cæſar ſeu Rex Rom. non niſi cum omnium Imperii Romani Statuum conſenſu iſtud exerceat. Hinc in art. præſente dicitur: **Mit Raht der Churfürſten / Fürſten und Stände des Reichs zuvorkommen und in beſtändige Ordnung und Weſen zu ſtellen**; (quod ipſum jam in Capit. Caroli V. *art. 27.* habetur, & in ſubſeqq. repetitur,) & rurſus in fine articuli: **Die Mittel / ſo durch Churfürſten / Fürſten und Stände insgemein bedacht**; quæ verba prima vice Capitulationi Matthiæ *art. 33.*
5 ſunt inſerta; Jus verò circa *conceſſionem Privilegii monetalis* uti olim erat ſolius Imperatoris, quò ſpectant ſupra allegati textus, nim. L. 2. C. de fals. monet. L. 6. & L. ult. ff. ad L. Jul.
6 Maj. & textus ex R. J. de A. 1524. & R. J. de A. 1570. ita hodiè Imperatoris eſt & Electorum Imperii; quemadmodum è Capitulatione Rudolphi II. *art. 29.* & ſequentium Impp. nec non ex articulo ſequenti *33. Cap. Joſephi* colligere licet.

7 §. 3. Verſatur autem Jus & officium Regis Romanorum in hoc noſtro articulô (1.) circa correctionem defectuum monetæ Imperii, (2.) circa remedia; & (3.) circa Ordinationem aliquam conſtantem & perpetuam de re monetaria in Imperio forman-

mandam firmandamque die Müntze / uti verba habent, in be- 8
ſtändige Ordnung und Weſen zu ſtellen. PRIMUM, ſeu cor-
rectionem defectuum quod concernit, demandata quidem ea
eſt Imperii Circulis & competit etiam Statibus Imperii, in ſuo
cuique territoriô, idque vigore Superioritatis territorialis. Illuc
ſpectant conventus Circulorum *Statarii* dicti ſeu Anniverſarii, 9
quando Circuli vicini, qui propterea *correſpondentes* dicuntur,
bis (ſcil. d. 1. Maj. & d. 2. Octobris) vel ſemel in annô conveni-
re & de monetæ defectibus corrigendis deliberare ſolent, qui
conventus Probations-Täge oder Valvations Täge appellan-
tur. vid. R. J. de A. 1603. §. Worauff wir alsdann 52. & Francof.
de A. 1571. §. Ferners 28. & ſequ. add. Kayſers Ferdinandi Müntz-
Ordnung / de A. 1559. §. Und damit dieſe Unſere. 158. R. J. de A.
1570. §. Als wollen wir nochmahlen. 138. R. J. de A. 1576. §. Se-
tzen alſo demnach. 69. Correſpondentium autem Circulorum 10
tres ſunt claſſes. *Unam* conſtituunt Electoralis Rhenenſis,
Rhenenſis ſuperior & Weſtphalicus. In altera ſunt Circuli
Superioris & Inferioris Saxoniæ; In tertia Franconiæ, Bavariæ,
Sueviæ & Auſtriæ Circuli. vid. Limn. *Tom. 1. Addit. ad Lib. 9.*
*c. 1. n. 242. in pr.* Verum hæc correctio non tàm defectus mo- 11
netæ univerſales quàm particulares reſpicit, nec tam poteſta-
tem condendi vel immutandi Ordinationem monetariam Im-
perii, quàm Circuli vel Provinciæ ſupponit; Imò tantùm ap-
plicativè procedit, ſiquidem defectûs monetæ juxta Ordina-
tionem monetalem præſcriptam tollit.

§. 4. Cæterum iſtos monetæ defectus breviter juxta 12
cauſam efficientem, materiam, formam, finem & adjunctum
loci conſiderabimus. Ad cauſam efficientem referre licet, 13
1.) Quando is cudit monetam, qui jus cudendi neque ex Jure
Regiô, neque ex privilegio habet; vel etiam, ſi, quod habuit,
ipſi propter delictum vel aliam cauſam rurſus ademptum vel
ſuſpenſum ſit. 2.) Quando is, qui jus monetandi ex privi- 14
legiô

Digitized by Google

legiô conceſſum habet, id alteri cedit, vendit aut locat, vid.
Kayſer Ferdin. I. Müntz-Ordnung / de A. 1559. §. Ferner als 175.
15 Ad materiam; (1.) ſi adulterina pro verâ ſupponatur, v. gr.
16 plumbum, ſtannum; (2.) ſi materia falſa aut reprobata cum
bona commiſceatur, vel huic obducatur. (3.) ſi additamentum,
17 (Zuſatz) detur auro vel argento, in ſpeciebus, quas puras eſſe
volunt leges. *R. J. de A. 1500. N. 21.* §. Weiter 1. ibi: ohne allen
18 Zuſatz. (4.) Si additamentum in aliis ſpeciebus excedat per-
miſſionem Legis, Wann die Müntz nicht gerecht an Korn und
Gehalt iſt. Ferdin. Müntzordnung *de A. 1559.* §. zum erſten. *3. ſ.*
19 (5.) Si non tantum materiæ detur, quantum ad præſcriptum à
Lege pondus requiritur; Wann die Müntz zu leicht und nicht ge-
recht an Schrot und Gewicht iſt Utrumque ſimul pertinet ad
20 bonitatem intrinſecam die Ligul und Valvation. (6.) Quan-
do minutarum ſpecierum nimia copia cuditur. Ferdin. Müntz-
ordnung. 1559. ſ. Neben vorgeſetzten 19. §. Wir ordnen 32. R. J.
1576. §. Und nachdem. 71. ſic enim per indirectum juſto plus ad-
21 ditur materiæ reprobatæ. (7.) Si nummi juſti ponderis cir-
cumcidantur, vel lima imminuantur, quod dicitur, ſeigern/
ringern/ beſchneiden/ ſchwächen/ waſchen/ abgieſſen/ ex variis
minuendi modis, quod prohibitum *R. J. de A. 1566.* §. Was
dann. 168. *Ferd.* Müntzordnung *de A. 1559.* §. hierauff ſetzen 162. &
22 §. Wir ordnen. 171. (8.) Quando moneta proba frangitur, vel
in rudem maſſam reſolvitur, quod brechen/ verkörnern/ gra-
naliren in legibus Imperii dicitur *R. J. de A. 1551.* §. darzu 47.
*Ferd.* Müntzordnung/ *de A. 1559.* §. Ob aber jemand. 172. ſeqq.
*Deputations*-Abſchied/ de A. 1571. §. Aber damit 11. *R. J. de A.*
*1576.* §. Und nachdem. 71. Quod ipſum tamen de probâ Imperii
monetâ non verò de vitioſâ, nec de moneta exterorum intel-
ligendum erit, ſiquidem hanc cum conſenſu Magiſtratûs re-
ſolvere conceſſum, per R. J. de A. 1576. ſ. doch dergeſtalt. 74. &
Ferd. Müntzordnung/ de A. 1559. §. Alle ſilberne Müntze. 61. & §.

Ob

Digitized by Google

**Ob jemand.** 172. ſeqq. Huc etiam ſpectat (9.) quando quis 23
cudit alias ſpecies quàm ipſi permiſſum, ut Ducatos R. I. 1576.
§. **Und aus ſondern** 78. R. I. 1570. §. **Wir ſetzen.** 141. ſeq. *Quoad*
*formam* peccat, 1.) Qui alterius Principis imaginem ſuis num- 24
mis utut cætera probis, affingit, *L. 6. ad L. Jul. Majeſt. R. J. de*
*A. 1566.* §. **In weitere.** 157. & 2.) quando quis monetæ ſuæ for- 25
mam Imperii, **das Reichs-Gepräge / wie es in der Müntzordnung**
**benennet** / non apponit Ferdin. **Müntz-Ordnung** de A. 1559. §.
**Wie aber vorgeſtellte Sorten.** 10. (3.) Quando monetæ major 26
valor externus imponitur, quàm intrinſeca bonitas id permit-
tit. *R. J. de A. 1576.* §. **Und aus ſondern** 78. ibi: **nicht höher einneh-**
**men und außgeben.** *Quoad finem* defectus eſt 1.) quando mo- 27
neta Imperii proba extra Imperium portatur, & contra, quan-
do extera reprobata & conſtitutionibus non conveniens in-
fertur, *R. J. de A.* 1566. §. **In weitere.** 157. *R. J.* 1582. §. **Demnach**
**gemeinen Ständen** 66. Ferd. **Müntz-Ordnung** / de A. 1559. §.
**Auff daß dann** 53. *R. J. de A.* 1594. §. **Dieweil auch.** 103. Quor- 28
ſum referuntur 2.) illi, qui ponderoſiores nummos mediante
ponderatione ſeparant, (**auskippen/**) & recondunt, vel fran-
gunt, leviores verò rurſus in publicum expendunt: Hique
vocantur in LLbus Imperii **Kipper und Wipper / Auswieger und**
**Auszieher / Auffwechſler**; Quos gravior prohibitio coërcet in
Ferd. **Müntz-Ordnung** / *de A.* 1559. §. **Wiewohl nun** *161. & ſeq.*
*R. J. de A.* 1566. **Was dann der Müntz halber** 168. *R. J. de A.* 1570.
§. **Und ſonderlich.** 143. Addatur *Ord. Crim. art. 111.* Denique
defectus *ratione loci* exiſtunt, ſi moneta alibi quàm ubi debet, 29
cudatur, ſcil. extra civitates, quæ ad cudendas monetas Im-
perii deſtinatæ ſunt, **auſſer den verordneten Müntz-Städten.** R.
I. de A. 1570. §. **Und dieweil** 133. Deputations-**Abſchied** / de A.
1571. §. **darneben ordnen.** 30. R. I. 1594. §. **Wir ordnen.** 102. vid.
Limn. *ad Cap. Caroli V. art. 27.* ad voc. **Mängel.** Schvvederus,

*Introd. in Jus publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 25.* §. 8. Hofmannus **im Münz-Schlüſſel** *c. 9. qu. 5.*

30 §. 5. His ergò defectibus adhibito conſiliô Electorum, Principum & Statuum Imperii ſe quamprimum occurſurum Rex Romanorum promittit, in verbis: **Wollen wir dieſelbe zum förderlichſten zuvorkommen;** Quod verbum in ſimili materiâ in *in R. I. de A. 1500. n. 21.* §. **Weiter.** adhibetur, ibi: **Die Münz in ein ſtandhafftiges Weſen zu richten / dem angezeigten ſchwehren Schaden zufürzukommen /** & regulariter præcautionem futuri denotat; tota verò clauſula Capitulationi Caroli V. eſt inſerta & in ſubſequentibus repetita.

31 §. 6. REMEDIA verò, quibus defectus illi monetales præcaveri poſſint, recenſentur in ipſô textu; Et quidem *primum* eſt, Deſtinatio trium vel IV. Civitatum, in ſingulis Imperii Circulis, ubi cudenda ſit moneta, **Die Anlegung dreyer biß 4. Creyß-Münz-Städten.** Quod primitus Capitulationi
32 Joſephi eſt inſertum. Etenim *Guardini* ſeu Zygoſtatæ (uti vocantur *L. 2. C de Ponderator.*) Circulorum, cum iis qui ad rem monetariam in rectitudine ſuâ conſervandam ex Circulis ſunt deputati, ſtatis temporibus monetam Circulorum examinate, an Legibus Imperii ſit conveniens nec ne? Quod ipſum verò commodè fieri non poteſt, niſi Loca quædam
33 publica ſint deſtinata, ubi cudenda ſit moneta; Et quoniam (uti obſervat Bodinus *de Rep. lib. 6. cap. 3. p. 1077.*) ab iis præcipuè, qui auro, argento, æri flando, feriundo præficiuntur, peſtis corruptelæ monetariæ demanat, eòque per omnes Imperii provincias graſſatur; unam tantum nummorum officinam in eôdem Imperiô conſtitui neceſſum eſſet, & quidem
34 in urbe omnium maximâ, ut publicè ſpectantibus Magiſtra-
35 tibus nummi percuterentur. Unde Carolus Magnus in Imperiô

Digitized by Google

periô etiam latiſſimè patente omnes monetarum officinas in *Palatium* coëgit, quò accuratius nummi fabricarentur & probarentur. Et hæc quoque cauſa eſt, quare in Receſſu Impe- 36
rii de A. 1570. (ad quem in textu provocatur) §. **Und dieweil** 133. ſancitum, ut officinæ Circulorum ad 3. vel 4. numerum reducantur, quod ipſum in *Deputations*-**Abſchied zu Franckfurt** *de A.*1571. §. **Und dieweil** 133. ut & *R. I. de A.* 1594. §. **Wir ordnen** 102. ſed irrito hactenus conatu, eſt repetitum, cùm in quibus- 37
dam Imperii Circulis ſex, decem, duodecim imò plura loca, publicis officinis monetariis inſtructa reperiantur. Fritſch. *ad hunc articul.* Interea tamen *limitatur* hæc deciſio 1.) in Sta- 38
tibus Imperii illis, qui fodinis argenteis ipſi gaudent, **ſo eigene Bergwercke haben** / quibus ſingulares & quaſi privatas habere officinas eſt conceſſum, prout non tantum in dicto Receſſu Imperii *de A.* 1570. §. *133. in fine*, ſed & in reliquis allegatis locis colligere licet. (2.) Sunt etiam ex Statibus Imperii, qui Imme- 39
morialis temporis præſcriptione Jura ſua tueri volunt.

§. 7. *Alterum* remedium eſt *conformitas rei monetariæ*, quæ inprimis in *R. I. de A. 1603.* §. **Und dieweil** 54. & ante il- 40
lum in *R. I. A. 1571.* §. **Sintemahl aber** 9. *in R. I. de A.* 1576. §. **Dieweil aber** 68. *R. I. de A.* 1598. §. **Und obwohl.** 49. nec non in *R. I. de A. 1613.* §. **Wir wollen** 15. modernis item Comitiis deliberata & confirmata, primitusque Cap. Matthiæ *art. 33.* inſerta. Neque 41
immeritò. Nam licèt moneta non niſi ex impoſitione valeat, adeoque ſi in ſe conſideremus numum, nihil omninò interſit, ex quacunque demum materia cudatur, cùm de eſſentia nummi non ſit materia ſeu pondus, nec tam uſum ex ſubſtantiâ præbeat quàm ex quantitate internâ ſeu valore juxta *L. 1. pr. ff. de Contr. Empt.* (quemadmodum apud Lacedæmonios coriaceum aliquando fuiſſe, apud Senecam *de Beneficiis lib. 5. cap. 14.* legimus, & ejusdem bonitatis cuſum aliquando eſſe ſub Fri-

 derico

derico II. Imp. Autor eſt Helmoldus *in Chronico, c. 395.* add. Gothofred. *ad L. 1. ff. de Contr. Emt.* Imò poſſent nummi ad unum omnes ex eâdem eaque æquali conſtare materia, modo pro diverſô valore, diverſum impreſſum habeant ſignum, prout hæc latius tractavimus in *Diſſert. noſtra de Æſtimatione*)
42 quia tamen hoc aliter non procederet, quam ſi (quod fruſtra & ſtolidè forſan optaveris) totus Mundus una eſſet Respublica, vel ſaltem quam plures in unam coirent; cùm alias probioris materiæ numus permutaretur, exportaretur & difflaretur, ut verbis *R. I. de A. 1571.* §. Sintemahl aber 9. utar, ibi: die Müntz theils zu hoch geſteigert / theils auch Schrott und Korn gefallen / dadurch des Reichs gute Sorten häuffig auffgewechſelt / verführt / zerbrochen / in den Tiegel bracht / unter frembde Gepräge vermüntzt / und alſo die Unterthanen des Reichs guter Müntze entlediget werden.
43 Ex quô porrò evenit, ut commercia ſiſtantur, & Subditi, dum argentum pro ære ejusdem ponderis expendunt, paulatim ad paupertatem redigantur. Hinc quoniam Imperium Romanum in plures quaſi Respublicas eſt diviſum, non poterit incommodum iſtud atque damnum evitari, niſi moneta cudatur ejus bonitatis, quæ propemodum reſpondeat valori ipſius
44 materiæ, hoc eſt, ut valor externus cuilibet nummo major non imponatur, quàm bonitas ejusdem intrinſeca ratione
45 materiæ ac ponderis id ipſum patitur. Ex quo fluit ulterius, ut ſiquidem Commercia in Rep. Romano-Germanica florere inque Contractibus & negotiis circumventiones, mutuæque læſiones præcaveri debeant: æqualitati quoque & conformitati rei monetariæ, Imperii Principes & Magnates omnes, quibus Privilegium cudendæ monetæ conceſſum eſt, quàm maximè ſtudeant imò etiam vicinæ gentes ad eandem procuran-
46 dam Imperii nomine ſolicitentur. Sicut enim commercia & contractus ad vicinos omnino ſe diffundunt: Ita incommoda, de quibus ſupra dictum, absque conformitate monetæ evitari



Digitized by Google

tari neutiquam poſſunt; id quod innuitur in textu noſtrô, ver-
bis: Conformität ſo wohl im gantzen Römiſchen Reich / als auch
mit den Benachbarten. Cui conſilio vel concluſo occaſionem
dedêre gravamina & querelæ Statuum Imperii propter mone- 47
tam minoris bonitatis in Circulo Burgundico, Belgiique Uni-
ti Provinciis, Helvetiâ item & alibi cuſam exortæ, de quibus
*R. I. de A.* 1571. §. Sintemahl aber 9. Unde in R. J. de A. 1603. §.
Und dieweil 54. aliisque ſupra allegatis locis conſtitutum legi-
mus, operam eſſe dandam: Daß ſo wohl in Obern- als Nieder-
Burgundiſchen Landen / nach des Heil. Reichs Müntz-Ordnung
ſich bequemet werde; Auch die Staaten der unirten Provincien
Ihrer Gebühr dißfalls erinnert und vermahnet / wie auch der Her-
tzog von Lothringen / die Schweitzer und Eidgenoßſchafft / oder
bey wem daſſelbige / wegen mit dem Reich angräntzender Nachbar-
ſchafft mehr anzuregen nützlich erachtet werden möchte / zu gleich-
mäſſiger Conformität erſucht werden.

§. 8. *Tertium* remedium in eo conſiſtit, ut à *Directo-* 48
*ribus Circulorum Contraventientes condignâ pœnâ afficiantur.*
Quod primâ vice Capitulationi Joſephi Rom. Regi inſertum;
Quamvis jam antea in Receſſibus Imperii de A. 1603. §. Und
dieweil. 54. ſeqq. aliisque, cumprimis autem in Edictô Cæſareô
*d. 6. Novembris 1680.* Lincii emanato id officium Directoribus
modò nominatis ſit injunctum. Per *Contraventientes* autem 49
intelliguntur vel Status ipſi, ſeu Jure monetandi privilegiati,
vel alii. *Status* ſeu *privilegiati*, puniuntur amiſſione monetæ
& Privilegii ad monetandum conceſſi, ſi (1.) in officinis aliis, 50
quàm quæ in Circulis eò ſunt deſtinatæ, nummos fabricant,
vel ſi fodinas metallicas habeant, aliud tamen argentum vel au-
rum, quàm quod ibi effoditur, in peculiari officinâ ad cuden-
da mmonetam impendunt, uti habet Ferdin I. Müntzordnung.
§. Wo aber jemands. 179. §. Und ſo einer. 170. §. Wäre es auch

Sache. 178. *R. I. de A. 1571.* §. **Und wiewohl** 27. Item in *R. I. de A.*
51 *1570.* §. **Da aber jemand.** 127. (2.) Siquidem jus aut potius ex-
ercitium monetandi alii locant, vendunt vel quovis modo con-
cedunt, ſimiliter amiſſione privilegii & præterea XL. marcis
auri puri puniuntur. *R. J. de A. 1551.* **So haben wir.** vers 46.
**Dergleichen diejenigen;** **Müntzordnung** de A. 1559. §. **Ferner als.**
52 175. *R. I. de A. 1570.* §. **Als dann auch.** 132. (3.) Si falſam mo-
netam in ſuis terris cudi ſcienter permittant, præter amiſſio-
nem privilegii X. marcas auri puri pro mulctâ pendere cogun-
tur. Ferdinandi I. **Müntzordnung** de A. 1559. §. **Ferner als ſich**
53 **auch.** 175. R. I. de A. 1570. §. **Als dem auch.** 132. Quod verò ad
eos attinet, qui jure quidem monetandi præditi non ſunt, ad
defectus tamen monetæ, vel eam adulterando & corrumpen-
do, vel illicitè fabricando concurrunt, iſti variè puniuntur.
54 Magiſter enim monetalis (1.) qui in officinâ illicitâ monetam
cudit, pœnâ corporali vel pecuniariâ afficitur; vid. *R. I. de A.*
1566. §. **Wir ordnen und wollen.** 162. add. Wilibaldi **Hoffmanns**
55 **Müntz-Schlüſſel** *c. 9. qu.* 7. (2.) Qui conducit vel emit ex-
ercitium hujus juris, & qui paciſcitur de parte quota ſeu cano-
ne propterea præſtando, X. marcis auri puri punitur, & ſi Ma-
giſter monetalis fuerit, etiam pœna capitali vel corporis afflicti-
va crimen expiare debet. *R. I. de A.* 1551. §. **So haben wir** 46. v.
**dergleichen diejenigen.** Ferd. I. **Müntz-Ordnung.** 1559. §. **Ferner**
56 **als ſich.** 175. ſeqq. *R. I. de A.* 1570. §. **Als dann auch** 132. (3.) Qui
falſam monetam cudunt aut probam radunt, vel vitioſam ma-
teriam obducunt, igne cremantur. *L. ſi quis 2. C. de fals mon.*
*L. quicunque 8. ff. ad L. Cornel. de falſ.* Ord. Crim. *art. 111.* & æ-
des eum in finem locatæ vel conceſſæ Fiſco addicuntur; Si ve-
rò moneta ratione bonitatis intrinſecæ proba fuerit vel capi-
tis vel alia pœna arbitraria in ipſos animadvertitur. vid. *O. Crim.*
57 *art. 111.* (4.) Qui probam Imperii monetam permutant, im-
minuunt, diſflant &c. **Reichs gute Müntze auswechſeln / auswä-**
**gen**

gen oder auskippen / granaliren/ körnen / schwächen / schmeltzen/ seigen/ausziehen / brechen / umprägen / und geringe Müntze daraus machen/ pœnam corporis afflictivam luunt, vel bonis privantur, vel aliàs arbitrariè ex conſiliô prudentum puniuntur. *Ord. Crim. art. 111.* Ferd. Müntz-Ordnung de A. 1559. §. Hierauff ſetzen 162. *R. I. de A.* 1566. §. Was dann der Müntz halben. 168. R. I. de A. 1570. §. Und ſonderlich. 143. R. I. de A. 1576. Und inſonderheit. 50.

§. 9. *Quartum* remedium in textu propoſitum hoc eſt, ut removeantur officinæ monetales ſpuriæ die Hecken-Müntzen. ibi: und daraus reſultirenden höchſtnöthigen Abſchaffung der Hecken-Müntzen. Ita enim dicuntur in *R. I. de A.* 1570. §. Und dieweil. 133. & in R.I. de A. 1571. §. Ob wohl auch. 31. & alibi; quando nimirum præter Civitates ad monetam cudendam in Circulis deſtinatas & conceſſas aliis in locis nummi fabricantur, id quod ſeverè prohibitum, non tantum in noſtro textu, ſed etiam in allegato Edictô Cæſareo de A. 1680. Lincii *d. 6. Novembris*, publicato & *in R. I. de A.* 1570. §. Und dieweil 133. add. ea quæ ſupra §. 8. hanc in rem ſunt tradita. 58

§. 10. Præterea in textu generaliter ad alia quoque remedia digitus intenditur, verbis: Was ferner zuträgliches zu Abwendung ſolcher langgewährter Unrichtigkeit auff noch währenden Reichstag vor gut befunden werden möchte. Quò facit *quinto loco*, ut unusquisque Circulus Conſilium deſuper communi conſenſu captum & concluſum Electori Moguntino transmittat, quo deinceps cum reliquis Circulis communicato, Conventus omnium Circulorum indicetur, ubi de moneta Imperii ejusque defectibus corrigendis ſeria deliberatio & univerſale concluſum fiat. prout idipſum in *R. I. de A.* 1603. §. Nachdem mahl. 51. ſeqq. dictis Imperii Circulis demandatum cernimus. 59

§. 11.

§. 11. Inprimis verò & *ſexto* tollendis defectibus mo-
60 netariis inſerviunt Conventus Circulorum ſtatarii, (die Proba-
tions- und Valvations Täge/ de quibus jam ſupra §. 3. actum eſt.
Hoc enim aſſerit R. I. de A. 1570. §. **Sintemahl auch**. 137. ſeq.
ibi: **Zu Handhabung unſerer Müntzordnung kein beſſer Mittel/**
**als daß die gebothene beyde** Probations **Täge gehalten werden möch-**
61 **ten.** Nam ibi deliberatur, quid è re Imperii ratione monetæ
eſſe cenſeatur; Ibi Statuum, qui jure monetandi gaudent, num-
mi examinantur, utrum LL. Imperii conformiter ſeſe habe-
ant: Ibi monetæ exteræ, quæ in Imp. Romanorum irrepſerunt,
producuntur, & defectibus exinde ortis remedium paratur:
Ibi porrò quid circa devalvationem vel prohibitionem num-
morum vel etiam circa pœnam transgreſſorum ſtatuendum
ſit, determinatur, vid. Ferd. **Müntzordnung** de A. 1559. §. **Wo**
**aber hinwieder.** 34. R. I. 1570. §. **Dieweil dann nunmehr** 121. vid.
62 Wilibald. **Hoffmanns Müntz-Schlüſſel** / cap. 8. qu. 1. Hinc et-
iam Status Imperii qui jure monetandi gaudent, ſive id exer-
ceant, ſive minus, unum vel alterum Conſiliarium eò mitte-
re ſolent, **Ein jeder ein oder zween ſeiner Räthe / die der Müntz/**
**ſo viel möglich / verſtändig ſind / ſamt Müntzmeiſtern und War-**
**dien jährlich auff die** Probations**-Täge ſchicken** / qui cum dili-
gentia & cura de re monetali deliberent & ſtatuant. Ferd. I.
**Probier-Ordnung** de A. 1559. §. **Item ſoll auch.** Adeò, ut, qui
ſecunda & tertia vice id intermittat, jure monetandi prive-
tur, vid. **Hoffmanns Müntz-Schlüſſel.** *c. 8. qu. 3. ſeqq.*

63 §. 12. *Vltimum* articuli hujus membrum verſatur cir-
ca *Ordinationem* aliquam *conſtantem & perpetuam* de re mo-
netaria in Imperio formandam firmandamque. Editæ qui-
dem eam in rem ſunt nonnullæ Ordinationes Imperii tàm uni-
verſales quàm particulares Circulorum invicem correſponden-
64 tium: Et quidem inter univerſales radiat Ferdinandi I.
**Müntz-**

Digitized by Google

**Münz-Ordnung** de A. 1559. quæ extat in Corpore Receſſuum Imperii, ejusdemque Edictum, quod legitur apud Budelium *de re monetariâ*; Item edictum Maximiliani II. de A. 1571. nec non quæ nomine dicti Imperatoris & IV. Electorum ad Rhenum eòdem annô ſunt publicata quæque pariter in d. Corpore Receſſuum habentur; Sed quia in ſubſequentibus Imperii Receſſibus quædam ſunt addita & immutata, de novâ Ordinatione cogitari cœpit; unde & nonnullæ, Particulares maximè, ſunt inſecutæ, inprimis ab Anno *1676.* quæ non ita pridem à quôdam JCto cui Lucio nomen eſt, editæ, & Wilibaldi Hoffmanni **Müntz Schlüſſel** *Tom. 2.* additæ ſunt, quas ſingulatim recenſere prolixius foret, quàm Inſtituti noſtri ratio fert. Interea tamen ex illarum multitudine & varie- 65 tate colligere datur, nondum extare Ordinationem Imperii de re monetariâ conſtantem & perpetuam: quæ verò utrum in durantibus adhuc Comitiis ſit proventura, tempus docebit. Rex certè Romanorum hic promittit, ſe non omiſſurum, **Was ferner zuträgliches zu Abwendung ſolcher langgewährter Unrichtigkeit auff noch währenden Reichstag vor gut befunden werden möchte.**

§. 13. Ex hactenus ergò dictis patet, hunc ipſum arti- 66 culum eſſe Regiæ poteſtatis *limitativum*, cùm uti poteſtas Legislatoria, ita & quæ circa Ordinationem monetalem in Imperiô verſatur ad Imperatorem & Status Imperii conjunctim omnes, juxta Leges Imperii, ſpectet.

* *
*

# COMMENTATIO

AD

*ARTICUL. XXXIII.*

# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA REM MONETARIAM ET QUIDEM (2.) CIRCA REGALE MONETÆ ALII CONCEDENDUM.*

## SUMMARIA.

I. *JUs concedendi Privilegium cudendæ monetæ penes Imperatorem & Electores eſſe probatur. 1.*

*Saltem à tempore Maximil. II. 2.*

II. *In tria rurſus membra textus dividitur. 3.*

Primum *eſt, ne cui Rex Rom. ſine conſenſu Electorum privilegium iſtud concedat. 4.*

III. *Secundum, ne cui privilegium monetandi jure ademtum ſine conſenſu Electorum reſtituatur. 5.*

*In duas claſſes taliter privilegiati diſtribuuntur. 6. 7.*

*Quid Rex Rom. heic promittat. 8.*

IV. *Verba Capitulationis:* **Oder ſonſten. &c.** *explicantur. 9.*

*Pœna ſuſpenſionis quando dictanda, & quisnam ejus effectus? 10.*

V. *Ad pœnam privationis vel ſuſpenſionis contra eos demum agendum, qui jure monetandi* notoriè *ſunt abuſi 11.*

*Cognitio facti. & cætera omnia, quæ ad proceſſum aliàs pertinent, hic requiruntur. 12.*

VI. Tertium *hujus articuli membrum privilegium monetæ tractat, quod Statibus mediatis & Civitatibus quibusdam Municipalibus conceſſum eſt. 13.*

*Furſtenerii* Jus potentatûs *invidiæ plenum. 14.*

*De*

*De Statibus provincialibus Principum Imperii verba* : **geringere Stände**; *olim erant intelligenda*. 15.

VII. *Agitur* (1.) *de privatione Statuum mediatorum* 16.

(2.) *de novâ acquiſitione privilegii monetalis*, *hiſce non facilè indulgenda*. 17.

VIII. *Demonſtratur Jus monetandi* non *eſſe* annexum *Juri territoriali*, *ſed peculiari privilegio niti*. 18.

*Idem* & præſcriptione *acquiri poſſe docetur*. 19.

*Sed immemoriali tantùm*. 20.

IX. *Articulus hic iterum* limitativus *eſt*. 21.

## §. I.

ALterum jus Majeſtaticum Rei Monetalis, de quo nùnc agitur, circa conceſſionem Privilegii cudendæ monetæ verſatur, idque hodie eſſe penes Imperatorem & Electores, non tantum ad præcedentem articulum §. 2. probatum, ſed etiam tribus vicibus in hoc articulô aſſertum eſt, ibi : **Ohne Vorwiſſen und abſonderliche Einwilligung und** Conſens **der** VII. **Chur-Fürſten niemands mit Müntz-Freyheit begaben.** Item, **ohne Vorwiſſen und Bewilligung der Chur-Fürſten einen privirten Stand nicht** reſtituiren; Item, **ohne Miteinwilligung der Chur-Fürſten denen mittelbaren Ständen nicht willfahren.** Quæ duæ poſteriores clauſulæ primitus Capitulationi Matthiæ *art.* 34. ſunt inſertæ ; Prior autem in Capitulatione Maximiliani II. *art.* 36. *editionis Thulemarii*, primum legitur, ita quidem, ut ab illo tempore in Capp. habeantur verba ; **Ohne Vorwiſſen** ; In Leopoldinâ verò hiſce ſit additum : **Ohne abſonderliche Einwilligung und** Conſens ; Verùm quod ante tempora Maximiliani II. nulla Electoralis Conſenſus in conceſſione hujus Privilegii adhibendi fiat mentio, (*vid.* Ferdin. **Müntz-ordnung** de A. 1559. §. **Wäre es auch Sache.** 178. *add.* Limn. *ad Capit. Rudolphi II. art.* 29. *ad voc.* **ohne Vorwiſſen.**) ratio eſſe videtur, quia hæc conceſſio res erat privilegii, adeoque ſoli Imperatori accepta ferenda. 1 2

§. 2. *Tria* autem in hôc articulô circa Privilegii mo-
3 netalis conceſſionem tractantur, (1.) Ne cui Rex Romanorum ſine conſenſu Electorum privilegium monetandi concedat (2.) Ne cui privilegium illud jure ademtum reſtituat, & (3.) Ne Statibus & Civitatibus mediatis ſeu municipalibus idipſum, maximè in præjudicium Statuum Imperii, absque
4 Electorum Conſenſu elargiatur. *Primum* quod concernit, non tantùm id complectitur jus ipſum cudendæ monetæ, ſed etiam extenditur ad locum ſeu officinam, ubi moneta cuditur, ne ſcil. alicui Rex Rom. de novo concedat locum ſeu jus officinæ, ubi monetam cudere valeat, ibi: **Mit Müntz-Freyheiten und Müntz-Städten begaben.** Dictum enim ſupra ad *art. præced.* §. 6. monetam non niſi in certis Civitatibus, in Circulis Imperii ad monetandum deſtinatis, cudi debere, exceptis ſolùm Statibus iſtis, qui propriis fodinis metallicis ſunt inſtructi, quibus ſingulariter & alias officinas habere permiſſum, juxta *R. I. de A.* 1570. §. 133. Primâ autem vice hæc extenſio Capitulationi Ferdinandi IV. art. 35. inſerta, & poſtea in Leopoldina præſentique Joſephinâ repetita fuit, cum ante Ferdinandum IV. nulla in Capitulationibus **der Müntz-Städten** fiat mentio.

§ 3. Quod *ſecundum* attinet, *Ne ſcil. alicui Privilegium*
5 *monetandi jure ademtum ſine Conſenſu Electorum reſtituatur*;
6 in duas taliter privilegiati claſſes diſtribuuntur. Alteram illi Status conſtituunt, quibus Privilegium ſeu jus Regium monetandi eſt conceſſum, quo vero contra Edictum monetale aliasque Imperii Conſtitutiones in illius Edicti reformationem promulgatas ſive ipſi ſive per alios abutuntur, adeoque jus monetandi *ipſo jure* & absque ulteriori cognitione amittunt; Quod quidem unà cum iis, quæ de Conſtitutionibus Imperii Edictum monetale augentibus ſunt dicta, primâ vic Capitulationi

tioni Leopoldinæ art. 34. inſertum pariterque in Joſephinâ
hac repetitum eſt. Alteram porrò claſſem illi faciunt Sta- 7
tus, qui jus monetandi uſurpant, neq; tamen ab Imperatoribus
Romanis id ipſum impetrarunt, vel aliô modô legitimô acqui-
ſiverunt, quod iterum primitus in Capitulatione Leopoldi le-
gitur ; Sicut autem utrique contra Conſtitutiones & Le-
ges Imperii monetales delinquant, quemadmodum ſupra ad
præcedentem articulum §. 4. eſt demonſtratum : Ita etiam 8
Rex Romanorum tam Privilegii abuſum, quàm etiam illici-
tam uſurpationem illis interdicere & contra eoſdem ſive per
Circulos ſive aliô etiam modô Proceſſus decernere promittit;
quod iterum primâ vice in Capitulatione Leopoldinâ ſtatu-
tum, & in præſenti repetitum eſt; Inſuper Statûs Imperii ita
jure ſuô privatos absque præſcitu & conſenſu Electorum neu-
tiquam reſtituere vult Rex Romanorum.

§. 4. Quomodo verò Proceſſus contra tales delin-
quentes Circulis ſeu ipſorum Directoribus ſint demandati, ad
præcedentem articulum §. 8. ex Legibus Imperii eſt propoſi-
tum. Per *alium* verò *modum*, quem verba Capitulationis, 9
oder ſonſten wieder Sie gebührend verfahren laſſen / innuant,
intelligi videntur ea, quæ in prioribus Capitulationibus ſpe-
cialioribus verbis ſunt expreſſa: daſſelbige (nehmlich ſolches Re-
gal und Privilegium) vermög der Diſpoſition in denen hierüber
verfaßten Conſtitutionen, (in Capit. Ferdin. IV. citatur illa de
A. 1570.) ſuſpendiren; Verùm Leopoldina Capit. & Joſephi-
nâ noſtrâ clauſula generalis modò relata eorum in locum ſub-
ſtituitur. Hinc dubium non eſt, etiam hodie inter pœnas le-
viores Statuum jure monetandi abutentium dictitari ſuſpen-
ſionis pœnam; Ita ſc. ut prohibeantur tam diu jure illô uti, do- 10
nec Imperatori & Imperio propter iſthanc LL. Imperii viola-
tionem ſatisfecerint; bis ſo lang ſie Uns und dem Heil. Reich umb

ſolche Uberfahrung gebührlichen Abtrag und Kehrung gethan haben, uti loquitur R. J. de A. 1530. *Num.* Folget weiter 21. §. Item Nachdem 5. *add. R. I. de A.* 1566. §. In weitere Berathſchlagungen 157. *in fin. & R. I. de A.* 1570. §. Da aber 139. ibi : Darauff Wir ernſtliches Einſehens mit Suſpenſion oder ſonſten nach Gelegenheit zu thun ꝛc.

11 §. 5. Tùm verò demum contra delinquentes dictô modô vel ad ſuſpenſionem vel ad privationem proceſſus intenditur, ſiquidem manifeſtò & indubitato conſtet, eos jure monetandi abuſos eſſe, vel illicitè idipſum uſurpaſſe, uti docent verba: Wo wir beſtändig befinden. Ex quo concluditur, non tantùm ex ſimplici fama & nuda delatione ad privationem ſimilemque pœnam perveniri poſſe, ſed opus eſſe, ut crimen hoc notoriè ſit commiſſum, & qui commiſerunt, ſimul ipſius
12 ſint convicti. Hinc, quæ aliàs ad proceſſum & probationem de Jure ſunt neceſſaria, illa etiam hoc in caſu, ubi contra Status Imperii accuſatio tendit, vel maximè requiruntur; neque obſtat, quod in textu dicitur, ohne fernere Erkäntnuß / quippe quod *de Jure* non verò *de cognitione facti* intelligendum.

13 §. 6. *Tertium* denique quod in hôc articulò tractatur, Privilegium monetæ Civitatum *Municipalium* ſeu aliorum *mediatorum* Romani Imperii *Subditorum* concernit; der Mediat-Stätten und andern ſo dem Reich immediatè nicht / ſondern Churfürſten / Fürſten und andern Reichs-Ständen unterworffen / & porrò infra denen mittelbahren Ständen / quæ denominatio primâ vice Capitulationi Ferdinandi IV. *art. 35.* eſt inſerta, cùm in præcedentibus à Capitulat. Matthiæ *art. 34.* usque ad Capit. Ferd. III. *art. 37.* verba habeantur, denen geringern Ständen. Cauſa verò ſtyli immutati hæc fuiſſe videtur, quòd Statibus Imperii talis compellatio eſſet odioſa, cùm & mino-

minores Statûs jure territoriali ſublimi & avtocratico æque 14
ac majores gaudeant, & *jus Potentatus*, quod nonnulli cum
*Fürſtenerio* fingunt, inter Statûs diverſitatem inducens, non
immeritò ſit invidiæ plenum, neque tam juris quàm terrarum
extenſione nixum, adeoque ſaltem in factô fundatum. Cum
igitur de Civitatibus Municipalibus Paciſcentes paulò ante
dixerint, per verba, **geringere Stände** mediati potius, quàm
Status Imperii, intellecti videntur. Dantur enim in terri- 15
toriis Principum Imperii plerorumque Status Provinciales,
**Land-Stände** / qui dum Provinciam repræſentant, recte
quidem *Status*, ſed *mediati* tamen vocantur.

§. 7. Duo autem ſunt, quæ de Civitatibus & Statibus
mediatis in textu proponuntur. *Alterum* verſatur circa pri-
vationem privilegii monetalis; *Alterum* verò circa novam
ejusdem acquiſitionem. Privantur ergo monetali privilegio, 16
qui contra Edictum Cæſareum eodem abutuntur, vel ſine ju-
ſto titulo idipſum uſurpant. Contra hos enim pari modo pro-
ceſſus decernuntur, ut adeò, quæ de pœnis ex Circumſtan-
tiarum varietate ſtatuendis ſupra innuimus, & hic locum in-
veniant, ſaltem ut executio horum proceſſuum ipſis Domi-
nis territorialibus, quibus mediati Status vel Civitates ſubſunt,
vi LL. Imperii incumbat. Inprimis verò jus monetandi ipſis
adimi nec reſtitui debet, juxta verba textûs, **gäntzlich gelegt /
caſſiret und ferners nicht ertheilet werden.** In Capitulatione Mat-
thiæ *art. 34.* & ſequentibus, incluſâ Ferdinandi IV. Cap. *art.
35.* dicitur: **die Müntzgerechtigkeit denen Städten / ſo dem Reich**
immediatè **nicht / ſondern des Reichs Ständen unterworffen /**
revoci**ren** / quod in Leopoldina & noſtra Joſephi ideò fortè
omiſſum eſt, quia privilegium etiam mediatæ Civitati datum
ſine ſufficienti cauſa revocari non poteſt; Novam verò acqui- 17
ſitionem privilegii monetalis quod concernit, absque conſenſu
Ele-

Digitized by Google

Electorum idipſum concedi prohibetur, maximè ſi tendat in præjudicium privilegiorum Statibus Imperii diu quæſitorum.

18 §. 8. Ex hactenus dictis patet, Jus monetandi non eſſe annexum Juri territoriali, ſed peculiari privilegio niti, cùm etiam à mediatis Imperii civibus poſſideri ac exerceri queat, quemadmodum variæ Civitates municipales in Imperiô Romanô hoc jure gaudent, quales ſunt Hoxarium, Halberſtadium, Hannovera, Oſnabrugum, Minda, Monaſterium, Hildeshemium, Northemium, Brunsviga, Roſtochium, Sunda, Stetinum & aliæ; quod rectè obſervavit Arniſæus *de jure Majeſt. lib. 2. c. 7. n. 6. & ex eo* Limnæus *ad Capit. Matthiæ art. 34.* ad voc. **ſo dem Reich** immediatè **nicht unterworffen**. Præ-
19 terea iſtud quoque ex textu deducitur, quòd Jus monetæ etiam *præſcriptione* acquiri poſſit, ibi: **Oder ſonſten rechtmäſſig und beſtändig hergebracht**; Eſt enim præſcriptio legitimus acquirendi modus, ſiquidem requiſita habeat à Jure definita; Et
20 quod eſt conceſſibile, (uti JCtorum ſonat Brocardicum) idem eſt præſcriptibile, modò præſcriptio illa ſit temporis immemorialis; aliter enim Regalia, quò referendum Jus monetæ, contra Superiorem præſcribi nequeunt. *c. ſuper. 26. §. præterea X. de V. S.* Roſenthal. *de Feud. c. 5. Concl. 16. n. 3.*

21 §. 9. Ex dictis porrò manifeſtum eſt, Jus hoc Majeſtaticum concedendi Privilegium monetæ eſſe in Imperiò Romanô Regiæ Maj. *limitativum*, poſtquam non amplius, ſicut olim ante tempora Maximiliani II. ſolus Imperator, ſed cum Electoribus, quibus communicatum eſt, idem exercet.

* *
*

COM-

Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XXXIV.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.
## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JUS POSTARUM.*

## SUMMARIA.

I. *Poſtarum qualisqualis deſcriptio.* 1.
*Sunt vel generales vel ſpeciales.* 2.
*Illa rurſus in duplici ſunt differentia:*
*Vel enim poſita ſunt* (1.) *per totum Imperium.* Reichs-Poſten. 3.
*Vel* (2.) *per provincias Auſtriæ Archiducum hæreditarias.* 4.
*Differentia harum per partes innuitur.* 5.
II. *Utriusq; mentionem facit præſens articulus.* 6.
*Gravamina Poſtarum ſunt vel* paſſiva *vel* activa. 7.
III. *Inter illa primum occurrit: quòd munera Poſtarum extraneis potiſſimum committi ſoleant.* 8.
*Deinde, quòd Magiſtri Poſtarum ab oneribus publicis eximi cupiant.* 9.
*Ulterius, quod iidem rebus ad curſum publicum neceſſariis haud ſint inſtructi.* 10.
*Nimiam quoque taxam epiſtolis faſciculisque imponant.* 11.
*Et quæ ſunt alia.* 12. 13.
IV. *Remedia proponuntur:*
(1.) *Generalia ex LLbus Imperii anterioribus, quæ tamen nihil certi determinant.* 14.
(2.) Specialia, *quæ demum in hac Joſephina Capitulatione cernere licuit.* 15.



V Gra-

Digitized by Google

V. *Gravamina Poſtæ Imperialis* activa *recenſentur.* 16.17.18.19.

VI. *Sed & hiſce remedium promittit Rex Rom.* 20.

*Literæ Electorales ad Cæſarem hac de re jam olim data.* 21.

*Tenor illarum explicatur.* 22.

*Specialiter contra turbationes aliquot proviſum eſt Præfecto Poſtæ Imperialis.* 23.24.25.26.27.

VII. *Proſpicitur tamen & Præfecto Poſtarum per terras Cæſaris hæreditarias exercendarum,* 28.

*A quonam tempore Comites de Paar hanc Præfecturam teneant?* 29.

*Literæ Inveſtituræ remiſſivè ſubnectuntur,* 30.

VII. *Concluditur, Jus Poſtarum eſſe* Reſervatum *Imperatoris.* 31.

*Adeòque hunc Articulum tantum* normativum *dici poſſe.* 32.

## §. I.

1 POſtæ ſunt Equites vel Pedites certis in locis ordinati, pro
itinere tantò faciliùs ſuſcipiendo, vel etiam nuncio hinc
inde deferendo, vid. Ziegler *de Jurib. Majeſt. Lib. 2. cap. 18. §.*
2 *23.* Suntque in Imperiô Romanô vel *Generales* vel *Speciales.*
Hæ, quoniam in Principis vel Status Imperii alicujus territoriò
ſunt ordinatæ, dicuntur **Land-Poſten / Stadt-Poſten / Neben-**
3 **Poſten 2c.** Illæ verò ſeu *Generales* duplicis iterum ſunt generis,
ſcilicet (1.) quæ per Provincias totius Imperii ſunt poſitæ,
quarum Præfecturam, **das** General **Reichs-Erb-Poſt-Ambt**
titulô Feudi tenet Comes, hodiè Princeps, de Taxis, **der** General
**Poſtmeiſter im Heil. Reich/** vel General **Reichs Poſtmeiſter**;
Ejusque Protector eſt Archi-Cancellarius Imperii, ſive Ele-
4 ctor Moguntinus; & (2.) quæ poſitæ in hæreditariis Archi-
Ducum Auſtriæ provinciis, Bohemiâ ſcilicet, Sileſiâ, Moraviâ,
Auſtriâ cum Ducatibus & Comitatibus connexis & Hungariâ,
quarum Præfectus eſt Comes de Paar, qui dicitur,
**der Oberſt Erbland-Poſtmeiſter /** vel **Kayſerl. Obriſt Hoff Poſtmeiſter/**
& munus ipſum, quod ſimiliter huic genti in Feudum
datum eſt **das Erbland-Poſt Ambt** vel **Kayſerl. Erbland Hoff-Poſt Ambt.**
Quæ munera inſigniter invicem differunt, dum
5 (1.) Comes de Taxis officium accepit ab Imperatore ut tali,

Comes

Digitized by Google

Comes verò de Paar ab Eodem ut Rege Bohemiæ, vel Archiduce Auſtriæ. (2.) Illius officium extendit ſeſe per univerſum Imperium, hujus tantùm per Provincias Auſtriacæ Domûs hæreditarias. (3.) Ille ſeu Comes de Taxis Præfecturam dictam Feudum habet Imperii; hic verò tenet Feudum ab Archiducibus Auſtriæ; vid. Limnæum, *Tom. 2. Addit. ad lib. 2. cap. 9. n. 133.* Sprengerus in *Jurisprud. publ. lib. 1. cap. 24.*

§. 2. Quamvis autem de munere Poſtarum Generali per totum Imperium exercendo in textu præſentis articuli primariò agatur, tamen & alterius, ſeu muneris Poſtarum Auſtriacarum ſub finem tractatio inſtituitur: & quidem Illius Gravamina paſſiva æquè ac activa, eorumque remedia; Hujus verò reſtrictio pariter atque confirmatio proponuntur. 6 7

§. 3. Quod *Gravamina* Poſtarum *paſſiva* concernit, non levia illa eſſe innuitur, ibi: **nicht geringe Beſchwerden geführet werden /** cum in Leopoldinâ, cui materia Poſtarum primâ vice eſt inſerta, *art. 35.* loco verborum **nicht geringe** legatur **einige Beſchwerden**; Sunt verò hæc potiſſima: *1.)* Quod munera Poſtarum Imperialium ſubalterna Extraneis paſſim non verò Imperii Civibus & Subditis ſint concredita; Cum tamen è re ſit Imperii, id munus illis eſſe conceſſum, quorum fides erga Imperium ſit explorata, id quod non æquè de extraneis quàm de Civibus Imperii ſperare liceat; Hinc nonnullæ Imperii Civitates conſuetudine comprobarunt, ne cui alii quàm civi ejusdem loci officium hoc deferatur, quemadmodum de Civitate Norimbergenſi conſtat, eam PræfectoPoſtarum Imperii Generali inſignem propterea moviſſe controverſiam, neque alium quàm civem admittere voluiſſe, eò quòd A. 1615. 1625. 1630. 1634. Civibus ſuæ civitatis id munus fuerit concreditum, & exempla, quæ in contrarium poſſent allegari, in tumultibus bellicis contigerint: uti notat Knipſchild. 8

9 de *Civit. Imp. lib. 2. c. 4. n. 62.* (2) Quod Poſtarum Mini-
10 ſtri eximere ſe ſoleant à muneribus realibus pariter & perſonalibus. (3.) Quod Iidem rebus neceſſariis tam ad facilius continuandum iter, quàm nuncios hinc inde deferendos non ſint inſtructi nec indices ſeu Catalogos accuratos effici curent, in quibus Epiſtolæ, Faſciculi, (**Paqueten**) aliaq; advenientia & abeun-
11 tia diligentius annotari deberent. (4.) Quòd Taxa Epiſtolarum & Faſciculorum deferendorum ſit nimia, de quo etiam Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Suecicum *art. 9. §. Et quia &c.* con-
12 queritur, & *immoderata Poſtarum onera* vocat. (5) Quorſum referri poteſt, quando ſolutio Epiſtolarum facta eſt in unô locô, ut tamen ejus annotatio, quæ fit per vocabulum *francò* deleatur, vel ſaltem dimidium (½ francò) eô ponatur, adeoque in alterô locô ſolutio denuo ſit facienda, de quo conqueritur Author Relationis, de Statu Poſtarum in Imperiô, (apud Fritſchium *in Elect. Jur. Publ. cap. 11.*) & *fraudem publi-*
13 *cam* appellat; (6) Quod reſtringere libertatem Civium Imperii velint, ne Epiſtolas & Faſciculos alio deferendos per nuncios & tabellarios Civitatum ſeu Provinciarum ſed per poſtam Imperialem mittant, adeoque *jus* quoddam *bannarium* introducere velint, de quô extat peculiare Scriptum ſub titulô: **Gründliche und wahrhafftige** Information **und Ausführung das Bothen-Weſen der geſambten Reichs-Stände / ſonderlich aber der Frey- und Reichs- auch Handels- und anderer Städte betreffend.** editum apud Eundem Fritſchium *ad Capit. Joſephi lit. C.* Add. Seckendorff **Teutſchen Fürſten Staat** / *p. 3. cap. 3. circa fin.*

§. 4. Sequuntur *Remedia* hiſce Gravaminibus oppo-
14 nenda. Et *Generaliter* quidem jam olim in R. J. de A. 1641. §. Ubrige 93. eſt proviſum: **daß denen darüber geklagten Beſchwerden ihre Abhülffige Maaß gegeben werden ſolle**; in textu autem

no-

noſtrô juxta Inſtrumentum Pacis Cæſareo-Suecicum dicitur remiſſio ad proxima Comitia fieri, ibi: Selbige nach Anweiſung Inſtrumenti Pacis auff den Reichs-Tag außgeſtellet worden. In articulo enim octavo Inſtrumenti Cæſareo-Suecici §. *Habeantur.* diſponitur, ut in proximis Comitiis de Ordinariis Deputatis ad modum & utilitatem Reip. ritè formandis, item de legitimo munere Directorum in Imperii Collegiis & NB. *ſimilibus negotiis*, quæ hic expediri nequiverant, ex communi Statuum conſenſu agatur & decernatur. Ubi ſub generalibus verbis *negotiorum ſimilium* etiam hæc Poſtarum materia intelligi debet, inprimis, dum in articulo ſequente 9. §. *Et quia* 1. dicitur, quod immoderata Poſtarum onera, quibus deterior redditur Commerciorum uſus, tollenda ſint. *Specialiter* ve- 15
ro hic promittit Rex Romanorum, ſe cum obſervatione Ordinationis, ſcil. Comitialis, (mit Beobachtung deſſen) fore prohibiturum: Ne (1) Electores, Principes & Status Imperii in ſuis territoriis admittere teneantur ejusmodi Poſtarum Magiſtros, qui non ſunt Imperii ſubditi, & quorum fides Imperio haud ſatis eſt probata. Nec (2) permiſſurum, ut ab oneribus realibus eximantur, licet immunitatibus perſonalibus gaudeant. Item (3) quod Præfecto Poſtarum Imperii Generali ſit demandaturus, ut ſingulas Poſtas rebus neceſſariis bene inſtrui, & (4) Epiſtolia pro pecuniâ moderata, quæ publicè in ædibus Poſtarum per Catalogum typis impreſſum ſignificanda, fideliter deferri procuret. Atque hæc omnia primâ vice Capitulationi Joſephi ſunt inſerta, niſi quod generalia ſupra propoſita etiam in Capitulatione Leopoldinâ leguntur.

§. 5. *Gravamina* vero Poſtæ Imperialis *activa* ſunt (1.) 16
quod Poſtæ Aulæ Cæſareæ etiam in Imperiô Romanô ſibi attribuant delationem & receptionem Epiſtoliorum ad Aulam Cæſaream devenientium cum emolumentis; idque etiam tum



Digitized by Google

temporis, quando Imperator vel Aula Cæſarea non eſt in hæreditariis Provinciis, ſed in Civitate aliquâ Imperiali; Qua de re A. 1630. inter Comitem Taxium & Comitem de Paar acriter diſputatum, & A. 1640. cum Imperator Ratisbonæ eſſet, eadem controverſia reſuſcitata eſt. (2) Quod A. 1636. pro Co-
17 mite de Paar res ita ſit deciſa: Daß die Austheilung der Brieffe/ auch Einziehung der Emolumenten für diejenige Brieffe/ ſo zu der Käyſerl. Hoffſtatt anlangen / wie auch an die Perſonen / ſo dem Käyſerl. Hoff nachfolgen / dem Käyſerl. Hoff-Poſt-Ambt zuſtehen / das Reichs-Poſt-Ambt aber ſich der Annehm- und Austheilung derer Brieffe/ ſo die daſelbſtige Bürger und Kauffleute betrifft/ ſich anmaſſen ſolle. (3.) Quod, licet illa deciſio A. 1640. *die 4.*
18 *Augusti* ita ſit declarata: Daß auch die Brieffe / welche an die daſelbſt anweſende Churfürſten und Stände des Reichs oder deroſelben Räthe / Botſchafften und Geſandte / auch andere frembde Handels- und Kauffleute / ſo dem Käyſerl. Hoff nicht nachfolgen/ noch immediatè darunter gehörig / einlauffen und von Ihnen wieder außgegeben werden / wie auch Fertigung deren Correſpondenzien Poſt- und Stund-Zeddul / auch dem Reichs-Poſt-Ambt bleiben ſolte. prout Decretum in formâ legitur apud Limnæ. *Tom. 2. addit. ad lib. 2. cap. 9. n. 133. pag. 52.* Tamen nec illa Jus Comitis de Taxis, quod in terris Imperii, etiam in ipſa Aula Cæſarea, habeat, & ante infeudationem Comitis de Paar exercuerit, auferri poſſit; Et (4.) quod non obſtante iſta declaratione adhuc dum Faſciculi literarum, qui intuitu officii transmittuntur, (Ambts-Paqueten) à Poſta hæreditaria Cæſarea includi ſoleant.

20 §. 6. Remederi vero & hiſce gravaminibus Rex Romanorum ſerio promittit, idque intuitu Conſilii à Collegio Electorali Anno 1641. in Comitiis exhibiti, ipſumque inſecutæ Conſtitutionis Imperii de d. A. 1641. §. Ubrige Memorialia. 93. ubi

gene-

generaliter diſpoſitum reperitur, **daß das Poſt Regal in ſeinem** eſſe **erhalten und zu deſſen Schmälerung nichts vorgenommen noch von Uns in einige Wege verwilliget / nachgeſehen oder verſtattet werden ſolle.** quæ clauſula iisdem verbis in Capit. Leopoldina cernitur. In literis vero Electoralibus d. 12. Junii dicti An- 21
ni ad Cæſarem datis, habetur, quod Domini de Taſſis jam pri- 22
dem & ante infeudationem Domini Chriſtophori de Paar, munus Poſtarum Præfecti Generalis etiam in Aula Cæſarea, Francofurti & alibi verſante per ſe ipſos æque ac per alios exercuerint, ſicque in poſſeſſione vel quaſi permanſerint, quodque adeo nec per ſubſequens Feudum jus ipſis quæſitum & fundatum tolli vel diminui potuerit, prout ex allegatis literis refert Limnæus *in Tom. 2. Addit. ad lib. 2. c. 9. num. 133. pag. 52. in. fin.*
Cumque literæ Inveſtituræ Paarenſis nihil de Imperiô, nihil de 23
Aulâ Cæſarea teneant, quin potius diſertè reſtringant ejus officium, in verbis : **Uber die Poſten in unſern Erbkönigreichen / Hungarn und Böheimb und deren** incorpori**rten** Provinci**en/wie auch unſerm Ertzhertzogthumb Oeſterreich unter und ob der Ens ꝛc.**
Hinc etiam ſpecialiter *(1.)* providet Rex Romanorum Poſtæ 24
Imperiali, quod Præfectus ejus Generalis contra turbationes Poſtæ Provinciarum hæreditariarum in Imperio jam factas, vel in poſterum faciendas , præprimis vero contra turbationem **wegen Verſchlieſſung abſonderlicher Ambts**-Paquet**er** obvenientem, in jure manuteneri & defendi debeat; Et *(2.)* quod 25
in terris Imperii, ſive Imperator cum Aula ſua ibi præſens ſit, ſive minus, Epiſtoliorum Faſciculorumque omnium omnino **(aller und jeder)** adeoque & ad Aulam Cæſaream pertinentium delationem, receptionem ac diſtributionem una cum compendiis juſtè percipiendis habere & retinere debeat ; Inque 26
eum finem *(3)* quicquid huic dictæque Imperii Conſtitutioni de A. 1641. contrarium ſive conſtitutum ſive in Feudum datum appareat, caſſum & irritum declaratur ; proinde (4) deci-

27 deciſio quoque Cæſarea A. 1636. & 1640. cum diſtinctione facta, & ſupra §. 5. allegata in terris Imperii removetur ac protinus nulla pronunciatur.

28 §. 7. Interea tamen Præfecturæ Poſtæ hæreditariarum Cæſaris Provinciarum in hujus articuli fine proſpicitur, quòd ſcilicet Inveſtitura Anno 1624. deſuper impetrata in terris hæreditariis Eidem ſalva & inconcuſſa manere, quodque Præfectus Poſtæ hæreditarius Generalis juxta ejusdem tenorem pari modo defendi ac manuteneri debeat, (quæ omnia etiam in Capit. Leopoldina habentur,) eòque magis, poſtquam Præfectus Poſtarum Imperialium literas Reverſales propterea exhibuit. Cæterum ex laudata ſæpius Domo Paarenſi primus
29 etat Johannes Chriſtophorus Baro de Paar in Krotenſtein & Hartberg, qui dicto Anno 1624. d. 4. Septembris à Ferdinando II. Imperatore in Feudum maſculinum pro ſe ſcil. & deſcendentibus ſuis maſculis accepit officium Poſtarum ſupremum, **das Obriſte Hoff-Poſtmeiſter Ambt über die Poſten in dem Erb-Königreich Hungarn / Böheimb und deren** incorporir**ten** Provincien / **wie auch dem Ertzhertzogthumb Oeſterreich unter und**
30 **ob der Ens.** Literas Inveſtituræ recenſet Ludovicus ab Hornigk *de Regali Poſt. jur. c. 6. theor. 3. p. 57. ſeq. & ex eo* Limnæus *ad Capit. Leopold. art. 35. ad verb. Anno. 1624.* **erlangter** *inveſtitur.*

§. 8. Denique cum Jus Poſtarum ſit Regale Imperatoris, ad reſervatorum claſſem pertinens, quemadmodum
31 ex eo patet, (1.) quod ad Privilegia ſpectet, & (2.) per *tit. C. de Curſu publico & l. fin. C. de Fabricens.* ubi Imperator de curſu publico & equis illi curſui deſtinatis, nec non de Evectionibus ſimilibusque negotiis diſponat, quæ quidem LL. non adeo ſint antiquatæ, ut potius eadem poteſtas modernis Impp. compe-

Digitized by Google

competere dicenda ſit. (3) Ab Eodem Imperatore Comites de Taxis & de Paar ſinguli ſuis Præfecturis tanquam peculiari Feudo inveſtiuntur; (unde cum quidam per Belgium & Italiam A. 1579. Poſtas generales conſtituere conaretur, ſeverè hoc eidem interdictum fuit, uti notat Sprenger. *in Jur. Publ. c. 24.*) Ita etiam hic Articulus non eſt Regiæ poteſtatis *limitativus* ſed tantùm *normativus*, & talis, ut Regem 32
Romanorum id agere, quò Poſtæ Imperii rectè & benè ſe habeant, admoneat.

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XXXV.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA MODUM PERVENIENDI AD IMPERIUM ROMANUM ET CIRCA JUS VICARIATUS.*

## SUMMARIA.

I. P*Artes hujus Articuli breviter enarrantur.* 1.
*Promiſſio Regis Rom. de Imperio non faciendo hereditario.* 2.
*Conſonantia Carolinæ & reliquarum Capitulationum.* 3.
II. *Diſquiritur paucis, an* ſucceſſivum *unquam fuerit Imperium. & quamdiu?* 4.
*Germanorum indoli convenientior eſt* electio *quàm ſucceſſio.* 5.
III. Libertas *electionis nec hodiè reſtricta eſt: licèt Familia Auſtriaca jam ultra* 200. *annos Impe-*

*Imperium teneat. 6, 7. 8.*
*Quod non ſine maximis & urgentiſſimis rationibus factum eſſe monſtratur. 9. 10. 11. 12.*

IV. *Jus eligendi ulterius firmatur 13.*
*Verba:* **Unſere Kinder/ Erben und Nachkommen** */ ſuperflua : ac proinde in poſterioribus Capitulationibus rectè omiſſa eſſe docetur. 14. 15.*

V. *De Perſonis eligentibus nonnulla ſubjiciuntur.* 16.

VI. *Quæſtiones proponuntur* : (1) An etiam A. B. electionem Regis Rom. vivo Imperatore factam probet? 17.
*Affirmativa probatur. 18.*
*Rationes adducuntur. 19. 20. 21. 22.*

VII. (2.) *An &* invito *Imperatore eligi Rex Romanorum poſſit ? 23.*
*Et hac affirmatur.* 24.
*Modò adſint graviores cauſa. 25.*

VIII. *Quæ quidem in ſpecie non ſunt determinata. 26.*
*Id quod tamen à Comitiis expectatur. 27.*

IX. *Forma Electionis, in quo conſiſtat? 28.*
*Diſquiritur, an electio ſpectet ad Electores*, ut Collegium, *an verò ut* ad ſingulos*? 29.*
*Ratio additur, quâ nonnulli* poſterius *firmare contendunt. 30.*
Prius *tamen veritati magis conſentaneum eſſe dicitur. 31.*
*Ex rationibus, ſub num. 32. 33. 34. 35.*
*Diſſentientibus duplici modo reſpondetur. 36. 37.*

X. *Quæſtio nova expenditur : An major pars præſentium Electorum, an verò totius Collegii Electoralis intelligenda ſit? 38.*
*Rationes pro affirmando poſteriori. 39. 40.*
*Rejiciuntur, & prius aſſeritur. 41.*
*Caſus fingitur, quo dicta illuſtrantur. 42.*

XI. *Ultimum Articuli membrum* de Vicariis Imperii *tractatur. 43.*
*Limnæi ſententia proponitur. 44.*
*Quæ tamen poſterioribus Capitulationibus applicari nequit. 45. 46.*

XII. Fundamenta *Jurium Vicariatus adducuntur. 47.*
*Quarum* primum *in antiqua conſuetudine collocatur. 48.*
*Quæ conſuetudo diu ante A. B. orta eſt 49.*
*Idque exemplis probatur. 50. 51.*
*Et ad Comitatum Palatinum Saxonicum extenditur. 52.*

XIII. *Quæſtio inſignis momenti tractatur : An Jus Vicariatus adhæreat Dignitati Electorali, an verò Comitatus Palatino ? 53.*
*Argumenta eorum, qui* prius *defendunt, breviter ſubnectuntur. 54. 55.*

*Poſte-*

Digitized by Google

*Poſterius tamen magis arridet: idque propter rationes* ſub num. 56. 57. 58.

*Licet titulo Comitum Palatinorum non amplius utantur Saxones, inſignia tamen adhuc geſtant.* 59.

*Reſpondetur ad contraria.* 60. 61. 62. 63.

XIV. Secundum *fundamentum Jurium Vicariatus eſt Inſtrumentum Pacis.* 64.

*Quod quidem adeò clarum non eſt.* 65.

*Quin potius utrique litigantium de hac Prærogativa, Bavaro ſcil. ac Palatino, pro ſtabilienda cujusvis opinione, inſervire videtur.* 66. 67.

*Deciſio quæſtionis in* §pho præc. *tractata ſi ſperanda, huic quoq; liti finem faciet.* 68.

XV. Tertium fundamentum *ex A. B. petitur.* 69.

XVI Quartum *denique conſtituunt cætera Leges & privilegia.* 70.

*Pontifex Rom. ſibi Jus Vicariatûs adſcribere non erubeſcit.* 71.

*Idque ex falſiſſima hypotheſi: Imperium immediatè dependere ab Eccleſia.* 72.

*Faſtus ejusmodi Papalis exemplum adducitur.* 73.

*LL. Imperii* privativè *concedunt Vicariatum Palatino & Saxoni.* 74.

*Vox olim inſerta*: Päbſtliche Rechte; *nunc in Capitulatione eſt omiſſa, nec ſine urgenti ratione.* 75.

*Inter privilegia Impp. de Vicariatu conceſſa, emicat privilegium Ruperti Imp.* 76.

*Per antiquas LL. quid intelligatur?* 77.

*Juris Canonici heic nulla ratio habetur.* 78.

XVII. Jura Vicariorum *egregia ſunt & magni momenti.* 79.

*Eorum nonnulla recenſentur in A. B.* 80. 82.

*Poteſtas tamen inveſtiendi de Feudis Imperii majoribus, ut & alienandi bona Imperii Vicariis eſt ademta.* 81.

*Illa jura, quæ nec expreſſè commemorantur in A. B. nec quoque ſpecialiter ſunt excepta,* implicitè *Vicariis relicta cenſentur.* 83.

*Specialia quoque Vicariorum privilegia plurium jurium, quàm habet A. B. mentionem faciunt.* 84.

*Poteſtas eorum ad caſum* abſentiæ *quoque extendenda.* 85.

*Idque probatur ex Privilegio Ruperti.* 86.

*Et quodammodo ex ipſis Capitulationibus.* 87.

XVIII. *De Jure inſtituendi* conſilium ſeparatum *agitur.* 88.

*Cauſa ejus explicatur.* 89.



Digitized by Google

*Quaratione Camera Imperialis tempore Vicariatus Mandata ſua emittat ? 90.*

*Jus etiam Belli & Pacis Vicariis competit.* 91.

*Formula* : **So es zu Fällen kommt** ; *mortem & abſentiam, nec non reſignationem & deſtitutionem Imperatoris indigitant.* 92.

XIX. *Quid circa hæc Jura Vicariorum Imperii promittat Rex Rom. ?* 93.

*Clauſula caſſatoria huic promiſſioni adjecta.* 94.

XX. *Pleraque eorum quæ in hoc art. tractantur* , normativa *ſunt.* 95.

*Quod autem vivente Imp. eoque invito eligi poſſit Rex. Rom.* limitativum *omnino dicendum eſt.* 96.

## §. I.

1 TRia, ſunt, quæ hôc in articulô tractantur. Primum eſt de ſucceſſione Imperii, alterum de Electione & tertium dc ſucceſſione Imperii, alterum de Electione & tertium denique de Jure Vicariorum. Quod primum attinet, Rex
2 Romanorum emphaticis verbis promittit : Quod Imperium Romanum nec hæreditarium facere,nec ſucceſſionem quamcunque in eodem affectare, nec eò laborare velit, quò ad ſe vel ſuos vel alium quemvis idem devolvatur. Atque hoc
3 ipſum jam in Capitulatione Caroli V. art. 28. exprimitur & in reliquis ita continuatur, paucis ſaltem in Capitulatione Leopoldinâ, quæ omninò cum noſtrâ concordat, quoad ſtylum immutatis , dum nonnullæ voces, quæ in Capit. Carolinâ, ibi : **Noch in ſolcher Geſtalt unterziehen** ; Et porrò ibi : **auff jemand anders unterſtehen zu wenden** ; occurrunt, hic ſunt omiſſæ ; ut adeò in Leopoldinâ & Joſephi ita legatur : **Und inſonderheit ſollen und wollen Wir uns keiner** Succeſſion **oder Erbſchafft des Röm. Reichs anmaſſen / unterwinden noch unterziehen / oder darnach trachten / dieſelbe auff Uns ſelbſten/Unſere Erben und Nachkommen/ oder auff jemand anders zu wenden.**

§. 2.

§. 2. Quamvis igitur tempore Caroli M. & reliquo-
rum Impp. ſtirpis Carolinæ magis in Imperiô obtinuerit ſuc- 4
ceſſio hæreditaria, usque ad Ludovicum IV. (vid. Conringius
*ad Lampad. part. 3. cap. 2. §. 4.* qui hanc Imperii ſuc-
ceſſionem Electionis ſchemate coloratam fuiſſe aſſerit,
quem & alii ſequuntur ) A tempore tamen Conradi I.
Franconiæ Ducis in Cæſarem electi Imperium magis electi-
vum fuit quàm ſucceſſivum, & Henrici IV. ætate, ut Bruno,
Scriptor *belli Saxonici*, *in Tom. 1. Freheri* recenſet, cautum
fuiſſe creditur: *Ne Regia poteſtas cuiquam per hereditatem cede-
ret, ſed Filius Regis etiamſi valde dignus per Electionem non
per ſucceſſionis lineam Rex proveniret.* vid. Schvveder. *part.
ſpec. ſect. 1. cap. 1. §. 18* Quæ ipſa lex ſive unquam fuit lata 5
ſive non, poſtea certè tenor ejus Capitulationibus Cæſareis
eſt inſertus, quò tantò minus à ſucceſſione ſibi metueret Im-
perium, dum Germanorum indoli, ceu libertatis amantiſſi-
mæ, convenientior eſt electio quàm ſucceſſio, ad quam redi-
re velle oppido periculoſum Reip. futurum eſſet.

§. 3. Enimverò non deſunt, qui exiſtiment, quòd 6
nec hodie in Imperiô Romanò ſit libera & propriè ſic dicta
Impp. Electio, ſed potius ſucceſſio Electionis ſchemate colo-
rata, cùm Familia Auſtriaca jam ultra 200. annos ſceptra Im-
perii teneat, & ab Alberti II. tempore uſque ad Joſephum
Rom. Regem vel XIV. continuâ nec ferè interruptâ ſerie
Reges numerare poſſit, adeò ut etiam Johannes Roo, Jeſuita,
*in Diſſert. de Victoria Prag.* Domum Auſtriacam propter
vinculum indiſſolubile *Conjugem Imperii* dixerit; Verum hæc 7
ſententia quàm maximè pugnat cum textu noſtro, ubi non
ſolum nudè promittit Rex Rom. die Churfürſten bey ihrer frey-
en Wahl eines Röm. Königs &c. Sed etiam ſanctè jurat: Daß
Er ſich keiner Succeſſion oder Erbſchafft des Römiſchen Reichs

anmaſſen wolle ꝛc. Quin & Imperatoriam poteſtatem quotidiè magis magisque limitari, ne talia audere poſſit, ex praxi Imperii manifeſtum eſt. Quare verò dignitas Imperatoria penes
9 Sereniſſimos Archiduces Auſtriæ à dicto tempore tantum permanſerit, hæ potiſſimum rationes eſſe videntur, (1.) Quòd Provinciæ & Regna Sereniſſimæ Archidomus ſint veluti murus Salutis contra Turcarum immanitatem & potentiam, uti ſtatuit Carolus V. ap. Sleid. *l. 7. de Stat. Relig. & Reip.*
10 *in fin.* (2.) Quòd vires atque reditus Familiæ Auſtriacæ dignitati Imperatoriæ ſuſtinendæ magis ſufficiant quàm alteri-
11 us cujusdam Familiæ Germanicæ (3.) Quòd ob bene merita Anteceſſorum glorioſiſſ. memoriæ Familia Auſtriaca præmium hocce quaſi expoſcat. Unde etiam Moguntinus Elector in deliberatione circa Electionem Caroli V. cùm Trevirenſis pro Gallô diſſereret: *Itane,* inquit, *de nobis & Imperio*
12 *meritus eſt Maximilianus Cæſar?* Quòd aliâs (4.) metuendum eſſet, uti Severinus de Monzambano ſuſpicatur, ne fortè Auſtriaci dignitate hâc exuti, magno cum damno Reip. Rom. Germanicæ ſeceſſionem facerent ab Imp. Rom. & particulare quoddam Regnum conſtituerent. vid. dict. Monzamb. *de Stat. Imp. c. 4.* addatur Carpzov. *de L. R. c. 11. ſ. 2. n. 20.* Limn. de J. P. 2. 3. pr.

**§. 4. Alterum, quod in hôc articulô tractatur, *Electi-*
13 *onem* concernit, ubi primò notandum, quòd in reliquis Capitulationibus, exceptâ ſaltem Leopoldinâ & Joſephi, mentio fiat Perſonæ Electæ Regis ſcil. Romanorum, qui Suo, liberorum, Heredum & Succeſſorum nomine *in verbis*: Sondern Wir/dergleichen unſere Kinder/Erben und Nachkommenden/** promittit, ſe non impediturum, quò minus Electores liberô Electionis Jure quietè frui poſſint. Quæ verò verba **Wir/der-**
14 **gleichen unſere Kinder / Erben und Nachkommen** in Capitulatio-

ne

ne Leopoldi & Joſephi propterea fortè ſunt omiſſa, quod
uti Limnæus *ad Capit. Caroli V. art. 28. ad verba*, **Kin-
der und Nachkommen**; obſervat, videantur eſſe ſuperflua. Li- 15
beri enim Regis Romanorum aut eliguntur in Imperatores
vel non. Si illud, unusquisque vi Capitulationis ſuæ obli-
gabitur, ne Electionem liberam turbet; Sin minus; Electus
fatetur, ſe per Electionem perveniſſe ad Imperium, adeoque
liberis ejus nullum jus acquiſitum eſſe, cùm non potuerit
plus juris habere filius, quàm à Patre acceperit.

§. 5. Porrò etiam mentio fit in textu Perſonarum eli- 16
gentium, **der Chur-Fürſten ihrer Nachkommen und Erben**; Per
**Nachkommen** ſine dubiò Succeſſores Electorum Eccleſiaſtico-
rum, quemadmodum per vocem **Erben** Succeſſores Electora-
tuum ſecularium, intelliguntur; Hiſce enim libera omnino
electio competit, adeò ut quotiescunque & quandocunque
neceſſitas ſive utilitas eligendi Regem Romanorum, etiam vi-
vô Imperatore, ſive conſenſerit, ſive minus, emerſerit, Ele-
ctoribus ſit integrum hoc jure uti.

§. 6. Hinc quæſtio inter Dd. maximè Carpzovium 17
*de Lege Regiâ Germanorum c. 11. ſect. 3. n. 19. ſeqq. &* Limnæum
*lib. 2. c. 15. th. 15. ſeqq.* nata eſt: *An etiam A. B. Electionem Regis
Romanorum vivô Imperatore factam probet?* Cujus affirmati-
vam tueri Carpzovius, negativam verò Limnæus & in *Tom. V.
addit. ad lib. 2. c. 15. n. 23. pag. 77.* rationibus Carpzovianis re-
ſpondere nititur. Enimvero ſententiæ affirmantium & nos
ſubſcribimus. Nam etſi textus A. B. *in cap. 4. §. Ceterum 4.*
loquatur de caſu, quando vacat Imperium. Quia tamen in 18
eâdem A. B. *cap. 1. in pr.* generaliter ita diſponitur: *Quoties-* 19
*cunque & quandocunque futuris temporibus neceſſitas ſive caſus
electionis Regis Romanorum* in Imperatorem promovendi *emer-
ſerit*; conſequens eſt, hæc verba ita eſſe intelligenda, ut etiam
vivo

vivo Imperatore ex gravibus cauſis ad electionem R. Rom. procedere liceat. Quam explicationem Praxis pariter Imperii ac Capitulationes ipſæ confirmant, expreſſè ad A.B. pro-
20 vocantes, *v. text.* ibi: Nach Inhalt der Güldenen Bull. Sic enim, & primâ quidem vice in Capitulatione Matthiæ *art. 35.* legitur, So offt Sie es Einem Käyſer zu Behuff oder ſonſten dem H. Reich nothwendig oder nützlich befinden auch bey Lebzeiten eines Römiſchen Käyſers ꝛc. idem quoque ſequentes Capp. exhibent, niſi quod in Capitulatione Leopoldi, nec non Joſephi, eôdem manente ſenſu, Stylus paulatim ſit immutatus, ibiq; ita legatur: Dieſelbe jedesmals und auff allen Fall / wann Sie es vor nöthig und zu Erhaltung der Grundgeſetze und dieſer Capitulation, oder ſonſten dem Heil. Reich nothwendig und nützlich befinden / auch
21 bey Leibzeiten eines Römiſchen Käyſers ꝛc. Accedit, quòd in A. B. textus omninò diſtinguere, ſeu disjunctivè loqui videatur, Quando dicit: *Quotiescunque neceſſitas ſive caſus emerſerit*; (Quod Germanic A. B. Verſio clarius ita exprimit: Wann es die Noth erfordern / oder ſich der Fall zur Wahl eines Römiſchen Königs begeben würde.) ubi *per caſum* caſus mortis, ſeu quando vacat Imperium, *per neceſſitatem* verò alia cauſa ad ele-
22 ctionem movens indigitatur. Taceo exemplum Caroli IV. Conditoris A. B. qui Filium Wenceslaum ſe vivô in Regem Romanorum eligi curavit; at verò probabile non eſt, Cæſarem iſtud fuiſſe deſideraturum, ſiquidem A. B. contrarium eſſet. vid. præter Carpzov. & Arumæus ad *A. B. diſc. 2. Concl. 13.* Rumelin. *ad A. B. c. 1. th. 2. n. 9.*

23 §. 7. Porrò quæritur: ***An & invitô Imperatore eligi Rex Romanorum poſſit?*** Et quoniam in textu dicitur: Bey Lebzeiten eines Römiſchen Käyſers mit oder ohne deſſelben Con-
24 ſens &c. affirmativa certè verior eſſe videtur. Equidem Capitulatio Matthiæ *art. 35.* & ſubſeqq. Capp. hoc faciunt dubium

Digitized by Google

bium, quod preces Electorum de conſenſu Cæſaris præmitti
debeant, unde patere queat, an ſine cauſâ ſufficienti diſſentiat
necne, ibi: **Bey Leibzeiten eines Römiſchen Käyſers / mit/ oder
wann derſelbe auff angelegte Bitte der Chur-Fürſten ohne gnugſa-
me erhebliche Urſachen verweigert werden ſolte / ohne eines regie-
renden Käyſers** Conſens &c. Quia tamen (1.) hæc clauſula
**auff angelegte Bitte** in Capitulatione Leopoldinâ & noſtrâ Jo-
ſephi eſt omiſſa, & (2.) ipſâ non obſtante, ſi conſenſus ex inſuf-
ficienti cauſâ denegetur, electio fieri poſſe dicitur; affirmati-
væ hujus quæſtionis omninò inhærendum, maxime ſi caſus 25
emerſerit, ubi pro manutenendis Legibus fundamentalibus &
conſervandâ Libertate Principum Statuumque Imperii electio
Regis Romanorum nova neceſſaria foret. Unde ſi talis vel ſimi-
lis cauſa ad eligendum movens non occurrat, citra conſenſum
Imperatoris electionem nullam ſuſcipi poſſe, ex ſe clarum eſt.

§. 8. Quæ verò ſint cauſæ, ad Regem Romano-
rum invitô Imperatore eligendum moventes, in textu 26
quidem, præter illam, quæ jam tacta, non exprimitur;
Ita enim habent verba: **Wann Sie es vor nöthig und zu Erhal-
tung der Grundgeſetze und dieſer** Capitulation **oder ſonſten dem H.
Reich nothwendig und nützlich befunden** / quæ primitus Capitula-
tioni Leopoldi & Joſephi ſunt inſerta; Sed potius ſub clauſulâ
generali: **oder ſonſten**: &c. tacitè comprehenduntur; & quoni-
am in Inſtrumento Pacis *art. 8. §. Habeantur &c.* cæteris Im-
perii negotiis, quæ ad Comitia remittuntur, & hoc accen-
ſetur, quando dicitur: *Tum quoque de electione Romanorum
Regum agendum & ſtatuendum, ſcil. ut Lege Imperii diſpona-
tur, quomodo Rex Romanorum & ex quibus cauſis ſit eligendus*;
accuratior cauſarum determinatio inde erit expectanda. In 27
Projecto perpetuæ Capitulationis *art. 3. n. 3.* res ita exprimitur;
**So offt die Churfürſten es zu Verhütung groſer Zerrüttung des
Vatterlandes und ins gemein dem Heil. Röm. Reich nothwendig**

und nützlich befunden. Verum & hoc generale eſt, dum omnia Electorum arbitrio inibi relinquuntur.

§. 9. Præterea quoque Electio ſecundum A.B. ita de-
28 bet eſſe *libera*, ut quem *major pars Electorum* elegerit, is habeatur pro electo, quemadmodum clarè docet textus A. B. *c. 2.* §. *3.* ibi: *Per majorem partem ipſorum* & *§.* 4. ibi: *Vel pars ipſorum major numero elegerit.* De quo quidem nulla con-
29 troverſia eſt. Hoc verò in quæſtionem venit: *An electio ad eos ſpectet* „*ut collegium, an verout ad ſingulos*: Poſterior opinio placuit Hoſtienſi ad *cap. Venerabilem X. de Elect.* & Strauchio *Diſſ. Exot. 2. th. 2.* nec non Dn. Thulemario *de S. Rom. Imp.*
30 *Elector. c. 24. n. 1. & 2.* Eamque juvare videtur, quòd omnes omnino Electores ad Electionem ſint vocandi, &, cum Status Imperii jus eligendi in eos tranſtulerint, omnibus atque ſingulis jus illud dediſſe cenſeantur, ita ut unusquisque ipſorum
31 hôc jure velut Electoratui ſuo annexo gaudeat. Hoc tamen non obſtante, contrariam ſententiam, ſeu priorem, veritati
32 magis conſentaneam eſſe exiſtimamus. Nam (1.) ex A. B. manifeſtum eſt, quòd abſentis vocati & non venientis Electoris, nec legales Nuncios mittentis, nulla ſoleat haberi ratio, ſed potiùs iſtâ vice ſuffragio Electionis talis omninò careat, per *cap. 1.* A. B. §. *Princeps. 21.* id autem fruſtra ſtatueretur, quando ſeorſim & extra Collegium Elector præſtare votum
33 poſſet; Et (2.) ſi Electio ſingulorum admitteretur, tunc unius diſſenſus totum Electionis actum reddere valeret nullum, cùm quod ad ſingulos ſpectat, à ſingulis approbari debeat, per *cap. 29. de R. J. in 6.* Adhæc (3.) Elector abſens Legato non
34 poteſt dare mandatum Legato ad certam tantùm perſonam eligendam reſtrictum, ſed potius ejusmodi Legatus pleno mandato inſtructus eſſe debet, juxta *c. 1. A. B. §. 21.* Quâ prohibitione non eſſet opus, ſi vota particulatim collecta ſufficerent,

rent, necCollegialia, ſive talia, quæ Electores in conventu & congregati proferunt, requirerentur. Accedit (4) *textus A. B.* 35
*c. 4. §. 2.* ibi: *Quibus omnibus in electionis termino invicem congregatis* &c. ubi expreſſis verbis conventus innuitur. Quod vero rationes diſſentientium attinet, confundunt illi quæſtionem Juris, quod Electoribus ſingulis competit cum quæſtione exercitii, quando nim. jus iſtud in actum deduci- 36
tur. Nam jus eligendi ſingulis quidem Electoribus ratione ſui Status & officii in Congregatione expediendi, rectè tribuitur, non verò propterea actum electionis ſingulatim & ſine conventu iidem exercere valent. Vel etiam confunditur 37
Electio Collegii cum electione unanimi conſenſu factâ. Non enim, dum requiritur Electio Collegii congregati, etiam opus eſt ut omnes conſentiant, ſed ſufficit conſenſus majoris partis; vid. Simon. Piſtoris *Conſ. 1. inter conſilia* Modeſtini Piſtoris *Vol. 1.* Rumelin. *ad A. B. p. 1. diſc. 2. th. 14. in addit.* Schvvedet. *part. ſpec. ſect. 1. c. 2. th. 3.*

§. 10. Præterea nec hæc quæſtio prætereunda: *An A. B.* 38
*dum de majore Electorum parte ſtatuit, intelligat majorem partem eligentium, an verò totius Collegii Electoralis?* ſeu quod idem eſt: *An minimum quatuor in Imperatore eligendo conſentire debeant, an verò ſufficiat, ſi quis plura vota PRÆSENTIUM habeat*: Buxtorff. *ad A. B. Concl. 35. lit. E.* priorem defendit; poſterior tamen ſententia nobis amplectenda venit. Nam licet Imperator in A. B. per majorem partem univer- 39
ſum Electorum numerum reſpicere videatur in *c. 2. §. 3. ibi: vel majorem partem ipſorum*, ſcil. Electorum; Et juxta Cano- 40
num Jura illud demum prævaleat, quod à majore parte totius Capituli eſt conſtitutum. *c. 1. X. de His quæ fiunt à majore parte Capit.* Quia tamen abſentium Electorum nulla omni- 41
nò reſpectu electionis illius, ad quam vocati non comparent,

 ratio

Digitized by Google

ratio habetur, major pars præſentium potius intelligenda venit. *arg. l. 156. ff. de V.S.* adeò ut ſi in eligendo ita diſſentiant Electores, ut v. gr. quinque ipſorum ſinguli alium eligant, re-
42 liqui verò tres vel duo in unum conſentiant, illô caſu per tres vel duos electus à majore parte electus ſit dicendus. Actus enim agentium ita interpretandus eſt, ut potius valeat quàm pereat per *l. 80. ff. de V.O.* vid. hic Rumelin. *ad A. B. part. 1. diſc. 3. th. 9.*

§. 11. Supereſt ultimum hujus articuli membrum, de
43 *Vicariis ſeu Proviſoribus Imperii*, uti in A. B. cap. 5. vocantur Electores illi, qui vacante Imperiô provident, ne quid Reſp. Romano-Germanica detrimenti capiat. Hi igitur ſunt Elector Palatinus, nunc Bavarus & Saxo. De his enim ſolis textus loquitur ibi: oder die Churfürſten/ proinde Sabaudum, utut Vicarium Imperii generalem in Italiâ, non comprehendit. Horum ergò jura Rex Romanorum ſarta tecta relinquere & contra aliorum turbationes defendere & manutenere pro-
44 mittit. Quamvis enim Limnæus ad Capit. Ferdin. I. art. 26. (ubi primitus expreſſa Vicariatus mentio facta eſt) membrum hoc Capitulationis ultimum ad electionem non verò Vicariatum referre velit, *ad Voc.* Päbſtliche Rechte *d. l.* eò quòd iisdem verbis in Carolinô textu idem habeatur, neque ibi de Vicariatu quicquam legatur; (quæ etiam explicatio Capitulationi Ferd. I. Maximiliani II. & Rudolphi II. ſat benè
45 convenit:) quia tamen in Capitulatione Matthiæ & ſubſequentibus ſtylus eſt immutatus, ita ut verba Vicariatus vocem inſequentia clarè ad ipſos Vicarios referantur, nec non iis quæ de Electoribus in genere ſunt diſpoſita, apertè contradiſtinguantur; (cui projectum Capitulationis perpetuæ *art. 3.*
46 *n. 4. & 5.* penitus adſtipulatur;) Imò etiam in Cap. Matthiæ & Ferdinandi II. peculiaris de Vicariis Imperii §phus occurrat;

rat; rectius hoc membrum tantùm de modò dictis Imperii Vicariis, non verò de Electoribus in genere tractare intelligitur.

§. 12. Determinantur autem in textu præcipuè *fundamenta* Jurium Vicariatus & provocatur *primò* ad conſuetu- 47
dinem antiquam in verbis: **Wie von Alters hero auff Sie kommen.** Non enim demum heri aut hodie vel etiam A. B. tem- 48
pore cœperunt Imperii Vicarii, cùm in *A. B. c. 5. pr.* dicatur, jus hoc competere illis ex *privilegio Comitatûs Palatini*. Cùm 49
ergo Comitatus Palatinus multò ſit antiquior quàm A. B. conſequitur etiam Imperii Vicariatum eâ antiquiorem eſſe. Neque exempla deſunt, poſtquam Aventinô teſte *lib. 7. Annal. Bojorum fol. 576. & 609.* poſt mortem Rudolphi I. Ludovicus 50
Palatinus Rheni illâ dignitate fuit defunctus & Interregis officium habuit; unde ad illud, tanquam rem ſolitam, jamque tum temporis conſuetudine receptam idem Scriptor provocat. Ludovicus quoque Bavarus apud Cuſpinianum *pag.* 51
*376.* Palatino Rheni id officium velut longâ conſuetudine approbatum adſcribit; ut adeò jure meritoq; inſtitutum antiquum dicatur; Cumque eôdem proviſionis ſ. vicariatus jure gaude- 52
at Elector Saxoniæ, quippe ſimiliter prærogativam Comitatûs Palatini ab antiquo ſibi vindicat: vid. textum *in c. 5. A. B.* Hinc illa antiquitas ad utrumque referenda venit.

§. 13. An verò jus Vicariatûs ſit annexum dignitati 53
Electorali, an Comitatui Palatino abſtractivè ſpectato in eô non conſentiunt Scriptores Bavarici & Palatini, dum illi prius, hi verò poſterius propugnant. Et ſanè pro illâ opinione fa- 54
cit, quòd vocabulum Principatus ſeu Electoratus & Archidapiferiæ præponatur in textu Comitatui Palatino; unde in Germ. Verſione dicitur, **Des Churfürſtenthumbs und Pfaltz-Graffſchaffts Freyheit wegen.** Ut & quòd Rupertus Elector 55

 in

in Diplomatibus ſui Vicariatus hæc formalia adhibuerit, **des**
56 **Churfürſtenthums halber.** Contra verò pro opinione Palatinorum Scriptorum militat, quod (1.) in *A. B. c. 5.* dicatur, Palatinum Electorem Vicariatum habere ratione Comitatus Palatini, ſicut id agnovit Rupertus Colonienſis in literis A. 1468. ad Fridericum Palatinum datis, ibi: **Darumb Ew. Lbdn ſich deſſen (des Ambts und Tituls eines** Vicarii) **als ein Pfaltz Graff zu**
57 **dieſer Zeit angenommen haben;** (2.) Quòd Comes Palatinus etiam ante A. B. tempora fuerit Præſes Dicaſterii Cæſarei, Major Domus ſeu Palatii, à quô, vivente quoque Cæſare ſed abſente vel occupato, jura peti conſuevêre. Et (3.) quòd etiam
58 Elector Saxoniæ ratione Palatinatûs, quô inveſtitus eſt, Vicariatum habeat; Unde in Inveſtiturâ Sigismundi de A. 1414. mentio fit **der Pfaltz Graffſchafft Sachſen;** nec non in Spec.
59 Sax. *lib. 3. art. 62.* Et licet Tituló Comitatûs Palatini non amplius utantur Saxones, inſignia tamen adhuc geſtant; prout videre eſt apud Weck. *in Chron. Dreſdenſi.* Ad contraria
60 *reſp.* Ex ordine titulorum vel ſcripturæ nihil ſolidi inferri, &
61 poſteriora verba de Comitatu Palatinô concepta potius ex-
62 plicare priora, quæ de Principatu ſunt dicta; inprimis cùm Latina editio, in quâ non legitur vox *Electoratus* ſed *Principatus*, Germanicæ Verſioni ſit præferenda: Denique vocem
63 **Churfürſtenthum** pro ipſo Principatu heic & alibi in LLbus Imperii venire, adeoque *ſubjectivè* ſumi, vocabulum Palatinatus verò *efficienter*; ut proinde ſenſus ſit: **von wegen des Rechtens ſo das ChurFürſtenthum und PfaltzGraffſchafft** ſcil. **wegen der PfaltzGräffiſchen Würde hat.** vid. ſcripta hinc inde edita apud Londorpium *Tom. 8. c. 66. ſeqq.* Add. Henr. Cocceji Oratio *de Lege Salica, pag. 52. ſeqq.*

64 §. 14. *Secundò in textu noſtra Capitulat.* provocatur ad Inſtrumentum Pacis, unde de Juribus Vicariorum judicari queat,

queat, ibi: **Und dem** Inſtrumento Pacis **gemäß iſt**; quæ clauſula primâ vice huic Capitulationi eſt inſerta, ita ut nec in Projecto perpetuæ Capitulationis habeatur. Equidem de Vicariatu in Inſtrumento Pacis nihil in ſpecie cautum legitur, ut pro- 65 pterea de eodem gravis controverſia Bavarum inter & Palatinum ſit exorta, quæ nec hodiè deciſa, unde Boecl. *in Notit. Imperii Lib. 4. c. 3.* tertium Vicariatum finem ei daturum eſſe arguit; Generaliter tamen ibi quædam ſunt diſpoſita, & 66 quidem pro Bavaro Electore, dum in articulo 4. Electoralis dignitas, quam Palatini Electores antea habuêre, cum omnibus Regalibus, Officiis & Juribus in Domum Bavaricam translatus eſſe dicitur; adeoque nec Vicariatum Imperii inde excludi poſſe, Bavarici Scriptores ſtatuunt. Pro Palatino vero vicis- 67 ſim militat, quod per Inſtrumentum Pacis *eod. art. 4.* in inferiorem Palatinatum cum omnibus Juribus & appertinentiis, conſequenter etiam in Vicariatum ipſe reſtitutus ſit. Verum quæſtio in præcedenti §pho tractata: *An Vicariatus Imperii ſit* 68 *annexus dignitati Electorali?* uti Bavarus putat. *An vero Palatinatui?* uti contendit Elector Palatinus; heic ante omnia terminanda foret atque decidenda.

§. 15. *Tertium* fundamentum, unde de Vicariatu judi- 69 candum, A. B. eſt. Illa enim uti principaliter de Electione Romanorum Regis, & quomodo tempore Interregni adminiſtratio Imperii ſit gerenda, diſponit; Ita etiam de officio Vicariorum, velut Interregum, quemadmodum Aventinus eos appellat *in Annal. Boic. cap. 5.* explicando eſt ſolicita. Ut ſcilicet Comes Palatinus Rheni in partibus Rheni & Sueviæ & ubi viget Jus Franconicum: Dux vero Saxoniæ in illis locis, quæ Saxonica Jura ſervant, Proviſor Imperii eſſe debeat: quemadmodum ex ſupra jam allegato cap. 5. videre licet.

§. 16.

§. 16. Fundamentum denique *quartum* Jurium Vica-
70 riatus conſtituunt leges & privilegia, ad quæ in textu pro-
vocatur. Per *Leges* intelliguntur antiquæ pariter ac novæ,
**Alte Rechte und andere Geſetze** uti verba ſonant. In prioribus
Capitulationibus nominantur quoque **die Päbſtliche Rechte** ſed
in Capitulatione Leopoldina *art. 36.* ſurrogatum eſt: **Alte
Rechte.** Qui ſtylus in Joſephi Capitulatione retinetur. Et
71 rectè quidem immutatio illa facta videtur, cum Pontifex Ro-
manus ſibi jus Vicariatus adſcribere non erubeſcat; apud Pe-
trum de Andlo *de Imperio Romano-Germanico lib. 2. cap. 10.* ubi
dicit, quod de jure communi & ſecundùm Dd. Papa Impera-
tori ſuccedat in adminiſtratione, *quia*, inquit, *ut jam viſum*
72 *eſt*, Imperium immediatè ab Eccleſia dependet. Eò quoque fa-
ciunt textus J. Canonici in *Cap. ſi fratrum X. Ne ſede vacante.*
In *Extrav. Joh. XXII.* & in *Clem. Paſtoralis. X. de ſent. & re judic.*
Unde etiam Clemens V. Pontifex Rom. Robertum Siciliæ Re-
73 gem ab Henrico VII. Majeſtatis damnatum hoc Imperatore
defuncto abſolvit, cùm de Ludovici Bavari electione & Jure
Cæſareo ambigeretur. Dixit enim Pontifex: *Tam ex ſuperi-
oritate in Imperium, quàm ex poteſtate in quâ, vacante Imperio,
ſuccedimus Imperatori, hoc valemus.* Et quamvis hæc ſenten-
tia, eo ipſo refellatur, quòd partim falſiſſimâ nitatur hypo-
theſi, quaſi Imperator Pontifici Rom. Imperium acceptum
74 ferat, partim Leges Imperii & A. B. hoc jus privativè conce-
dat Palatino & Saxoni, per *cap. 5. A. B.* ſeu potius, quod ha-
buere ex antiquo inſtituto, confirmet; Quia tamen pericu-
75 loſum eſt Vicariis Imperii tale quid vel per indirectum in du-
bium vocare, confirmare, non ſine ratione hodie vox illa
**Päbſtliche Rechte** in Capitulatione eſt omiſſa & alia, ſcil. **Alte
Rechte**, ſubſtituta. Uti verò per ſubſequentia verba: **andere
Geſetze und Freyheiten** noviores Leges ſeu conſtitutiones in
Corpore Receſſuum comprehenſæ, nec non Privilegia de Vi-

cariatu

cariatu data intelliguntur, quemadmodum & in A. B. ad ejus
Privilegia, quæ in verſione Germanicâ ſimiliter Freyheiten nun-
cupantur, provocatur; quam in rem notabile inprimis extat
privilegium Ruperti Romanorum Imperatoris A. 1401. Augu- 76
ſtæ Vindelicorum Ludovico Comiti Palatino Rheni datum,
quod integrum refert Marqu. Freherus *in Not. ad Petr. de*
*Andlo lib. 2. c. 10. p. 200. ſeqq.* Ita per antiquas Leges non
tantum Conſtitutiones Imperii antiquiores, ſed etiam Jus
Francicum (vid. omnino Coccejum in Orat. *de Lege Salica* 77
ubi Francicum, Salicum & Palatinum jus pro ſynonymis ac-
cipit pag. 5. 6. aliisque paſſim) & Saxonicum, cum Juribus
Germaniæ quibuscunque quatenus illa de Jure Vicariatus
quicquam diſponunt, ſubintelligi poſſunt. Jus verò Cano-
nicum mutato jam Capitulationum ſtylo, in hunc cenſum ve-
nire non poteſt. In quantum enim Vicariorum poteſtati de-
rogat, neutiquam idipſum in Imperiô eſt receptum, ſed po- 78
tius pro nullô declaratur & nullius omninò ad contrarium
probandum eſt efficaciæ; quamvis de cæterô ipſius authori-
tas adſtrui adhuc dum queat.

§. 17. Colligere hinc datur, Jura Vicariorum, quæ ex
hiſce fundamentis addiſcuntur, egregia & magni momenti eſ- 79
ſe. Ludovicus enim Bavarus apud Cuſpinianum p. 376. in ge-
nere dicit, vacante Imperio Jus adminiſtrandi Imperii, Jura
Feuda conferendi & negotia cætera diſponendi, Palatino
Rheni deberi. In A. B. *c. 5.* Jura nonnulla clarè determinan- 80
tur, & quidem partim negativè, partim poſitivè. *Negatur* 81
enim ipſis *(1.)* poteſtas inveſtiendi de Feudis Principum ſeu
majoribus, quæ ſoli Imperatori eſt reſervata, ut & *(2.)* pote-
ſtas alienandi vel obligandi res Imperiales, uti patet ex §. *1. A.*
*B. cap. 5.* Unde nec in feudum dare rem ullam Imperii, quæ
antea feudum non erat, Vicariis licet. *Poſitivè* verò quæ-



Digitized by Google

82 dam tribuuntur ut poteſtas (1.) judicia exercendi, (2.) ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, (3.) reditus & proventus colligendi, (4.) de Feudis minoribus inveſtiendi, & (5.) Jura-
83 menta fidelitatis nomine Imperii recipiendi; Reliqua ergò Jura, quæ nec expreſſè commemorantur nec quoq; ſpeciatim ademta leguntur, implicitè Vicariis Imperii ibidē aſſeruntur, dum (juxta vulgatum) exceptio in *A. B.* confirmat regulam in caſi-
84 bus non exceptis; Quid? quod ſpecialia privilegia, quæ tam in A.B. quàm in Capitulationibus Impp. apertè confirmantur, plura Vicariorum jura recenſeant, ut proinde dubium non ſit, Eos v. c. jura legitimandi, nobilitandi, privilegia Academiis concedendi &c. licitè exercere poſſe. Cæterum notari con-
85 venit, etiam ad caſum abſentiæ Regis Romanorum poteſtatem Eorum extendi in Privilegio Ruperti Regis Romanorum A. 1401. Ludovico Palatino Rheni dato & ſupra allegato,
86 in pr. ibi: *Cum Romanus Imperator vel Rex ultra montes Italiam ingreſſus fuerit, in ipſius abſentia Vicariatum Imperii in Germaniâ, Gallia & regno Arelatenſi ad Comitem Palatinum Rheni pertinere*; quod ipſum videre eſt ap. Freher in *Not. ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 10. pag. m. 200.* Quanquam illa ad ca-
87 ſum abſentiæ facta extenſio inde quoque probari ſoleat, quòd in Capitulationibus dicatur: Vicarios officium ſubire **ſo es zu Fällen kommen** adeòque non tantùm caſum mortis ſed & abſentiæ ſubintelligi, cùm caſus mortis non niſi ſemel contingere poſſit. Quam quæſtionem de Vicariatu ratione abſentiæ Regis Romanorum tractatam vide in Notis prolixè noſtris ad *Bœcl. Notit. Imperii lib. 4. cap. 3. ad verb. dictum de momentis controverſiæ*, add. Rumelin *ad A. B. diſſ. 4. th. 12.*

88 §. 18. In ſpecie verò illius Juris Vicariorum hic fit mentio, quòd ſcil. jus habeant inſtituendi, *conſilium ſeparatum*, deque rebus Imperii deliberandi & ſtatuendi in verbis:

**Bey**

**Bey Ihren beſondern Rath in Sachen das Heil. Röm. Reich belangend / geruhiglich bleiben und gantz unbedrängt laſſen.** Cùm enim Vicariis ardua nonnulla & talia quidem negotia incumbant, quæ univerſum Imperium, nec uniuscujusque diſtrictum 89
ſeparatim concernunt, qualia ſunt Jurisdictio Imperii univerſalis, per Cameram Imperialem exercenda, quippe quæ 90
ſub utriusque Vicarii nomine & communi ſigillo Mandata ſua emittere ſolet. juxta Arumæum *Vol. 3. Jur. Publ. diſc. 1. th. 53.* & Buxtorff. *ad A. B. Concluſ. 60.* Jus item Comitia indicendi, de quo Schütz *in Coll. Jur. Publ. vol. 1. diſp. 10. th. 2. lit. D.* Jus Belli & Pacis & ſimilia Jura univerſalia, quatenus illa in 91
Imperiô Romanô Cæſareæ poteſtatis ſunt; Hinc etiam particulares invicem conventus inſtituere, inque iisdem conſulere & pro utilitate Imperii certi quid ſtatuere poſſunt, quoties vacare contigerit Imperium ſive per caſum abſentiæ ſive mor- 92
tis, ſive denique reſignationis & deſtitutionis, dum textus generaliter loquitur; **So es zu Fällen kommen.**

§. 19. Hæc ergo jura ipſe Rex Romanorum Vicariis 93
non tantùm ſalva & ſine omni turbatione relicta fore, ſed etiam conatibus eorum, qui Vicariatum ipſiusque Jura & appertinentia oppugnare vel diſputare non erubeſcant, ſe omnino reſtiturum eſſe promittit, additâ ſimul clauſulâ caſſatoriâ 94
quoad illa omnia, quæ in contrarium tentata vel acta vel etiam Electoribus Vicariis extorta ſint; in verbis: **Wo aber darwieder von jemand etwas geſucht / gethan / oder die ChurFürſten in deme getrungen / bedrungen würden / das doch keines Weges ſeyn ſoll / das alles ſoll nichtig ſeyn**; In Capitulationibus prioribus addita fuêre & hæc verba, **und dafür gehalten werden** / quæ verò in Capitulationibus Leopoldi & Joſephi tanquam abundantia ſunt omiſſa.

§. 20. Ex hactenus dictis eluceſcit, pleraque eorum, 95

quæ in hôc articulô continentur, non eſſe Regiæ poteſtatis *li-
mitativa* ſed tantum *normativa*. Non enim quæ de *modo perve-
niendi* ad ſumam poteſtatem in Legibus Imperii fundamentali-
bus ſanciuntur, videlicet quod Imperium non ſit hæreditarium
ſed electivum, ipſam Regiam poteſtatē limitant. Similiter nec,
quòd Jura Vicariorum tempore Interregni exercenda, in hoc
artic. confirmentur, propterea jura regia dici poſſunt immi-
96 nuta, quandoquidem in Interregno ſeu vacante propriè Im-
periô, ne Regia quidem Poteſtas adeſt, niſi quæ apud Vica-
rios Electores reſidet; Hoc tamen in articulô *limitationi* po-
teſtatis Regiæ venit adſcribendum, quando Electores etiam
vivente Imperatore, eôque invitô, modò id neceſſarium &
utile fore Imperio ex urgentiſſimis rationibus appareat, Re-
gem Romanorum eligere poſſe ſta-
tuitur.

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XXXVI.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA CORONATIONEM ET SEDEM CÆSAREAM.*

## SUMMARIA.

I. *Membra hujus Articuli proponuntur.* 1.

*Membrum primum de* Coronatione *ſubdividitur.* 2.

II. Co-

II. *Coronam Imperialem quamprimum ſeſe accepturum promittit Rex Romanorum 3.*

*In quibus Capitulationibus duplicis Coronæ mentio fiat ? 4.*

Figmentum *de quatuor coronis tangitur. 5.*

*Verum tamen eſſe monſtratur, quod tres olim coronæ Regi Romanorum imponi conſueverint. 6.*

*Scilicet* (1.) Aquisgranenſis *ſeu Germanica. 7.*

(2.) Mediolanenſis *ſeu Longobardica. 8.*

(3.) Romana, *ſeu Imperialis. 9.*

III. *Quæſtio proponitur : An præter Coronam Germanicam etiam Romana neceſſariò ſit accipienda?* 10.

*Rationes pro* affirmativâ *ſubnectuntur.* 11. 12. 13.

*Sequuntur & illa, quæ pro* negativâ *faciunt.* 14. 15. 16.

*Illa* neceſſitas *in Capit. Leopoldinâ & hac Joſephi omnino eſt* remiſſa. 17.

*Reſpondetur ad Capitt. anteriores.* 18. 19. 20.

*Malè ab unctione ad Superioritatem concludit Pontifex.* 21.

*Juramentum , quod Cæſar olim Pontifici præſtitit*, Protectionem *inferebat, , non ſubjectionem. 22.*

Effectus *Coronationis Romanæ quisnam propriè ſit.* 23.

IV. Dubium *ex Capitulatione Joſephina ortum tollitur.* 24.

V. *Quid circa* ſolemnia *Coronationis Rex Rom. obſervare promittat?* 25.

*Quænam ſint illa ſolemnia.* 26.

VI. Munia *Electorum* Eccleſiaſticorum *ſunt*: conſecrare, ungere & coronare. 27.

*Ut hæc peragere queant, requiritur, ut ſint* infulati. 28.

*Exemplum ſubjicitur.* 29.

*Actus Coronationis deſcribitur.* 30.

Munia *Electorum* Secularium *adduntur.* 31.

*Et quidem* 1.) *Ducis Saxoniæ.* 32.

2.) *Marchionis Brandenburgenſis.* 33.

3.) *Ducis Bavariæ.* 34

4.) *Comitis Palatini* 35.

5.) *Regis Bohemiæ.* 36.

VII. *Coronatio regulariter* Aquisgrani *peragenda.* 37.

*Niſi legitimum adſit impedimentum.* 38.

*Hinc* ſæpius *circa hunc locum* diſpenſatum *eſt.* 39. 40.

*Sic bellica turba in cauſa fuit, cur Auguſtæ Vindelicorum ſuſciperetur ultima coronatio.* 41.

*Dantur tamen eo in caſu Aquisgranenſibus* Literæ Reverſales. 42.

VIII. *Agitur de* confirmatione *tranſactionis inter Moguntinum & Colonienſem de Jure Coronandi inita.* 43.



Digitized by Google

*Archiepiſcopus Colonienſis jus hoc ſibi vendicat ex A. B. 44.*
*Moguntinus idem ex uſu temporum antiquo. 45.*
*A tempore Maximiliani II. acrius mota inter utrumque controverſia. 46.*
*Quæ demum in Electione Leopoldi ſopita. 47.*
*Capita transactionis recenſentur. 48. 49. 50. 51. 52.*
IX. *De Sede Cæſaris tractatur. 53.*
*Hæc in Germaniâ eſt habenda. 54.*
*Olim in Civitatibus Imperialibus eadem poni ſolebat. 55.*
*Nec hodie certus locus præſcribitur. 56.*
*Nec obſtat Ferdinandi I. Capitulatio. 57.*
*Per* Curiam *enim non Sedes Regia, 58*
*Sed Comitia intelliguntur. 59.*
*Hodie tamen, poſt Ludovicum Bavarum, in propriis ditionibus Impp. ſedem figunt. 60.*
X. *Ratio finalis exponitur, cur Sedes Cæſarea intra Germaniæ fines collocari debeat. 61.*
*Obiter notatur, quid per membra Imperii intelligatur. 62.*
*Splendor atque utilitas Rerumpubl. augetur, ſi præſentes ſint Imperantes. 63.*
*Non tamen eſt neceſſe, ut perpetuò in Germania degat Imperator. 64.*
*Sed nec conditio Impp. id ſemper patitur. 65.*
*Inde limitatio novioribus Capitulationibus eſt adiecta. 66.*
XI *Articulus hic ſaltem* normativus *eſt. 67.*

## §. I.

1 In hôc articulô tria potiſſimum tractantur. *Primum* concernit ipſam Regis Coronationem; *Alterum* vero Confirmationem Transactionis, quæ inter Electores Moguntinum & Colonienſem de Jure coronandi A. 1657. eſt inita; Et *Tertium* denique Regiam Cæſaris Sedem, ubi conſtitui debeat,
2 reſpicit. Quod ipſam Regis Romanorum coronationem attinet, tùm de coronâ Imperiali accipiendâ, tùm obſervandis ſolennibus iis, quæ ad eandem requiruntur, tùm etiam de locô ubi coronatio inſtituenda, in textu diſponitur.

3 §. 2. Coronam Imperialem quamprimum ſeſe acce-
pturum

Digitized by Google

pturum Rex Romanorum promittit, in verbis : **Wir wollen
auch die Römiſche Käyſerliche Cron fürderlichſt empfangen.** Quod
in Leopoldi Capitulatione *art. 37* ita exprimitur : **Wir wollen
auch die Römiſche Königliche Cron förderlichſt empfangen.** In
Ferdinandi I. verò Capit. *art. 27.* ita : **Auch Uns zum beſten
befleiſſigen/die Käyſerliche Cron in ziemlicher gelegener Zeit zum
ſchierſten zu erlangen.** In reliquis Capitulationibus Caroli 4
V. *art. 30.* Maximiliani II. *art. 32.* Rudolphi II. *art. 31.* Mat-
thiæ *art. 31.* & Ferdinandi II. III. & IV. duplicis Coronæ, Re-
giæ & Imperialis, ſit mentio. Utut enim figmentum eſſe
videatur, quando Author Magni Chronici Belgici, quod
habetur in Tom III. Scriptorum rerum Germanicarum Piſto-
rii, *quatuor coronas* recenſet, dum (1.) ferream, quam Mo-
guntinus, (2.) variam ex diverſis Metallis, quam Trevirenſis,
(3.) argenteam, quam Colonienſis, & (4.) auream quam Papa
dare conſueverit, allegat. Hoc tamen negari nequit, quòd
olim & adhuc Caroli IV. tempore triplex obtinuerit corona, vi- 6
delicet (1) *Aquisgranenſis* ſeu Germanica, quæ regulariter Aquis- 7
grani Imperatori eſt impoſita, ejusque mentio fit in A. B. *cap.
26. §. 4.* ut & *cap. 28. §. 5.* Quæ verò non ferrea, ſed ex aurô
purô fabrefacta eſt, vid. Marq. Freher. *in Not. ad Petr. de
Andlo in lib. 2. de Imperiô Romanô cap. 6.* add. Limnæus *lib. 2.
cap. 4. n. 35. Jur. Publ.* (2.) *Mediolanenſis* ſeu Longobardica ab 8
urbe Mediolano in Longobardiâ ſita, ubi Cæſaribus plerum-
que imponebatur, ita nuncupata, cujus mentio fit in A. B. *cap.
26. §. 4.* Quæ corona ferrea quidem eſt, ſed exterius aurô &
gemmis adornata, quam Bononiæ accepit Carolus V. vid.
laudat. ſæpe Freher. *ad Petrum de Andlo lib. 2. cap. 6.* (3.) deni- 9
que *Romana*, Imperialis quoque dicta, quâ Romæ ut pluri-
mum Imperator cingebatur, de quâ etiam falſo fuit creditum,
eam demum electo Imperatori Titulum Imperialem confer-
re. Hanc quoque memorat A. B. in *Cap. 26. §. 4.* ibi: *Imperia-
libus*

*libus infulis decoratus.* In Capitulationibus autem Imperialis & Regia tantum nominantur, tertiâ ſ. Mediolanenſi ſilentio involutâ. vid. Limnæ. *de J. P. lib. 2. cap. 4. n. 52. ſeqq.* & *ad Cap. Caroli V. art. 30. n. 18.*

10 §. 3. Quæſtio autem: An præter Coronam Germani-
cam etiam Romana neceſſariò ſit accipienda, non parum dif-
ficultatis habet, dum in Capitulatione Caroli V. dicitur:
**Wir ſollen und wollen Uns zum beſten befleißigen die Käyſerliche
Cron zum ſchierſten zu erlangen.** Qualia verba neceſſitatem
inferentia in reliquis Capitulationibus ferè omnibus occur-
11 runt. Et ſanè priſcis temporibus nec gaudere nomine Au-
guſti, nec adminiſtratione Imperii vulgo credebatur Impera-
tor, antequam Coronam Romanam à Pontifice Max. ſuſce-
perit imponendam: unde etiam Hiſtoriâ teſte, non Cæſares
ſed Reges ſolummodo Romani usquedum Coronatio Romæ
12 peracta, fuêre ſalutati. Accedit, quod juramento confirmet
Rex Romanorum promiſſionem de acceptandâ Corona Ro-
13 manâ; ut docent Capitulationes propemodum omnes. Imò
quòd prætenſionem & jus in Italiam Urbemque Romam
Coronatio illa conſervet, cùm nemini fas ſit coronam acci-
pere, niſi in loco ubi ſummam poteſtatem habeat, quem-
admodum hoc argumentum laudat Bœclerus in *Notit. Impe-*
14 *rii lib. 2. cap. 2.* Quia tamen (1.) Imperator non à Corona-
tione ſed ab electione Imperatoriam dignitatem conſequitur,
quorſum facit textus in A. B. *cap. 2. §. Et quia.* ibi : *peractâ
ſtatim electione*; addatur Conſtitutio Ludovici IV. Imp. ap.
15 Goldaſt. *Tom. Un. Conſt. Imp. p. 336* & *Tom. 3. pag. 409.* (2.)
Ex Praxi Imperii manifeſtum eſt, neminem Imperatorum
poſt tempora Caroli V. coronam Romanam amplius affectaſ-
16 ſe; tantum abeſt, ut inde quicquam deceſſerit Eorum Maje-
ſtati; (3) Electores & Status Imperii animadverterunt *Ponti-*

*fices*

*fices* ex illa coronatione *jus* ſibi arrogare *in Imperium*, & præterea falſiſſimum principium obtrudere Orbi Chriſtiano, ac ſi Imperator nec eſſe talis nec dici mereatur, neque etiam prærogativas in A. B. deſcriptas aut Jura quælibet Cæſarea ſibi vindicare poſſit, niſi poſtquam coronam Romanam ſuſcepe- 17
rit: non ſine juſta cauſa coronæ illius acceptatio in Capitulatione Leopoldi & Joſephi eſt remiſſa. Quod verò anteriores 18
Capitulationes concernit, eæ non abſolutam Regi Rom. neceſſitatem, ſed diligentiam quamvis poſſibilem injungunt in formulis: **Wollen Uns zum beſten befleiſſigen:** vel: **Wollen Uns zur Empfahung der Kayſerl. Cron befördern.** Atqui ut hæc promiſſio effectui detur, Expeditione Romanâ opus eſſet, ad 19
hanc verò ſuſcipiendam conſenſu Principum Imperii, quem multis ex cauſis plurimi certè eorum denegaturi forent. Ut adeò propter defectum Imperialis Concluſi ipſe quoque Imperator ab illâ neceſſitate liber eſſe debeat. Et licèt jurata 20
ſit illa promiſſio, ulterius tamen non extendenda, quàm modò diximus, ut ſcil. Imperator quantum in ſe eſt, diligentiam & conatum quendam pro acceptandâ illâ coronâ adhibeat; quemadmodum ſatis clarè in verbis Capitulationis Caroli V. art. 30. innuitur: **Und Uns in dem allem dermaſſen erzeigen und beweiſen / daß unſerthalben an aller Möglichkeit kein Mangel verſpühret und vermercket werden ſoll**; quæ in reliquis Capitulationibus, exceptâ ſaltem Leopoldi & Joſephi, maximam partem repetuntur; Cæterum quando ab unctione ad ſuperioritatem 21
concludit Pontifex à baculô ad angulum argumentari videtur, ut dicit Limnæus *de J. P. lib. 2. cap. 4. n. 93.* cùm multa proſtent exempla, ubi Epiſcopi & Eccleſiaſtici Viri coronas Regibus ac Dominis ſuis impoſuêre. Juramentum autem, 22
quod olim Cæſar Pontifici juraſſe legitur, non *fidelitatis*, ſed *Protectionis* eſt adeoque ſuperioritatem potius quàm ſubjectionem Cæſaris demonſtrat. Si tamen neceſſitas iſtius coro- 23
D d d d nationis

Digitized by Google

nationis aliqua ſubeſſet, illa non propter jus Pontificis, ſed *pro conſervando Jure Imperatoris & Imperii in Pontificem* aſſerenda foret, idque validiſſimo argumento quòd nemo Regum à peregrino, ſed ſuo tantùm Epiſcopô, coronam ſibi imponi patiatur. vid. Not. *ad Sæcl. Notit. lib. 4. cap. 1. ad verba: Neceſſitate Romanæ Coronationis.*

§. 4. Sed nec hoc prætermittendum eſt, quod in Capitulatione Leopoldi promittat Cæſar, **die Röm. Königl.**
24 **Cron förderlichſt zu empfangen**, in Joſephinâ autem dicatur: **die Röm. Kayſerl. Cron.** Hinc enim quæſtio ſuboritur, an de coronâ Imperiali Romæ impetrandâ poſterior Capitulatio quicquam diſponat. Et ſanè, cum Coronæ iſtius adipiſcendæ neceſſitas in totum ſit remiſſa, rectè id negatur, & de Coronâ Germanicâ intelligitur; quemadmodum etiam ex locô Germanico in textu ſignificato, Auguſtâ ſcil. Vindelicorum, ubi Joſephus Rex Romanorum coronatus eſt, idipſum colligere datur. Itaque Corona Romana Imperialis non *à loco* vocatur, quod Romæ conſueverit imponi, ſed potiùs à ſubjectô, cui imponitur, Romano ſcil. Imperatore.

25 §. 5. Porrò quid circa ſolemnia Coronationis Rex Romanorum obſervare promittat, oſtendunt verba prioribus quoque Capitulationibus inſerta: **Und bey allem demſelben (nehmlich die Käyſerliche Cron zu empfangen) das thun / ſo**
26 **ſich deßhalben gebühret.** Quæ verò ſint illa ſolemnia, heic obſervanda, in prioribus Capitulationibus partim exprimitur, quòd nimirum omnes & ſingulos Electores ad coronationem vocare debeat, quô munera ſua obeant: (Ita enim habent verba Capitulationis Ferdin. I. art. 27. **Alle und jede Churfürſten Ihr Ambt zu verſehen zu ſolcher Crönung erfordern/** quæ etiam in reliquis Capitulationibus, exceptâ ſaltem hâc Joſephina con-

conſpiciuntur:) partim in eo conſiſtunt, ut juramenta, alterum ſcil. ante unctionem coronationemque, alterum verò ſtatim poſt coronationem, utrumque tamen durante Coronationis actu, & ferè ejusdem tenoris, præſtare, ſeque promiſſis obligare velit, vid. Schvveder *Introd. ad Jus publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 2. §. 35. & 37.*

§. 6. Sunt verò munia Electorum Eccleſiaſticorum,
conſecrare, ungere & coronare noviter electum Regem Ro- 27
manorum, prout vel ad Moguntinum vel Colonienſem, juxta
ea quæ poſtea dicentur, jus coronandi ſpectat; modò habiles & ipſi ſint. Nemo enim Electorum Clericorum, ut
benè docet Schvvederus *in laudat. Introduct. in Jus Publ.
Part. Spec. ſect. 1. c. 2. §. 33.* admittitur ad peragendam inaugurationem Regis Romanorum, *niſi infulatus ſit*, quia quæ ordi- 28
nis Epiſcopalis ſunt, non niſi poſt conſecrationem ab Epiſcopis exerceri queunt. Unde Anno 1630. Eleonoræ Auguſtæ 29
coronatio Philippo Chriſtophoro Trevirenſi demandata fuit,
cùm nec Anſelmus Caſimirus Moguntinus, nec Ferdinandus
Colonienſis infulâ gauderent, ut propterea Ferdinandus II.
Electores Eccleſiaſticos adhortaretur; Es werden ſich auch die
Geiſtliche Churfürſten der Conſecration und des Amts halber
vergleichen müſſen / ſonderlich aber weil Chur Cölln zu ſolchem
Actu nicht habilitirt / damit dero Statt gebührlich erſetzet werde.
Actus autem Coronationis ſic ſe habet: Rege ad altare dedu- 30
ctô, Conſecrator incipit miſſam & Litaniâ reciprocè cantatâ,
præſtitôque à Rege juramentô de ſervanda fide, protegenda
Eccleſiâ Catholicâ, adminiſtrandâ juſtitiâ, Imperio augendo,
viduis & orphanis defendendis; &c. ungit ipſum oleô ſanctificatô, & datis inſignibus ſeu Clinodiis Imperii, Gladiô ſcil.
Caroli M. evaginatô, Annulô & Palliô itidem Caroli M. Sceptrô Regiô, Pomoque aureo cum impoſitâ cruce, Coronam



Digitized by Google

ponit, reliquis Archiepiſcopis Electoribus manum ſocialiter commodantibus his verbis: *Accipe Coronam Regni, quæ licet ab indignis, Epiſcoporum tamen de veteri conſuetudine manibus, Capiti Tuo coaptatur*; prout hæc legere eſt apud Hartm.
31 Maurum *de Coronatione Caroli V. apud Schardium.* Seculari-
32 um verò Electorum munia hæc ſunt. Dux Saxoniæ equo inſidens argenteam impleat menſuram avenâ, & primo ve-
33 nienti det famulo, juxta A. B. c. 27. §. 1. Brandenburgenſis verò malluvium cum gutturnio exhibeat & aquam lavandis Imperatoris manibus miniſtret, per *d. cap. 27. §. 3. & cap. 4.*
34 *§. 4. A. B.* Bavarus de bove aſſatô fruſtum offert, vel 4. ſcu-
35 tellas cibis impletas, per *idem cap. 27. §. 4. A. B.* Palatinus
36 nummos aureos & argenteos in vulgus mittat, & denique Rex Bohemiæ Scyphum argenteum vinô aquâ mixto plenum Imperatori porrigat per A. B. *c. 27. §. 5. & c. 4. §. ult.* conf. latius hac de re tractantem Schvvederum *part. ſpec. ſect. 1. cap. 2. §. 34. & ſeqq. uſque ad ſin.*

§. 7. Denique circa Locum Coronationis in textu
37 diſpenſatio proponitur. Eſt enim illa regulariter Aquiſgrani peragenda, juxta Aur. Bull. *Tit. 28. §. Invenimu*[illegible]*i: Prima Coronatio in Aquiſgranenſi* (ſcilicet oppido) *haberetur.* Quod, quia jam olim dicitur obtinuiſſe in A. B. d. l. ibi: *à tempore cujus contrarii non habebatur memoria*; etiam futuris temporibus obſervandum præſcribitur. Interea tamen in
38 eadem A. B. hæc limitatio addita, *ſi legitimum impedimentum non obviaret*; hoc enim caſu & alibi coronatio fieri po-
39 teſt; Unde cùm paulò ante Coronationem Leopoldi Civitas Aquiſgranenſis grave incendium eſſet perpeſſa, Coloniæ Agrippinæ Coronatio Ipſius Anno 1658. fieri debebat; uti videre eſt in Leopoldi Capit. art. 37. **Vor dißmahl aber den Crönungs-Actum in der Stadt Cölln / zumahlen die Stadt Aachen wegen**

wegen dero unlängſt erlittener Feuers-Brunſt dazu der Zeit unbequem iſt / celebriren und verrichten laſſen. Quanquam hæc coronatio poſtea Francofurti d. 1. Auguſti ſt. nov. & 22. Julii ſtyl. vet. partim ob Leopoldi Cæſaris infirmitatem & ad parcendum majoribus ſumtibus ſit peracta. Sic Ferdinandus I. & 40
II. Maximilianus II. & Matthias æquè Francofurti; Rudolphus verò II. Ferdinandus III. & IV. Ratisbonæ ſunt coronati. Joſephi denique Romanorum Regis Coronatio Augu- 41
ſtæ Vindelicorum celebrata, quæ Civitas etiam electionis locus erat; Namque turbæ Bellicæ impedimentum legitimum dederunt, quò minus Sacratiſſimum Caput Aquisgrani coronari potuerit. Idem exponitur in textu: Vor dißmahl aber den Crönungs Actum in der Stadt Augſpurg zumahlen die Stadt Aachen wegen itziger Kriegszeiten darzu der Zeit unbequem iſt / celebriren und verrichten laſſen Qualis clauſula limitativa in reliquis Capitulationibus, præter Leopoldinam & hanc Joſephi, nusquam occurrit, licet Coronatio alibi fuerit celebrata. Videtur autem illa ultimis Capp. propterea eſſe inſerta, quòd regulariter Aquisgrani fieri, tuncque Colonienſis jus coronandi ſecundum A. B. exercere debeat. Dantur tamen Aquis- 42
granenſibus, ſi alibi placuerit Coronationem celebrari, *literæ* ut vocantur, *Reverſales* de non turbando vel minuendo ipſorum privilegiô; & præterea ſatisfit civibus illis, qui propter coronationem aliquod emolumentum percipere potuêre; de quibus vid. Limnæ. *ad A. B. c. 2. §. 5. obſ. 16.* Add. Schvveder, *part. ſpec. ſect. 1. cap. 2. §. 31.*

§. 8. Et hæc de ipſâ Coronatione dicta ſufficiant. Al- 43
terum quod heic in textu proponitur, ſpectat ad *confirmationem Tranſactionis inter Moguntinum & Colonienſem de Jure coronandi initæ.* Habet enim Colonienſis Archiepiſcopus jus *primum diadema Regium* Romano Regi *imponendi*, uti

 verbis

Digitized by Google

verbis iisdem ſtatuit A. B. *cap. 4. §. primò quidem 3.* Verùm
44 quia Elector Moguntinus *Primas* eſt totius Regni Germaniæ,
45 & Summus Sacrorum in eodem Antiſtes, Jus Rom. Regem
coronandi non temerè ab antiquo ſibi vindicat. vid. Schvveder. *ſect. 1. part. ſpec. c. 2. §. 32.* Olim certè ante Henrici III. Imp. tempora Moguntinum jus illud ſemper, poſtea verò aliquoties exercuiſſe conſtat. Et quamvis dictus Henricus III. jus hoc Colonienſi dederit, inque A. B. huic confirmatum ſit; factum tamen id propterea, quod Aquisgrani, velut in loco ad diœceſin Colonienſem ſpectante coronatio eſ-
46 ſet celebranda. Cæterum à tempore Maximiliani II. jus hoc acriter ſibi vindicavit Moguntinus & poſt coronationem Ferdinandi IV. adeò exarſit dicta controverſia, ut etiam ſcriptis in publicum editis apud Londorpium & alios: ubi inter cætera emicat Conringii *Aſſertio Juris Moguntini in Coronand. Regibus Rom.* & quæ eandem ſequebatur *Anti-Conringiana defenſio Juris Colonienſis*, cui Conringius denuò reſpondit) quælibet pars jus ſuum propugnaret: & ſine dubiô ad arma de-
48 ventum eſſet, niſi A. 1657. d. 15. Junii ſt. v. in Electione Leopoldi inter utrumque transactione amicâ lis Electorum eſſet deciſa. Transactionis illius hæc ſunt capita: (1.) Quòd Elector Moguntinus omnem diligentiam ſit adhibiturus, ut ſi quæſtio ſit; Utrum Coronatio Aquisgrani, an verò alibi ſit inſtituenda, ea celebretur Aquisgrani, niſi impedimentum legitimum obvenerit, juxta ipſa A. B. verba, quæ in all. *cap.*
49 *28. §. Invenimus* extant. (2.) quòd Elector uterque & quilibet in ſuô Archiepiſcopatu ac diœceſi, alter ſcil. in Mogun-
50 tinâ, alter in Colonienſi jus coronandi exercere debeat. (3.) quod ſi extra Archiepiſcopatum uniuscujusque, aliis in locis Imperii coronationis ſolemnia ſint peragenda, alternatio ſervari debeat inter ipſos; adeo ut hoc extendatur etiam ad Epiſcopatus illos, quibus præter ſuos Archiepiſcopatus quis-
que

Digitized by Google

que eorum præeſt. (4.) Quod Archiepiſcopus Mogunti-
nus omnem movere velit lapidem, quò Coronatio proxima,
ſin minus in Archiepiſcopatu Moguntinenſi vel Colonienſi &
Aquisgrani celebrari poſſit, Coloniæ Agrippinæ, inſtituatur.
(5.) quòd conſentire debeant utriusque Archiepiſcopatus Ca- 52
pitula in hanc Tranſactionem, (id quod etiam factum eſt :)
omnesque præterea Extenſiones, Explicationes & Contra-
ventiones nunc ſint prohibitæ. Videatur dicta Tranſactio
in Diar. Europæo. *Tom. 1. Actorum Anni 1658. p. 948.* & in
*Aſſert. Juris Moguntini Conringii in fin.*

§. 9. *Tertium* denique, quod in hôc articulô tracta- 53
tur, Sedem Cæſaris Regiam ubi illa figenda ſit, concernit.
Id quidem in Textu ita determinatur, ut in Terris Sacri Ro- 54
mani Imperii nationis Germanicæ eadem poni debeat, quod
etiam in Capitulatione Caroli V. *art. 30.* & reliquis ſubſequen-
tibus legere licet. Habebant autem Imperatores palatia ſua
quondam in Civitatibus Imperialibus, quæ vel ipſi inhabi- 55
tabant, vel ipſorum Præfecti; qualia fuerunt Aquisgrani, Co-
loniæ, Wormatiæ, Spiræ, Auguſtæ. Vindelicorum, Franco-
furti, Goſlariæ &c. vid. Lehmannum *in Chron. Spirenſi lib. 2.
c. 18. & lib. 3. c. 33.* ita ut pro lubitu ſedem ſibi elegerint. Verùm
nec hodie certus locus in Capitulatione præſcribitur, ſed arbi- 56
triò Cæſaris committunt Paciſcentes, ubi in Imperiô Nat.
Teutonicæ ſedem ponere velit. Quanquam enim in Capi- 57
tulatione Ferdinandi I. *art. 27.* ita legatur: **Wir wollen auch
unſern erſten Hoff gen Nürnberg anſetzen.** Ubi per *Curiam*
Sedes Regia intelligi videtur, præſertim dum ibi tractatur 58
de eâdem Coronationis materiâ de quâ in noſtrô textu, nec
usquam alibi in Ferdinandeâ Sedis Regiæ mentio occurrat.
Attamen cum Capitulationes ferè omnes generaliter loquan-
tur: & præterea locus iſte, unde objectio petitur, comodio-
rem

rem recipiat interpretationem adeò ut *per Curiam* notari Comitia, non Sedem Regiam, ipſa verba innuant, quæ ſimul
59 de convocatione loquuntur, ibi: **Unſern erſten Hoff gen Nürnberg anſetzen/ ausſchreiben**; accedit textus *A. B. cap. 12.* ubi per vocabulum *Curiæ* toties repetitum Comitia ſine dubio intelliguntur: præſertim cùm Germanica Verſio, quam ſequitur Ferdinandi I. Capitulatio, eadem planè verba exhibeat: **In unſerm löblichen Hoff zu Nürnberg.** Et circa fin. d. art. ſemetipſam ſatis explicet: **dieweil der ehgenannt Hoff der Sambtlung währet.** Hinc nihil, quod ſit à ſupra dictis alienum, ex iſta Capitulatione monſtrari poteſt. Hodie quidem Imperator in Imperiô Nationis Teutonicæ ſedem ſuam habet, ſed in Provinciis ipſius hæreditariis Viennæ ſcil. quod olim non æquè factum, ſiquidem in Civitatibus, uti dictum, Imperii, illam ponere conſueverant. Ludovicus tamen Bavarus novo exemplo in ſua ditione, Bavariâ nempe, juxta Lehmann. *Chron. Spir. lib. 7. c. 14.* ſedem ſuam fixit, quod alii poſtea ſunt
60 imitati, cùm ſumptus in Aulæ Cæſareæ ſuſtentationem neceſſarios non habuerint amplius ab Imperio, verùm ex ſuô quilibet petere debebat patrimoniô; add. quæ hic Limnæus obſervat *ad Cap. Caroli V. art. 30. voce* **Königliche** *Reſidenz n. 19. ſeqq.*

§. 10. Ratio autem finalis, cur Sedes Cæſarea in Im-
61 perio Nationis Germanicæ ſit habenda, exprimitur in textu his verbis, **allen Gliedern/ Ständen und Unterthanen deſſelben zu Nutzen Ehren und Guten.** Quæ etiam prioribus Capitu-
62 lationibus inſerta leguntur. Ubi notandum per membra Imperii non tantum Status, ſed & Liberam Nobilitatem, & Collegia immediata, quæ non ſunt Status, præter Cæſarem tamen & Imperium nullum in terris agnoſcunt ſuperiorem, heic & alibi comprehendi: in quorum adeò indiſtinctè honorem

&

Digitized by Google

& commodum præſentia Imperatoris tendit; ſicut & alias ſplendor atque utilitas Rerumpubl. creſcit, ſi ad latus ſunt illi, 63
à quibus defenſionem & Juſtitiam omnes expetunt; uti notat Limn. *ad Cap. Caroli V. art. 30.* ad verba: **Nutzen und Guten.** An verò Imperialis Sedes debeat perpetuò eſſe in Imperio, ut ferè innuunt verba: **beſtändig haben und behalten/** 64
quæ primitus addita Capitulationi Leopoldi, an potius, uti verba Capitulationis Carolinæ volunt, **des mehrern Theils / ſo viel möglich /** hoc eſt, frequenter eadem ibi ſit ponenda, adhuc fortean diſputari poſſet. Sanè cùm hæc reſtrictio: **ſo viel möglich** in reliquis Capitulationibus uſque ad Ferdinandum III. ſemper occurrat, & demum in Ferdinandi IV. Capitulatione *art. 37.* ſit omiſſa: incivile eſſet Imperatorem heic 65
nimium adſtringere velle, inprimis ſi Cæſar, (uti cum Carolo V. contigit, qui ſimul Hiſpaniarum Rex erat) & alia regna poſſideat, ne dum alienas res adminiſtrat, ſuarum deſertor eſſe videatur. Unde in Capit. Leopoldina & Joſephi 66
hanc quoque limitationem adjicere placuit, **Es erfordere dann die Nothdurfft zu Zeiten ein anders**; ut itaque regulariter ſaltem id fieri debere ſtatuendum veniat.

§. 11. Ex hactenus dictis clarum eſt, hunc articulum 67
*non* eſſe regiæ poteſtatis *limitativum*, ſed prorſus *normativum*, ſive coronationem ſive etiam ſedem regiam ſpectes; quippe in eô diſpoſita regiam poteſtatem non imminuunt, ſed eam magis magisque confirmant, cùm Regem Rom. officii ſui tantùm admoneant.



Digitized by Google

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICVL. XXXVII.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.
## *DE JVRE ET OFFICIO REGIS ROMANORVM CIRCA RESCRIPTA, MANDATA, IMPETRATA, CONCESSA RESPECTIVE LEGVM IMPERII FVNDAMENTALIVM.*

## SUMMARIA.

I. *Membra Articuli proponuntur.* 1.
II. *Ad LL. fundamentales hic recenſitas.* 2.
*Spectat* (1.) *Capitulatio Cæſarea.* 3.
(2.) *Aurea Bulla.* 4.
(3.) *Ordinatio Imperii.* 5.
(4.) *Pax religioſa & profana.* 6.
(5.) *Ordinatio Cameralis.* 7.
(6.) *Ordinatio Executionis.* 8.
(7.) *Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ.* 9.
(8.) *Leges Imperii cæteræ, quæ Statum publ. tangunt.* 10.
*Cauſa Legum Imperii efficiens indigitatur.* 11.
*Status Imperii ad LL. publicarum ſanctionem non nudo conſilio, ſed reali ſuffragio concurrunt.* 12.
*Quanquam Imperator in partibus nonnullis ſibi primas vindicet.* 13.
III. *Ne quid contra dictas LL. decernat Rex Rom. cavent Paciſcentes.* 14.

*Ac*

Digitized by Google

*Ac proinde Statuum Imperii, maximè Proteſtantium libertati conſulunt.* 15.

*Edictum* Ferdinandeum *tangitur.* 16.

*Capita ejus recenſentur.* 17.

*Tenor Reſervati Eccleſiaſtici breviter explicatur.* 18.

*Hoc Edictum auxit motus Germaniæ,* 19.

*Executio ſententiæ contra Civit. Donavverdam latæ Bavaro olim demandata gravaminibus Statuum Evangelicorum occaſionem dedit.* 20. 21.

*Cæſaris reſponſio ſubjicitur.* 22.

*Quomodo hæc controverſia deciſa ſit, ex* Inſtr. Pacis *innuitur.* 23.

IV. *Quæſtio movetur, an dicta in §pho præcedente ſimpliciter intelligi debeant, an verò limitationem patiantur.* 24.

*Rationes pro poſteriori.* 25. 26.

*Rationes pro priori.* 27 *ſeqq.*

*Sæpemulta neceſſitati ſolent attribui, quæ à præmeditato & ſpontaneo voluntatis ductu ortum trahunt.* 28.

*Electorum adducitur reſponſum.* 29.

*Limitatio omnis ſublata eſſe concluditur.* 30.

*Solus Cæſar de obligatione LL. Imperii remittere nihil, nec diſpenſare poteſt.* 31.

V. *Ad alterum articuli membrum fit transgreſſio.* 32.

*LL. Imperii, quibus nihil contrarii pro ſe ipſo ſtatuere vel impetrare velit Rex Rom. & hîc enarrantur.* 33.

*Non expreſſa continentur ſub expreſſis.* 34.

VI. *Verba :* Von einiger hohen Obrigkeit *in novioribus Capitulationibus non ſine cauſâ fuêre omiſſa.* 35.

*Quanquam per ea non tam ſuperior quàm æqualis poteſtas intelligatur.* 36.

*Et fortè Pontifex Romanus.* 37.

*Sententia quorundam Scriptorum Gallicorum de quæſita relaxatione juramenti exploditur.* 38.

*Probabile tamen eſt, Pontificem multa ultrò offerre.* 39.

*Licèt in ejus facultate non ſit poſitum, abſolvere Regem à pacto jurato.* 40.

*Sæpius ea, quæ aperti juris ſunt, adeoque præſumi debent, in negotiis exprimi conſultum eſt.* 41.

VII. *Clauſula:* ſonder alle Gefehrde. *cur hîc omittatur?* 42.

*Quem habeat effectum?* 43.

VIII. *Tertium denique membrum articuli inſpicitur.* 44.

*Agit autem de caſſatione Reſcriptorum huic & præcedentibus articulis adverſantium.* 45.

*Diſcrepantia Capitt. quoad ſtylum innuitur.* 46.

*Clauſula:* jetzt alsdann / und dann als jetzt / *quid importet?* 47.

IX. *Articulus hic* limitativus *eſt*, | *non quidem ex ſe, verùm per conſequentiam.* 48.

## §. I.

1 TRia rurſus in hôc articulô tractantur, *Primum* eſt, quòd Rex Romanorum neque Reſcriptum ſive mandatum dare, neque commiſſionem decernere: neque etiam permittere velit, ut ab alio tale quid detur aut decernatur, quod Legibus Imperii fundamentalibus ſive jam latis ſive in poſterum ferendis contrarium ſit ullâ ratione. *Alterum*, quod neque ipſe tale quid ab ullô impetrare, vel conceſſum adhibere velit; Et *tertium*, ſi quidquam iis contrarium ſit impetratum, conceſſum vel emanatum, idipſum nullum & irritum eſſe debeat; Quemadmodum hæc tria membra in Capitulatione Ferdinandi I. *art. 29. & 30.* duobus; in Rudolphi autem II. *art. 33. 34. & 35.* tribus diſtinctis articulis propoſita, in Capitulatione autem Matthiæ & ſubſequentium Impp. uni articulo inſerta leguntur.

2 §. 2. *Primum* quod concernit, Leges fundamentales
3 in textu exprimuntur (1.) Capitulatio Cæſarea, quæ ipſa Lex primâ vice in Capitulatione Leopoldinâ *art. 38.* exprimitur,
4 & in Joſephi repetitur. (2.) Aurea Bulla, cujus mentio jam in Capitulatione Caroli V. *art. 32.* injecta, & in reliquis con-
5 tinuata eſt. (3.) Ordinatio Imperii **die Reichs Ordnung**/ quæ itidem in Capitulatione Carolinâ, & ſubſequentibus paſſim nominatur, ſaltem ut in Capitulatione Ferdinandi IV. *art. 38.* etiam quatenus de futuro ſit immutanda & emendanda, proſpiciatur **wie dieſelbe ins künfftig geändert und verbeſſert werden möchte**; quæ clauſula in Leopoldinâ Capit. & Joſephinâ no-
6 ſtrâ repetita eſt. (4.) Pax religioſa & profana, ſeu Pax publica cum ejusdem defenſione & manutenentia **Handhabung**/ cujus

cujus mentio Capitulationi Ferdinandi I. art. 29. primâ vice inſerta, & in reliquis continuata eſt. (5.) Ordinatio Camе- 7
ralis noviſſima A. 1555. edita, quæ primitus Ferdinandi III. Capitulationi art. 40. nominata, & in ſequentibus repetita eſt. (6.) Ordinatio Executionis Imperii, quæ itidem pri- 8
ma vice tangitur in Capitulatione Ferdinandi III. d. l. & intelligitur illa, quæ in R. J. de A. 1555. §. **Und damit obgeſetzte** 56. ſeqq. ubi primitus eſt confecta, & in ſubſequentibus Imperii Receſſibus, maximè verò in Ratisbonenſi de A. 1557. §. **Und ſich hierüber** 70. & Auguſtano de A. 1559. **Und wiewohl in ſolcher** 21. renovata eſt, expolita atque aucta; qua contra turbatores pacis publicæ & ſecuritas non tantùm publica ſtabilitur, ſed etiam modus præſcribitur, quomodo ſententiæ in Camerâ latæ ſint executioni dandæ. vid. Limnæum ad *Cap. Ferdinandi III. art. 40. ad voc.* Executions **Ordnung** (7.) In- 9
ſtrumentum Pacis Osnabrugo-Monaſterienſe cum Receſſu Executionis Noribergenſi Anno 1650. concluſo. (8.) Leges 10
& Ordinationes Imperii aliæ, ſive jam latæ ſive in poſterum ferendæ, **andere Geſetz und Ordnungen / ſo itzo gemacht oder künfftiglich auffgerichtet werden**; ubi denique notandum, quòd verba **und Geſetzen** jam in Capitulatione Caroli V. legantur, reliqua verò Ferdinandi I. & ſubſequentibus Capp. ſint inſerta; prætereaque in Capitulatione Ferd. IV. ad concluſa Imperii in Comitiis Ratisbonenſibus (quæ tùm temporis habebantur) proximè formanda ſpecialiter reſpiciatur. Quas LL. Imperii fundamentales breviter hîc recenſuiſſe ſufficiat, cùm ſupra *ad art. 2.* pluribus de iisdem ſit actum. Cauſa 11
quoque Legum Imperii efficiens indigitatur in verbis: **Durch Uns mit der Chur-Fürſten / Fürſten und anderer Stände des Reichs Rath und Zuthuung**; quæ clauſula in Capitulatione Ferdinandi I. art. 29. jamjam habetur, niſi quod Capitulationi Ferdinandi IV. art. 38. verba **und Zuthuung /** exinde procul dubiô ſint addita, quòd Status Imperii ad Legum publicarum

 ſancti-

12 ſanctionem *non nudo conſilio* ſed *reali ſuffragio* concurrant,
13 utut Imperator in eô primas ſibi vindicet, quòd convocet Statûs ad Comitia, deliberationis capita de ferendis legibus proponat, Conſtitutionibus Sigillum apponat, nomen ſubſcribat, pœnam transgreſſoribus ſtatuat & denique eas promulget, quemadmodum id alibi ſatis demonſtratum eſt. vid. Limn. ad Cap. Caroli V. *art. 32. ad verb.* **Durch uns ꝛc.**

14 §. 3. Ne ergò his LLbus contrarium Reſcriptum vel Mandatum inpoſterum emanet, autCommiſſiones iisdem adverſæ decernantur, neve aliis tale quid audere, ullo modô permittatur, in hôc articulô enixè cavetur. Loco vocabuli *Commiſſionis*, quod primâ vice in Capitulatione Ferdinandi IV. art 98. occurrit, in prioribus & quidem in Capitulatione Caroli V. art. 32. & ſubſequentibus usque ad Ferd. III. leguntur hæc verba generalia, **oder ichts anders beſchwehrliches ausgehen**
15 **laſſen.** Cæterum iſthac diſpoſitione, enixis adeò verbis explicatâ Statuum Imperii, maximè verò Proteſtantium libertatem in tuto collocare & conatibus iis, quos anteriora tem-
16 pora oſtendunt, obicem ponere voluerunt Electores. Quò inprimis ſpectat Edictum tempore Ferdinandi II. d. 6. Martii
17 A. 1629. emiſſum. Capita ejus ſunt: (1.) Reſtitutio bonorum Eccleſiaſticorum Clericis à tempore Pacis Religioſæ ademtorum (2.) Obſervatio Reſervati Eccleſiaſtici, **des geiſtlichen Vorbehalts /** clariùs : **der Geiſtl. Güther** Beneficien **und** Præbenden
18 **Vorbehalt**; quo nimirum reſervantur ejusmodi Bona Sectæ Pontificiæ, ſiquidem Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus vel alius quisquam beneficium Eccleſiaſticum habens, Auguſtanam Confeſſionem fuerit amplexus. Et (3.) Ne Subditi Statuum libertate Religionis gaudeant, ſed à ſuis Superioribus expelli poſſint; &c. Integrum videatur apud Caraffam *in Germaniâ ſacrâ reſtauratâ in Adjunct. p. 3.* & ap. Limnæum

Digitized by Google

mnæum *Tom. 4. J. Publ. lib. 1. pag. 145.* Quod ipſum Edi- 19
ctum, dum Capitulationi & Conſtitutionibus Imperii, maxi-
mè verò Paci Religioſæ & ibi expreſſæ clauſulæ derogatoriæ
adverſatur, Statibus Imperii, alterutri Proteſtantium religi-
oni addictis intolerabile viſum eſt; unde etiam motibus ulte-
rioribus Germaniæ occaſionem dedit: quibus tandem ſopitis,
Edicti quoque hujus vis infracta, idemque in Inſtrumentô
Pacis Cæſareô Suecico *art. 17. §. 3.* & Cæſareo Gallico, §.
113. penitus caſſatum eſt. Similiter hûc referenda eſt illa Com- 20
miſſio, quâ Rudolphus II. Imp. Duci Bavariæ executionem
ſententiæ contra Civitatem Imperii Donavverdam latæ de-
mandavit, cùm tamen dicta Civitas non in circulô Bavaricô
ſed Suevicô ſita fuerit. Cui Commiſſioni Cæſareæ Status
Evangelici oppoſuêre, quòd diſtincta Circulorum Jura tur- 21
bet, Ordinationem executionis invertat, denique Capitula-
tioni Cæſareæ, in quâ expreſſè cautum legitur: **Kein** Reſcript,
Mandat **oder ichts anders beſchwehrliches denen Reichsgeſetzen zu-
wieder ausgehen zu laſſen** è diametro ſit adverſa. Cæſar autem 22
excepit, ſe ordinatione illâ non ita obligari, ut executionem
non niſi Duci Circuli demandare queat, inprimis quando Dux
Circuli rei partes quodammodo ſequitur, vel exequi ſenten-
tiam recuſat. Quæ controverſia in Inſtrumento Pacis, *art.* 23
*16. §. 1. & 2.* poſtea ita eſt deciſa: Ut Cæſar quidem Execu-
tionem demandet Directoribus & Præfectis illius Circuli,
ubi facienda executio; ſi verò hi vel in cauſâ propriâ minùs
ſint idonei, vel etiam Commiſſionem repudient, viciniorum
quoque Circulorum Directores vel Duces eodem executio-
nis munere etiam in alios Circulos fungi debeant, vid. Limn.
*in Tom. 2. Addit. ad l. 1. c. 7. p. 103.* & *ad Cap. Rudolphi II. art.*
*33.* v. **Handhabung.**

§. 4. Quæſtio verò hic moveri poteſt, An dicta in 24

Spho

§pho præcedenti ſimpliciter intelligi debeant, an verò limi-
25 tationem patiantur? Et ſanè in Capitulatione Caroli V. art.
32. hæc limitatio eſt adjecta: niſi cauſæ cognitio aliud ſuade-
at, ibi: nichts beſchwehrliches unerhörter Sachen ausge-
26 hen laſſen. Quin etiam ſi fortè neceſſitas & moræ pericu-
lum adſit, Cæſari illimitata hîc poteſtas in expediendis Re-
27 ſcriptis, Mandatis & Commiſſionibus relicta eſſe videtur.
Verùm quia dicta clauſula, unerhörter Sachen in ſubſequenti-
bus Capitulationibus & ſtatim in Capitulatione Ferdinandi I.
art. 29. eſt omiſſa, inque illius locum ſubſtituta alia, ne ſcil.
id fieret ullô modô; in einige Weiſe oder Weege; quam omnes
28 ſequentes Capitulationes hactenus ſervarunt. Et præterea
multa ſolent neceſſitati attribui, quæ à præmeditato & ſpon-
taneo voluntatis ductu ortum trahunt, quemadmodum Ele-
ctores in Conventu Ratisbonenſi palàm Cæſari reſpondiſſe
conſtat; ſimul aſſerentes, ipſam neceſſitatem fruſtra præten-
29 di, Indem von des Reichs Verfaſſungen niemand exemt, noch
durch einige Noth/ die ſey auch ſo groß und geſchwind als ſie im-
mer wolle/ dergeſtalt/ wie man es eine Zeit davor gehalten und pra-
cticirt/ ſich eximiren könne und ſolle. Item, Es laſſe ſich das was
verhandelt/ mit einiger neceſſitdt oder ander Urſach nicht behaupten/
ſondern bleibe bey einem ſo wohl als andern bey klarer unbedingter
diſpoſition, Königlicher Capitulation, und des Heil. Reichs
Recht in ſeinem Stand und diſpoſition allerdings. prout hæc
recenſet Limnæus *ad Capit. Ferdinandi II. art. 38. ad verba*
30 der Reichs-Ordnungen. Hinc *limitatio* omnis videtur eſſe
ſublata, poſtquam aliud cum Statibus Imperii, &c, qui in ejus-
modi neceſſitatis & moræ periculô ipſos repræſentant, Ele-
ctoribus, non eſt conventum. Sicut autem penes Impera-
torem & Statûs reſidet legiſlatoria poteſtas; Ita, quin evenien-
te caſu unà cum illis de obſervantiâ & obligatione Legis Im-
31 perii diſpenſare poſſit Imperator, dubium nullum apparet.
Unde.

Digitized by Google

Unde in modô allegatô Electorum Reſponſô iſtud quoque legitur: **Es bleibet bey unbedingter** diſpoſition **Königlicher** Capitulation, **und des Heil. Reichs Recht / ſo lange ein anders beym Hochlöbl. ChurFürſtl.** Collegio **nicht ausbracht und erlanget wird.** vid. Limnæus *d. l. & ad Cap. Caroli V. art. 32. ad verba* **Unerhörter Sachen**; Quâ interpretatione adhibitâ, clauſula Capitulationis Carolinæ **unerhörte Sachen**, cum reliquis Capitulationibus facile conciliari poterit.

§. 5. *Alterum* Articuli membrum innuit, quòd nec 32
ipſe Rex Romanorum ab ullô quicquam impetrare, nec, ſi
quid proprio motu à quocunque conceſſum vel etiam in po-
ſterum concedendum foret, adhibere ſeu ad effectum ducere
velit, quod Legibus Imperii ſit contrarium; Atque hoc ſecun-
dum membrum in Capitulatione Caroli V. non invenitur, ſed
prima vice in Capitulatione Ferdinandi I. art. 29. inſertum &
in reliquis Capp. paucis tamen immutatis, repetitum eſt. Re-
cenſentur autem ex illis LLbus in textu: *(1.)* Aurea Bulla; 33
*(2.)* Jura Imperii, ſcil. illa, quæ libertatem Imperii ſartam te-
ctam conſervant; quibus proinde cavetur, ne poteſtas Legiſla-
toria, Statibus Imperii uti ſupra paſſim monſtravimus, unà cum
Imperatore competens imminuatur vel detrimentum capiat.
(3.) Pax Religioſa & profana: cùm utriusque mentio Capitu-
lationi Ferdinandi III. *art. 40.* primum ſit injecta. *(4.)* Inſtru-
mentum Pacis Monaſterio-Oſnabrugenſe, quod primâ vice
in Capitulatione Ferdinandi IV. *art. 38.* nominatum eſt. *(5.)*
Pax publica cum ejusdem defenſione ſeu manutenentiâ,
**Landfrieden ſambt Handhabung deſſelben.** Et quamvis reli- 34
quarum Imperii Legum, Capitulationis nimirum Cæſareæ,
Ordinationis Cameralis & Ordinationis Executionis ſpecifi-
ca appellatio hîc ſit omiſſa, nullum tamen dubium eſt, quin
caſu emergente, & quando ſuborta controverſia illas in ſpe-



Digitized by Google

cie concerneret, eôdem omninò jure ſint cenſendæ, inprimis cum libertati Imperii circa Jura & Leges in genere per verba: **des Reichs Freyheit**; proſpiciatur.

§. *6.* Nihil ergò quod hiſce Legibus contrarium ſit impetrare, aut ultrò conceſſum adhibere vel effectui dare poteſt &c. Rex Romanorum. In Ferdinandi I. Capitulatione
35 art. 29. dicitur, **Von einiger hohen Obrigkeit nicht erlangen**; quæ verba quoque in reliquis Capp. uſque ad Ferdinandum III. repetuntur; in Capitulatione verò Ferdinandi IV. & ſeqq. rectè ſunt omiſſa, cùm Imperator, ex naturâ Majeſtatis Civilis nemini, niſi DEO ſubjectus ſit, ut adeò nunc legatur:
36 **Von niemand nichts erlangen.** Quamvis enim dextrè loquendo per verba **hohe Oberkeit** non intelligatur ſuperior Cæſare, ſed potiùs alia ſumma poteſtas, in æquali vel inferiori faſtigio collocata: non immeritò tamen omnis ambiguitatis cauſa vitari ac reſcindi debuerat. Quis verò hîc in textu indigi-
37 tetur, divinare haudquaquam licet, niſi quòd *Limnæus* ad Capit. Ferdinandi I. art. 29. Papam Romanum intelligi arbi-
38 tratur. Utut enim explodi mereatur, quod nonnulli è Scriptoribus Gallis, quorum teſtimonia allegat Limnæus *ad Capit. Ferd. II. art. 38.* ad verb. **nichts erlangen** / in odium Domûs Auſtriacæ & diffidentiæ excitandæ cauſâ referunt, Imperatorem ſcil. Romanũ petere ſemper à Romanô Pontifice abſolutionem vel relaxationem à vinculô illius Juramenti, quod de Lutheranis vel ipſorum religione non moleſtandis ſed defendendis in Capi-
39 tulatione præſtet: probabile tamen eſt, Pontificem ipſum per Nuntios ſuos quandoque liberaliter offerre, quæ fortè nunquam abs eo deſiderantur. Utrobique igitur Imperio proſpiciunt Electores, ſive Cæſar à Papâ tale quid petere audeat, ſive etiam Papa relaxationem ipſi ultrò offerre contendat.
40 Equidem juxta ſanioris Politicæ regulas talis relaxatio non
eſt

eſt in poteſtate Pontificis, cùm neque aliâs abſolvere queat
Regem à pactô juratô cum Statibus Regni vel ſubditis inito,
quippe quibus exinde jus eſt quæſitum, quod non niſi con-
trario pacto inverti poteſt. Ne dicam, plura oriri abſurda
ex iſto ſuppoſito falſiſſimo; Si enim fidem Evangelicis juratò
datam frangere licet, dare eam certè nefas eſt. Conſultius
tamen erat, expreſſâ lege ejusmodi conatibus occurrere vel 41
ſaltem opinionem erroneam quolibet modo deſtruere, quàm
ut cauſæ vulneratæ remedium ſerò nimis aliquando quæ-
ratur.

§. 7. Addita eſt huic ipſi membro ſecundo in prio-
ribus Capitulationibus & quidem primitus in Capitulatione
Ferdinandi I. art. 29. Clauſula de dolô malo, ſeu dolum
malum abeſſe, ſive abſuturum, **ſonder alle Geſehrde**; quæ etiam
repetitur usque ad Ferdinandi IV. Capitulationem art. 38. in
fin. In Leopoldi verò & Joſephi ad evitandum pleonaſmum 42
eſt omiſſa, cum in membrô ſubſequenti tertio denuò repeta-
tur: **Argeliſt und Geſehrde hierin außgeſchieden**. Generaliter ve- 43
ro hæc clauſula eo gaudet effectu, ut excludat dolum malum
tam de præſenti quàm futurô, & contra uberantiorem nego-
tio inducat bonam fidem, cùm hæc duo, tanquam contraria,
ſimul in unô eôdemque ſubjectô ſtare non poſſint; vid. de illâ
clauſulâ Barſchampius *in Radice Clauſular. cap. 9. §. 1. & 2.*
Wehner. *in obſ. Pract. ad voc.* **treulich und ohne Geſehrde** / &
Gœdd. *de ſtipul. c. 8. concl. 1. n. 26.*

§. 8. *Tertium* membrum articuli comprehendit par- 44
tim ipſam caſſationem & annullationem univerſalem Reſcri- 45
ptorum vel Mandatorum, quæ non tantùm huic ſed etiam
præcedentibus Capitulationis articulis contraria forent in
verbis: **Da aber dieſen und andern Articuln und Puncten einiges
zu wider erlanget oder ausgehen würde / das alles ſoll krafftloß /**



Digitized by Google

tod und abſeyn / inmaſſen wir es auch itzt alsdann und dann als
itzt hier mit caſſiren / tödten und abthun; partim remedium læſis
pollicetur in verbis; Und wo Noth / denen Beſchwehrten Par-
theyen derhalben nothdürfftige Urkund und briefflichen Schein
zu geben und wiederfahren zu laſſen ſchuldig ſeyn ſollen / additâ ſi-
mul doli clauſulâ, de quâ modò dictum: Argeliſt und Gefehrde
46 hierinnen ausgeſchieden; Utrumque jam in Capitulatione Ca-
roli V. *art. penultimo ſeu 33.* habetur & in ſubſequentibus re-
petitur, niſi quòd in Capitulatione Carolinâ quæ extant ver-
ba: der begehrenden Parthey usque ad Capitulationem Rudol-
phi II. ſervata ſint; in Capitulatione verò Matthiæ illorum lo-
co veniant illa: der Beſchwehrten Parthey / donec in Capitula-
tione Ferdinandi IV. articulo 39. pluralis numeri verba den
beſchwehrten Partheyen ſurrogata & in ſequentibus retenta
47 eſſent. Caſſationi porrò adjecta eſt clauſula: itzt alsdann und
dann als itzt; Quæ ipſa hoc importat, ut ex præſenti tempore
nullum omninò declaretur negotium futurum, quod LLbus
contrarium, & viciſſim præſens tale negotium in futurum
pro nullo & invalido reputetur. de quâ cl. vid. Wehner. *in
Obſ. Pract. voc.* Itzt alsdann & Gylmann. *in Symph. Tom. 2.
part. 2. vot. 18. n. 1. fol. 57.*

§. 9. Ex dictis clarum eſt, hunc articulum *ex ſe* qui-
dem *non eſſe* Regiæ poteſtatis *limitativum*, cùm Jura lata tan-
48 tùm confirmet; eſſe tamen *per conſequentiam*, cùm ſumma
poteſtas uti legem ferre, ita eandem rurſus in Republ. abro-
gare vel circa eam diſpenſare poſſit, quod in hôc
articulô prohibetur.

COM-

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XXXIIX.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA AUDIENDOS STATUS IMPERII IPSORUMQUE LEGATOS, CIRCA CONFIRMATIONES PRIVILEGIORUM ET RENOVATIONEM FEUDORUM, UT ET CIRCA COMMUNICATIONEM CUM ELECTORIBUS FACIENDAM.*

## SUMMARIA.

I. PRimum *hujus articuli membrum agit de audiendis ac expediendis Legatis Statuum Imperii in Aulâ Cæſareâ.* 1.

*A quibus non excluduntur Legati Nobilitatis immediatæ.* 2.

*Huic Sanctioni occaſionem dediſſe creditur Rudolphus II. Imp.* 3.

*Quem difficulter admodum ſui copiam feciſſe perhibent.* 4.

*Queſtio tangitur: An immediata Nobilitas jus mittendi Legatos habeat?* 5.

II. Alterum *membrum de confirmatione Privilegiorum & Inveſtitura feudorum Imperii tractat.* 6.

*Conſonantia priorum Capitt. notatur.* 7.

*De Confirmatione Privilegiorum jam ſupra ad Art. III. actum eſſe innuitur.* 8.

*Quid circa renovationem Inveſtituræ textus diſponat?* 9.

*Ut Inveſtitura poſterior concordet*

*cum priori, Jus Feudale Comm. dictitat.* 10.

*Nec* (1.) *contradictio facta attendi debet*. 11.

*Nec* (2.) *propter editionem Pactorum familiæ eadem remoranda.* 12.

III. Tertium *articuli membrum de communicatione cum Electoribus &, prore nata, cum ceteris Statibus Imperii facienda tractat.* 13.

*In Capit* Matthiæ *tantùm Electorale conſilium requiritur.* 14.

*In Cap. autem Ferd. IV. & reliquorum Impp. etiam Statuum Imperii mentio fit.* 15.

*Illud tamen* ſimpliciter *deſideratur.* 16.

*Electoribus n. major dignitas & prærogativa competit.* 17.

*Id quod ex titulis eorum abunde colligitur. ibid.*

IV. *Res communicandæ* (1.) *debent eſſe inſignis momenti* 18.

*Illa quodammodo explicantur in Inſtr. Pacis.* 19.

V. (2.) *Concernere debent ipſum Imperium.* 20.

*Hic textus minus rectè adduci creditur, pro Jure Principum* das Fürſtenrecht; *firmando.* 21.

*Cum Praxis Imperii refragetur.* 22.

*Et conſtitutio Friderici II.* 23.

*Nec non Conſt. Caroli V.* 24.

*Inſtrumentum Pacis.* 25.

*Receſſus Imperii Noviſſimus.* 26.

*Ius item Feudale.* 27.

*Et ipſa A. Bulla.* 28.

*Atque Ordinatio Iudicii Aulici.* 29.

*Concluditur, Ius cognoſcendi de Feudis Imperii majoribus ſolius Imperatoris eſſe.* 30.

VI. *Reſpondetur ad argumenta eorum, qui contrariam ſententiam fovent.* 31.

*Aliud eſt de crimine illuſtris Vaſalli, quamobrem feudo privari debeat, cognoſcere, aliud de Feudis inter Convaſallos judicare.* 32.

*Priori in caſu pares Curiæ adhibentur, non poſteriori.* 33.

*Feuda Imperii ſ.* Reichs-Lehen/ *potiſſimum* ſubjectivè & materialiter *ſic appellantur.* 34.

*Liberæ voluntati Imperatoris relictum videtur, utrum ipſe ſolus, an adhibitis Statibus Imperii cauſas Iuſtitiæ dijudicare velit?* 35.

VII. *Dicitur, articulum hunc quoad tertium membrum eſſe* limitativum. 36.

*Quoad priora verò* normativum. 37.

§. I.

## §. I.

ET hic quoque Articulus tribus abſolvitur membris: *Primum* agit de audiendis ac expediendis ſine morâ Electoribus & 1
Statibus Imperii ipſorumque Legatis, comprehenſâ quoque 2
immediatâ Imperii Nobilitate: Quod membrum primâ vice Capitulationi Matthiæ *art. 40.* eſt inſertum & in ſubſeqq. repetitum, niſi quod in Capitulatione Leopoldinâ immediatæ Imperii nobilitatis mentio primum fiat. Atque huic ſancti- 3
oni Rudolphus II. occaſionem dediſſe creditur, eò quòd in audiendis Principibus Imperii ipſorumque Legatis juſto parcior eſſet, nec ſine impatientiâ aliorum oculos in ſe converſos exciperet: ut hinc proverbio, quod refert Limnæus *ad art.* 4
*40. Cap. Matthiæ*, locum daret: Er läſſet ſich ſelten ſehen wie der alte Kayſer. De immediatâ Nobilitate aliàs quæritur: *An jus* 5
*mittendi Legatos habeat?* Et concedunt id ipſum Publiciſtæ Nobilibus ſociatis in Sueviâ, Franconiâ & ad Rhenum, quatenus in Corpore, ſeu *Cantonibus* ſuis conjunctim ſpectantur, non verò, ut *ſingulis*, quemadmodum propterea ad experientiam provocat Mylerus, *de Princip. & Statib. Imp. c. 19. n. 6.* Add. Kulpis *de Legat. Stat. Imp. c. 8. num. 17.* Sed argumentum forte non infirmum pro eô indiſtinctè probando exinde peti poteſt, quòd hic in textu Nobilitati immediatæ eadem prærogativa tribuatur, quæ Principibus & Statibus Imperii aſſeritur.

§. 2. *Alterum* membrum hujus articuli confirmationes Privilegiorum & renovationem Inveſtituræ Feudorum 6
Imperii tangit, quando nim. Rex Romanorum Statibus Imperii necnon immediatæ Nobilitati ſine morâ utrumque ſe conceſſurum promittit. Quod ipſum ſimiliter primâ vice 7
Capitulationi Matthiæ: & quâ Nobilitatem Imperii complectitur

ctitur, Capitulationi Leopoldi eſt inſertum; De Confirmatione Privilegiorum Electoralium & Statuum Imperii in genere,
8 quadantenus jam in A. B. cap. 2. §. 5. ſancita & fundata ſupra ad *art. 3* §. *8. & 9.* prolixè egimus, ut hic non ſit opus, eidem materiæ denuò immorari; In ſpecie verò textus mentio-
9 nem facit Renovationis Feudorum Imperii & Inveſtituræ deſuper petendæ; quam Imperator non denegare, ſed potius ad tenorem prioris Inveſtituræ & ita quidem concedere debet, ut ne quidquam invito Vaſallo immutare vel innovare valeat. Schrader. *de Feud. p. 5. c. 2. n. 41.* Conf. Itter *de Feud. Imp. c. 11. n. 9.* quod etiam Jus Feudale commune dictitat, uti videre eſt
10 ap. Vultejum *de Feud. lib. 1. c. 7. n. 105.* Unde etiam renovatio primæ inveſtituræ *recognitio* dicitur ap. Gothofr. Anthoni
11 *diſp. Feud. 8. th. 1. lit. B.* Nec (1.) contradictio eidem facta attendi debet, ſed potius ad tenorem inveſtituræ præcedentis, inveſtitura nova concedenda eſt, contradictore ad Judicem remiſſô; modò contradictio non ſit ita comparata, ut Jus Vaſalli prorſus in dubio ponat: quô caſu quæſtio præjudicialis: *an inveſtiri debeat* ? utique prius decidenda foret. Nec et-
12 iam (2.) propter editionem Pactorum familiæ ſive novorum ſive antiquorum eadem differenda. Sicut enim Pacta familiæ regulariter Feudum Imperii non tangunt, ſed potius allodialia familiarum jura ſingulariter reſpiciunt, hinc eorum editio non injungenda Vaſallis Imperii, multoque minus inveſtitura eorum propterea ſuſpendi debet.

13 §. 3. *Tertium* hujus articuli membrum eſt: Quod Rex Romanorum in rebus Imperii, quæ ſunt majoris momenti, & quarum executione Imperii ſalus periclitari poſſet, ſtatim ab initiô Electores in conſilium adhibere, vel pro re natâ etiam Principes & Status Imperii deſuper audire, neque aliter quid-
14 quam ſuſcipere velit; In Capitulatione Matthiæ tantum con-

ſilii

ſilii Electorum fit mentio, dum ita ſtatuitur: **zu wichtigen Sa-
chen ſo das Reich betreffen / bald anfangs der Churfürſten Rath
und Bedencken Uns gebrauchen /** quod usque ad Capit Ferdinan-
di III. *art. 42.* continuatur. In Ferdinandi verò IV. Capi- 15
tulatione etiam Statuum Imperii Conſilium, & quód absque
eô nihil ſuſcipere velit Imperator, annexum eſt, ibi: **auch
nach Gelegenheit der Sachen Fürſten und Stände Raths Beden-
ckens Uns gebrauchen / und ohne dieſelbe hierinn nichts vornehmen.**
Idemque in Leopoldinâ & Joſephi Capitulatione repetitum. 16
Obſervanda tamen hæc eſt differentia, quòd conſilium Electo-
rum in dd. Capp. *ſimpliciter* deſideretur, Statuum verò Im-
perii demum *pro re natâ* **Nach Gelegenheit der Sache.** Ne- 17
que immertò; cum Electores ſint intimi Cæſaris Conſiliarii,
**Unſere innerſte Räthe** / quem titulum primâ vice in Capitulati-
one Joſephi advertere licet. Quanquam & majoribus elo-
giis iidem cumulentur in LLbus Imperii paſſim. Sic in A.B.
& quidem in *c. 2. §. 5.* vocantur *propinquiora membra Imperii
in cap. 3. §. 1. Columnæ Imperii*, quæ ſacrum ædificium ſolerti
pietate ac prudentiâ ſuſtentant, quorum præſidio dextera Im-
perialis potentiæ roboratur: *In cap. 12. §. 1. Baſes Imperii* &
columnæ immobiles: In *cap. 24. poſt pr.* Pars *corporis Majeſta-
tici* appellantur. add. Capit. Leopoldi *art. 46.* Unde etiam
plura cum Electoribus Jura Majeſtatis ſunt communicata,
quæ ad Comitia & omnes Status Imperii non ſpectant.

§. 4. Quæ verò ſint cauſæ, quarum communicatio fie- 18
ri debeat, ſingulatim hîc non exprimitur, ſed id ſaltem de-
terminatur, *primò* ſcil. Quòd res debeant eſſe inſignis momen-
ti, maximique præjudicii & conſequentiæ, **in wichtigen Sa-
chen ſo von hoher** Præjudiz **und weitem Außſehen ſind.** In Ca-
pitulatione Ferdinandi IV. & ſeqq. Impp. addita ſunt verba:
**ſo von hoher** Præjudiz **und weiten Außſehen**; in prioribus autem

§pho præcedenti ſimpliciter intelligi debeant, an verò limi-
25 tationem patiantur? Et ſanè in Capitulatione Caroli V. art.
32. hæc limitatio eſt adjecta: niſi cauſæ cognitio aliud ſuade-
at, ibi: **nichts beſchwehrliches unerhörter Sachen ausge-**
26 **hen laſſen.** Quin etiam ſi fortè neceſſitas & moræ pericu-
lum adſit, Cæſari illimitata hîc poteſtas in expediendis Re-
27 ſcriptis, Mandatis & Commiſſionibus relicta eſſe videtur.
Verùm quia dicta clauſula, **unerhörter Sachen** in ſubſequenti-
bus Capitulationibus & ſtatim in Capitulatione Ferdinandi I.
art. 29. eſt omiſſa, inque illius locum ſubſtituta alia, ne ſcil.
id fieret ullô modô; **in einige Weiſe oder Weege;** quam omnes
28 ſequentes Capitulationes hactenus ſervarunt. Et præterea
multa ſolent neceſſitati attribui, quæ à præmeditato & ſpon-
taneo voluntatis ductu ortum trahunt, quemadmodum Ele-
ctores in Conventu Ratisbonenſi palàm Cæſari reſpondiſſe
conſtat; ſimul aſſerentes, ipſam neceſſitatem fruſtra præten-
29 di, **Indem von des Reichs Verfaſſungen niemand** exemt, **noch
durch einige Noth / die ſey auch ſo groß und geſchwind als ſie im-
mer wolle / dergeſtalt / wie man es eine Zeit davor gehalten und** pra-
**cticirt / ſich** eximiren **könne und ſolle.** Item, **Es laſſe ſich das was
verhandelt / mit einiger** neceſſitedt **oder ander Urſach nicht behaupten /
ſondern bleibe bey einem ſo wohl als andern bey klarer unbedingter**
diſpoſition, **Königlicher** Capitulation, **und des Heil. Reichs
Recht in ſeinem Stand und** diſpoſition **allerdings.** prout hæc
recenſet Limnæus *ad Capit. Ferdinandi II. art. 38. ad verba*
30 **der Reichs-Ordnungen.** Hinc *limitatio* omnis videtur eſſe
ſublata, poſtquam aliud cum Statibus Imperii, &c, qui in ejus-
modi neceſſitatis & moræ periculô ipſos repræſentant, Ele-
ctoribus, non eſt conventum. Sicut autem penes Impera-
torem & Statûs reſidet legislatoria poteſtas; Ita, quin evenien-
te caſu unà cum illis de obſervantiâ & obligatione Legis Im-
31 perii diſpenſare poſſit Imperator, dubium nullum apparet.
Unde

Digitized by Google

Unde in modô allegatô Electorum Reſponſô iſtud quoque legitur: **Es bleibet bey unbedingter** diſpoſition **Königlicher** Capitulation, **und des Heil. Reichs Recht / ſo lange ein anders beym Hochlöbl. ChurFürſtl.** Collegio **nicht ausbracht und erlanget wird.** vid. Limnæus *d. l. & ad Cap. Caroli V. art. 32. ad verba* **Unerhörter Sachen**; Quâ interpretatione adhibitâ, clauſula Capitulationis Carolinæ **unerhörte Sachen**, cum reliquis Capitulationibus facile conciliari poterit.

**ſ. 5.** *Alterum* Articuli membrum innuit, quòd nec 32
ipſe Rex Romanorum ab ullô quicquam impetrare, nec, ſi quid proprio motu à quocunque conceſſum vel etiam in poſterum concedendum foret, adhibere ſeu ad effectum ducere velit, quod Legibus Imperii ſit contrarium; Atque hoc ſecundum membrum in Capitulatione Caroli V. non invenitur, ſed prima vice in Capitulatione Ferdinandi I. art. 29. inſertum & in reliquis Capp. paucis tamen immutatis, repetitum eſt. Recenſentur autem ex illis LLbus in textu: *(1.)* Aurea Bulla; 33
*(2.)* Jura Imperii, ſcil. illa, quæ libertatem Imperii ſartam tectam conſervant; quibus proinde cavetur, ne poteſtas Legislatoria, Statibus Imperii uti ſupra paſſim monſtravimus, unà cum Imperatore competens imminuatur vel detrimentum capiat. (3.) Pax Religioſa & profana: cùm utriusque mentio Capitulationi Ferdinandi III. *art. 40.* primum ſit injecta. *(4.)* Inſtrumentum Pacis Monaſterio-Osnabrugenſe, quod primâ vice in Capitulatione Ferdinandi IV. *art. 38.* nominatum eſt. *(5.)* Pax publica cum ejusdem defenſione ſeu manutenentiâ, **Landfrieden ſambt Handhabung deſſelben.** Et quamvis reli- 34
quarum Imperii Legum, Capitulationis nimirum Cæſareæ, Ordinationis Cameralis & Ordinationis Executionis ſpecifica appellatio hîc ſit omiſſa, nullum tamen dubium eſt, quin caſu emergente, & quando ſuborta controverſia illas in ſpe-



Digitized by Google

cie concerneret, eôdem omninò jure ſint cenſendæ, inprimis cum libertati Imperii circa Jura & Leges in genere per verba: **des Reichs Freyheit;** proſpiciatur.

§. 6. Nihil ergò quod hiſce Legibus contrarium ſit impetrare, aut ultrò conceſſum adhibere vel effectui dare poteſt &c. Rex Romanorum. In Ferdinandi I. Capitulatione
35 art. 29. dicitur, **Von einiger hohen Obrigkeit nicht erlangen;** quæ verba quoque in reliquis Capp. uſque ad Ferdinandum III. repetuntur; in Capitulatione verò Ferdinandi IV. & ſeqq. rectè ſunt omiſſa, cùm Imperator, ex naturâ Majeſtatis Civilis nemini, niſi DEO ſubjectus ſit, ut adeò nunc legatur:
36 **Von niemand nichts erlangen.** Quamvis enim dextrè loquendo per verba **hohe Oberkeit** non intelligatur ſuperior Cæſare, ſed potiùs alia ſumma poteſtas, in æquali vel inferiori faſtigio collocata: non immeritò tamen omnis ambiguitatis cauſa vitari ac reſcindi debuerat. Quis verò hîc in textu indigi-
37 tetur, divinare haudquaquam licet, niſi quòd Limnæus ad Capit. Ferdinandi I. art. 29. Papam Romanum intelligi arbi-
38 tratur. Utut enim explodi mereatur, quod nonnulli è Scriptoribus Gallis, quorum teſtimonia allegat Limnæus *ad Capit. Ferd. II. art. 31.* ad verb. **nichts erlangen** / in odium Domûs Auſtriacæ & diffidentiæ excitandæ cauſâ referunt, Imperatorem ſcil. Romanũ petere ſemper à Romanô Pontifice abſolutionem vel relaxationem à vinculô illius Juramenti, quod de Lutheranis vel ipſorum religione non moleſtandis ſed defendendis in Capi-
39 tulatione præſtet: probabile tamen eſt, Pontificem ipſum per Nuntios ſuos quandoque liberaliter offerre, quæ fortè nunquam abs eo deſiderantur. Utrobique igitur Imperio proſpiciunt Electores, ſive Cæſar à Papâ tale quid petere audeat, ſive etiam Papa relaxationem ipſi ultrò offerre contendat.
40 Equidem juxta ſanioris Politicæ regulas talis relaxatio non

eſt

eſt in poteſtate Pontificis, cùm neque aliâs abſolvere queat Regem à pactô juratô cum Statibus Regni vel ſubditis inito, quippe quibus exinde jus eſt quæſitum, quod non niſi contrario pacto inverti poteſt. Ne dicam, plura oriri abſurda ex iſto ſuppoſito falſiſſimo; Si enim fidem Evangelicis juratò datam frangere licet, dare eam certè nefas eſt. Conſultius tamen erat, expreſſâ lege ejusmodi conatibus occurrere vel 41
ſaltem opinionem erroneam quolibet modo deſtruere, quàm ut cauſæ vulneratæ remedium ſerò nimis aliquando quæratur.

§. 7. Addita eſt huic ipſi membro ſecundo in prioribus Capitulationibus & quidem primitus in Capitulatione Ferdinandi I. art. 29. Clauſula de dolô malo, ſeu dolum malum abeſſe, ſive abfuturum, ſonder alle Geſehrde; quæ etiam repetitur usque ad Ferdinandi IV. Capitulationem art. 38. in fin. In Leopoldi verò & Joſephi ad evitandum pleonaſmum 42
eſt omiſſa, cum in membrô ſubſequenti tertio denuò repetatur: Argeliſt und Geſehrde hierin außgeſchieden. Generaliter ve- 43
ro hæc clauſula eo gaudet effectu, ut excludat dolum malum tam de præſenti quàm futurô, & contra uberantiorem negotio inducat bonam fidem, cùm hæc duo, tanquam contraria, ſimul in unô eôdemque ſubjectô ſtare non poſſint; vid. de illâ clauſulâ Barſchampius *in Radice Clauſular. cap. 9. §. 1. & 2.* Wehner. *in obſ. Pract. ad voc.* treulich und ohne Geſehrde / & Gœdd. *de ſtipul. c. 8. concl. 1. n. 26.*

§. 8. *Tertium* membrum articuli comprehendit par- 44
tim ipſam caſſationem & annullationem univerſalem Reſcri- 45
ptorum vel Mandatorum, quæ non tantùm huic ſed etiam præcedentibus Capitulationis articulis contraria forent in verbis: Da aber dieſen und andern Articuln und Puncten einiges zu wieder erlanget oder ausgehen würde / das alles ſoll krafftloß /

**tod und abſeyn / inmaſſen wir es auch iſt alsdann und dann als**
**iſt hier mit caſſiren / töden und abthun** ; partim remedium læſis
pollicetur in verbis; **Und wo Noth / denen Beſchwehrten Par-**
**theyen derhalben nothdürfftige Urkund und briefflichen Schein**
**zu geben und wiederfahren zu laſſen ſchuldig ſeyn ſollen** / additâ ſi-
mul doli clauſulâ, de quâ modò dictum: **Argeliſt und Geſehrde**
46 **hierinnen ausgeſchieden**; Utrumque jam in Capitulatione Ca-
roli V. *art. penultimo ſeu 33.* habetur & in ſubſequentibus re-
petitur, niſi quòd in Capitulatione Carolinâ quæ extant ver-
ba: **der begehrenden Parthey** usque ad Capitulationem Rudol-
phi II. ſervata ſint; in Capitulatione verò Matthiæ illorum lo-
co veniant illa: **der Beſchwehrten Parthey** / donec in Capitula-
tione Ferdinandi IV. articulo 39. pluralis numeri verba **den**
**beſchwehrten Partheyen** ſurrogata & in ſequentibus retenta
47 eſſent. Caſſationi porrò adjecta eſt clauſula: **iſt alsdann und**
**dann als iſt**; Quæ ipſa hoc importat, ut ex præſenti tempore
nullum omninò declaretur negotium futurum, quod LLbus
contrarium, & viciſſim præſens tale negotium in futurum
pro nullo & invalido reputetur. de quâ cl. vid. Wehner. *in*
*Obſ. Pract. voc.* **Iſt alsdann** & Gylmann. *in Symph. Tom. 2.*
*part. 2. vot. 18. n. 1. fol. 57.*

§. 9. Ex dictis clarum eſt, hunc articulum *ex ſe* qui-
dem *non eſſe* Regiæ poteſtatis *limitativum*, cùm Jura lata tan-
48 tùm confirmet; eſſe tamen *per conſequentiam*, cùm ſumma
poteſtas uti legem ferre, ita eandem rurſus in Republ. abro-
gare vel circa eam diſpenſare poſſit, quod in hôc
articulô prohibetur.

COM-

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XXXIIX.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA AUDIENDOS STATUS IMPERII IPSORUMQUE LEGATOS, CIRCA CONFIRMATIONES PRIVILEGIORUM ET RENOVATIONEM FEUDORUM, UT ET CIRCA COMMUNICATIONEM CUM ELECTORIBUS FACIENDAM.*

## SUMMARIA.

I. PRimum *hujus articuli membrum agit de audiendis ac expediendis Legatis Statuum Imperii in Aulâ Caſareâ.* 1.
*A quibus non excluduntur Legati Nobilitatis immediatæ.* 2.
*Huic Sanctioni occaſionem dediſſe creditur Rudolphus II. Imp.* 3.
*Quem difficulter admodum ſui copiam feciſſe perhibent.* 4.
*Quæſtio tangitur : An immediata Nobilitas jus mittendi Legatos habeat?* 5.

II. Alterum *membrum de confirmatione Privilegiorum & Inveſtitura feudorum Imperii tractat.* 6.
*Conſonantia priorum Capitt. notatur.* 7.
*De Confirmatione Privilegiorum jam ſupra ad Art. III. actum eſſe innuitur.* 8.
*Quid circa renovationem Inveſtituræ textus diſponat?* 9.
*Ut Inveſtitura poſterior concordet*

*cum priori, Jus Feudale Comm. dictitat. 10.*

*Nec (1.) contradictio facta attendi debet. 11.*

*Nec (2.) propter editionem Pactorum familiæ eadem remoranda. 12.*

III. Tertium *articuli membrum de communicatione cum Electoribus & , pro re nata , cum cæteris Statibus Imperii facienda tractat. 13.*

*In Capit.* Matthiæ *tantùm Electorale conſilium requiritur. 14.*

*In Cap. autem Ferd. IV. & reliquorum Impp. etiam Statuum Imperii mentio fit. 15.*

*Illud tamen* ſimpliciter *deſideratur. 16.*

*Electoribus n. major dignitas & prærogativa competit. 17.*

*Id quod ex titulis eorum abunde colligitur. ibid.*

IV. *Res communicandæ (1.) debent eſſe inſignis momenti* 18.

*Illa quodammodo explicantur in Inſtr. Pacis. 19.*

V. *(2.) Concernere debent ipſum Imperium. 20.*

*Hic textus minus rectè adduci creditur, pro Jure Principum* das Fürſtenrecht; *firmando. 21.*

*Cum Praxis Imperii refragetur, 22.*

*Et conſtitutio Friderici II. 23.*

*Nec non Conſt. Caroli V. 24.*

*Inſtrumentum Pacis. 25.*

*Receſſus Imperii Noviſſimus. 26.*

*Ius item Feudale. 27.*

*Et ipſa A. Bulla. 28.*

*Atque Ordinatio Iudicii Aulici. 29.*

*Concluditur , Ius cognoſcendi de Feudis Imperii majoribus ſolius Imperatoris eſſe. 30.*

VI. *Reſpondetur ad argumenta eorum , qui contrariam ſententiam fovent. 31.*

*Aliud eſt de crimine illuſtris Vaſalli, quamobrem feudo privari debeat , cognoſcere , aliud de Feudis inter Convaſallos judicare. 32.*

*Priori in caſu pares Curiæ adhibentur, non poſteriori. 33.*

*Feuda Imperii ſ.* Reichs-Lehen/ *potiſſimum* ſubjectivè & materialiter *ſic appellantur. 34.*

*Liberæ voluntati Imperatoris relictum videtur, utrum ipſe ſolus, an adhibitis Statibus Imperii cauſas Iuſtitiæ dijudicare velit?* 35.

VII. *Dicitur , articulum hunc quoad tertium membrum eſſe* limitativum. 36.

*Quoad priora verò* normativum. 37.

§. I.

## §. I.

ET hic quoque Articulus tribus abſolvitur membris: *Primum*
agit de audiendis ac expediendis ſine morâ Electoribns & 1
Statibus Imperii ipſorumque Legatis , comprehenſâ quoque 2
immediatâ Imperii Nobilitate : Quod membrum primâ vice
Capitulationi Matthiæ *art. 40.* eſt inſertum & in ſubſeqq. re-
petitum, niſi quod in Capitulatione Leopoldinâ immediatæ
Imperii nobilitatis mentio primum fiat. Atque huic ſancti- 3
oni Rudolphus II. occaſionem dediſſe creditur , eò quòd in
audiendis Principibus Imperii ipſorumque Legatis juſto par-
cior eſſet, nec ſine impatientiâ aliorum oculos in ſe conver-
ſos exciperet: ut hinc proverbio, quod refert Limnæus *ad art.* 4
*40. Cap. Matthiæ*, locum daret: **Er läſſet ſich ſelten ſehen wie der
alte Kayſer.** De immediatâ Nobilitate aliàs quæritur: *An jus* 5
*mittendi Legatos habeat*? Et concedunt id ipſum Publiciſtæ No-
bilibus ſociatis in Sueviâ, Franconiâ & ad Rhenum, quatenus
in Corpore, ſeu *Cantonibus* ſuis conjunctim ſpectantur , non
verò, ut *ſingulis*, quemadmodum propterea ad experientiam
provocat Mylerus, *de Princip. & Statib. Imp. c. 19. n. 6.* Add.
Kulpis *de Legat. Stat. Imp. c. 8. num. 17.* Sed argumentum
forte non infirmum pro eô indiſtinctè probando exinde peti
poteſt, quòd hic in textu Nobilitati immediatæ eadem præ-
rogativa tribuatur, quæ Principibus & Statibus Imperii aſſe-
ritur.

§. 2. *Alterum* membrum hujus articuli confirmatio- 6
nes Privilegiorum & renovationem Inveſtituræ Feudorum
Imperii tangit, quando nim. Rex Romanorum Statibus Im-
perii necnon immediatæ Nobilitati ſine morâ utrumque ſe
conceſſurum promittit. Quod ipſum ſimiliter primâ vice 7
Capitulationi Matthiæ; & quâ Nobilitatem Imperii comple-
ctitur

filii Electorum fit mentio, dum ita ſtatuitur: **zu wichtigen Sa-
chen ſo das Reich betreffen / bald anfangs der Churfürſten Rath
und Bedencken Uns gebrauchen/** quod usque ad Capit Ferdinan-
di III. *art. 42.* continuatur. In Ferdinandi verò IV. Capi- 15
tulatione etiam Statuum Imperii Conſilium, & quod absque
eô nihil ſuſcipere velit Imperator, annexum eſt, ibi: **auch
nach Gelegenheit der Sachen Fürſten und Stände Raths Beden-
ckens Uns gebrauchen / und ohne dieſelbe hierinn nichts vornehmen.**
Idemque in Leopoldinâ & Joſephi Capitulatione repetitum. 16
Obſervanda tamen hæc eſt differentia, quòd conſilium Electo-
rum in dd. Capp. *ſimpliciter* deſideretur, Statuum verò Im-
perii demum *pro re natâ* **Nach Gelegenheit der Sache.** Ne- 17
que immertò; cum Electores ſint intimi Cæſaris Conſiliarii,
**Unſere innerſte Räthe** / quem titulum primâ vice in Capitulati-
one Joſephi advertere licet. Quanquam & majoribus elo-
giis iidem cumulentur in LLbus Imperii paſſim. Sic in A. B.
& quidem in *c. 2. §. 5.* vocantur *propinquiora membra Imperii*
*in cap. 3. §. 1. Columnæ Imperii*, quæ ſacrum ædificium ſolerti
pietate ac prudentiâ ſuſtentant, quorum præſidio dextera Im-
perialis potentiæ roboratur: *In cap. 12. §. 1. Baſes Imperii* &
columnæ immobiles: In *cap. 24. poſt pr.* Pars *corporis Majeſta-
tici* appellantur. add. Capit. Leopoldi *art. 46.* Unde etiam
plura cum Electoribus Jura Majeſtatis ſunt communicata,
quæ ad Comitia & omnes Status Imperii non ſpectant.

§. 4. Quæ verò ſint cauſæ, quarum communicatio fie- 18
ri debeat, ſingulatim hîc non exprimitur, ſed id ſaltem de-
terminatur, *primò* ſcil. Quòd res debeant eſſe inſignis momen-
ti, maximique præjudicii & conſequentiæ, **in wichtigen Sa-
chen ſo von hoher** Præjudiz **und weitem Außſehen ſind.** In Ca-
pitulatione Ferdinandi IV. & ſeqq. Impp. addita ſunt verba:
**ſo von hoher** Præjudiz **und weiten Außſehen**; in prioribus autem



Digitized by Google

à Matthia usque ad dictum Ferdinandum, tantùm legitur:
19 zu oder in wichtigen Sachen; & in Inſtrumentô Pacis Cæſareô-Suecicô *art. 5. §. 20. vers. Quoad Proceſſum 54.* ita ſancitum reperitur: ***Liberum ſit ſuæ Majeſtati in cauſis majoribus & unde tumultus in Imperio timeri poſſent, inſuper etiam quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum ſententias & vota requirere;*** Adeoque hîc quodammodo explicantur cauſæ majores, & tales eſſe dicuntur, unde tumultus in Imperio timeri poſſent, ſeu quarum executione Imperii ſalus periclitaretur, quam formulam ſupra adhibuimus. Quanquam poſteriora illa Inſtrumenti verba pro exemplô ſpeciali generalium priorum haberi quoque valeant.

§. 5. *Secundo* hic determinatur, quòd cauſæ illæ con-
20 cernere debeant *Imperium ipſum* per verba textus: **Sachen ſo das Reich betreffen.** Hinc excluduntur cauſæ Statuum ſingulares & quando agitur de adminiſtrandâ juſtitiâ, cùm illæ, quà tales, non immediatè Imperium, ſed per conſequentiam &
21 mediatè ſaltem concernant. Unde hic textus minùs rectè adducitur pro jure Principum das Fürſten-Recht/ quod dici ſolet, firmando vel probando, quaſi videlicet Imperator non poſſit cognoſcere de Feudis Imperii majoribus, qualia ſunt Principatus, Ducatus, & Comitatus, niſi adhibitis ſimul Paribus Curiæ ſeu Electoribus & Principibus Imperii; Cum huic opinioni, quamvis à multis defenſæ, (uti videre eſt ap. Limn. *l. 2. J. P. c. 9. n. 32. ſeqq. & in Addit. ibid.* Auctorem Scripti ap. Londorpium *in Act. Publ. Tom. 1. cap. 5.* Struv. *Synt. Jur. Feud. cap. 16. diſp. 20. th. 3.* Dn. Cancell. Strauchium *in Diſſert. Exot. Jur. Publ. Diſſ. 3. th. 9.* Burgoldenſem *ad Inſtr. Pac. p. 2. d. 20.*
22 *th. 3.* & alios.) Praxis Imperii reclamet, quemadmodum cauſa Haſſiaca inter Sereniſſimos Haſſiæ Landgravios lineæ Darmſtadinæ & Caſſellanæ Succeſſionem Marpurgicam reſpici-

ſpiciens à Ferdinando II. cauſa item Haſſiaca inter lineam regentem Darmſtadinam & Homburgenſem à Ferdinando III. cauſa Oldenburgica inter Duces Holſatiæ lineæ Gottorpienſis & Plœnenſis à Leopoldô Imperatore deciſa; Cauſa denique Juliacenſis inter Domum Saxonicam & Brandeburgicam de Succeſſione Juliacenſi & Clivenſi quæ adhuc hodie ventilatur, docere poterit. Nec Praxis ſolùm, verùm & ipſæ LL. Imperii tam antiquæ quàm novæ commonſtrant, Imperatori ſoli jus hoc rectè vindicari, Ita enim (2.) Conſtitutio Friderici II. ap. Goldaſtum *part. 1. Conſt. Imper. p. 21.* quam & Albertus Imperator repetiit, loquitur: **Fürſten und andere hohe Leute/wo es** 23
**gehe an Ihr Leibe oder an Ihr Recht / oder an Ihr Erbe / oder an Ihre Ehre / das wollen Wir ſelber richten** / ut & (3.) Conſtitutio 24
Caroli V. **vom Regiment zu Wormbs** de A. 1521. §. **Ob auch Sachen fürfielen / Fürſtenthum / Graffſchafften /** &c. **belangende / ſo vom Reich zu Lehen rühren / und einem Theil gäntzlich und endlich abgeſprochen werden ſollen / derſelben Erkantnuß wollen Wir Uns (der Käyſerl. Mayeſt.) hierinn auch vorbehalten haben /** quæ repetitur in *Ord. Cam. Part. 1. Tit. 7. §. 2.* Accedit (4.) 25
Inſtr. P. *art. 4. in fin.* ubi de cauſâ Juliacenſi expreſſe ſtatuitur, quod Pace confectâ ordinariô Proceſſu coram Cæſarea Majeſtate ipſa dirimi debeat. Et (5.) *R. J. de A. 1654.* §. **Dem-** 26
**nach auch** 188. ubi dicit Imperator de cauſâ Haſſiacâ Homburgenſi, **daß ſolche von Uns** (Imperatore) **erörtert worden.**
Quemadmodum & (6.) Jus commune Feudale id ipſum exi- 27
git, ut Imperator, qui ſolus inveſtiendi jus exercet, inter Principes Imperii, tanquam Vaſallos, Judex ſit competens. 2. Feud. 34. pr. *cap. Imperialem §. 2. vers. Præterea, X. de Prohib. Feudi alien. per Fridericum 2. F. 55. & cap. 1. pr. Apud quem vel quos controv. Feud. 1. F. 18.* Ut taceam (7.) *A. B. in cap.* 28
*7.* eò digitum intendere, quando aſſeritur Imperatoris eſſe, proſpicere de Principatibus, quos Sacro Rom. Imperio vaca-



Digitized by Google

29 re contingeret. Adhæc (8.) Ordinatio Judicii Cæſareo - Au-
lici *Tit. 2. pr.* expreſſis verbis Imperatori adſcribit facultatem
judicandi de Feudis majoribus æquè ac minoribus, ibi: **hohe**
30 **und niedere Lehen.** Denique (9.) cùm Imperator maximis &
minimis æqualiter juſtitiam adminiſtrare debeat, imò etiam
fons ſit omnis Juriſdictionis, nec quidquam de hôc Jure in
Capitulatione detractum reperiatur: reſervatum id omninò
Imperatori, adeòque textum noſtrum de cauſis Imperii non
Juſtitiæ & Statuum litigantium ſingulorum agere dicendum
erit.

31 §. *6.* Neque verò, quæ in contrarium moventur, tan-
ti eſſe ponderis videntur; ut in eandem ſententiam nos indu-
cere valeant. Quod enim 1.) dicitur; Jam ante Friderici II.
tempora invaluiſſe, ut, quoties de Illuſtri Imperii Vaſallo, ob
patratum crimen feudô exuendo ſit actum, Principes in con-
ſilium eſſe vocatos, uti plura exempla allegat Conring. *Diſſ.
de Judiciis Imp. Germ. th. 49.* noſtram haud ferit aſſertionem;
cùm aliud ſit de crimine Illuſtris Vaſalli, quamobrem Feu-
32 do privari debeat, cognoſcere; aliud de Feudis inter Con-
vaſallos judicare; Sicut enim per ea, quæ *§. præced.* ſunt di-
cta, hôc in caſu ſolus Imperator cognoſcit; Ita longe aliter ſe
res habet, quoties ob delictum Illuſtres Vaſalli feuda amittunt;
tunc enim pares Curiæ ſeu Principes Imperii ſimul eſſe Judi-
33 ces, nullum omninò eſt dubium *per text. 2. F. 55. in fin.* Un-
de & 2.) nihil ad rhombum facit Exemplum Erici V. Ducis
Saxo - Lauenburgici, Electoratu Saxonico, qui Friderico Mar-
chioni Miſniæ de novô eſt conceſſus, exuti: ubi Sigismundus
Imperator Pares quoque Curiæ in judicium adhibuiſſe legi-
tur; cùm eadem heic locum inveniat reſponſio, quam modo
dedimus. vid. quæ notavimus *ad Schvveder part. 2. ſect. 1.
cap. 9. §. 8.. ad verba : Non Imperatoris tantùm.* Quod 3.)
oppo-

opponitur, Feuda Statuum non eſſe tantùm feuda Im-
peratoris verùm etiam Imperii, & dici propterea **Reichs-** 34
**Lehen**; ad illud reſpondetur, potiſſimum *ſubjectivè &*
*materialiter*, quatenus nimirum in Imperio ſita ſunt,
partemque Imperii conſtituunt, non verò *efficienter* ea
ſic appellari: cùm ex A. B. *cap. 5.* conſtet, ſolum Impera-
torem jus inveſtiendi exercere. Et quod (4.) Conſtitutio Ca-
roli V. §. **Ob auch Sachen fürſielen** / excludat tantùm Regi-
mentum Imperii vel etiam Cameram Imperialem & Auſtre-
gas, non verò Principes & Status Imperii, ſeu Pares Curiæ;
haud ſatis commodè è textu deducitur, cum potius verba,
ut jacent, Reſervatum Imperatoris innuant, ibi: **deren Er-**
**kantnuß haben Wir Uns auch vorbehalten**; Quod verò jus Im-
peratori eſt reſervatum, hoc cum Principibus & Statibus Im- 35
perii communicatum dici nequit. Breviter, Imperatoris *li-*
*beræ voluntati* hæc videntur eſſe relicta, an ſcil. cauſas juſtitiæ
tali modo emergentes ipſe ſolus dijudicare, an verò eam in rem
conſilium Principum & Statuum Imperii requirere velit,
prout hoc ipſum in Inſtr. Pacis Cæſareo-Suecicô *art. 5. §. 20.* v.
quoad *Proceſſum* 54. ibi: *Liberum ſit ſuæ Majeſtati &c.* ita eſt de-
ciſum; Unde ſi textus Capitulationis noſtræ neceſſitatem
quandam infert, cauſas Imperii communis non Statuum ſin-
gulorum de Feudis litigantium, concernit.

§. 7. Ex hactenus dictis patet, articulum quidem hunc
quoad tertium membrum eſſe poteſtatis Regiæ *limitativum*, 36
cum in cauſis majoris momenti Imperator conſilium Princi-
pum & Statuum Imperii adhibere debeat; tamen quoad re-
liqua membra, dum ſcil. Rex Rom. pollicetur, ſe Sta-
tus Imperii ipſorumque Legatos libenter audire, Pri- 37
vilegia & Jura ipſorum confirmare, nec Inveſtituram



Digitized by Google

ipſis debitam juſto diutius remorari velle; potiùs confirmativum & *normativum* eundem vocare licet: cum hæc aliàs ad poteſtatem Regiam ſpectare ſoleant.

# COMMENTATIO

## AD

## *ARTICUL. XXXIX.*

# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA MAGISTRATUS ET OFFICIA IMPERII.*

## SUMMARIA.

I. *Officia Imperialia in triplici ſunt differentia.* 1.
*Officia Imperatoris Aulica ſ.* domus Auguſtæ, die Hoff-Aembter *ipſe pro lubitu diſtribuit.* 2. 3.

II. *Agitur (1.) de Intimo vel Secretiori Cæſaris Conſilio* 4.
(2.) *Judicio Imperiali Aulico.* 5.
*Hac inter ſe quàm maximè differunt.* 6.
*Quomodo Cauſa litigioſa ad Secretius Conſilium trahantur?* 7.
(3.) *de Conſilio ſtatûs Bellici.* 8.

III. *Jus conſtituendorum Magiſtratuum & Officialium Imperii ad* Jura reſervata *ſpectat.* 9.
*An &* ſummum Belli Ducem *ſolus Imperator conſtituere valeat?* 10.
*Quod negatur: cum Jus Belli ſit Jus Comitiorum.* 11.

*Sic*

*Sic nec Aſſeſſores Cameræ ſolus Imp. conſtituit.* 12.

IV. *Conſiliarii Cæſaris in utroque Senatu, debent eſſe*

(1.) *Viri Illuſtres, probi & honeſti.* 13.

(2.) *Natione* Germani. 14.

(3.) *Non tantum Subditi & Vaſalli Imperatoris.* 15.

*Ne ſcil. res Imperii abs ſolâ Natione Auſtriaca tractentur.* 16.

(4.) *Poſſeſſionibus gaudeant in Imperio.* 17.

(5.) *Sint LL. Imperii periti.* 18.

(6.) *Nec alii Principi obligati.* 19.

V. *Diſquiritur, An etiam alius, quàm Germanus, Dux militiæ Summus Exercitui Imperii præfici queat?* 20.

*Pro negativa pugnat Capitulatio Ferdinandi III.* 21.

*Et aliæ LL. Imperii.* 22.

*Affirmativa autem defenditur ex praxi Imperii.* 23.

*Et ex clauſula Limitativa Capitulationibus adjecta.* 24. 25.

VI. *Transgreſſio fit ad alios Imperatoris Officiales.* 26.

*Quales ſunt: Commiſſarius Cæſareus Principalis in Comitiis Imperii.* 27.

VII. *Præſes & Vice-Præſes Judicii Cæſareo-Aulici.* 28.

*Qui iterum non niſi* Germanus *eſſe poteſt.* 29.

*Ratio additur.* 30.

*Ejus officii partes breviter recenſentur.* 31.

*Vice-Præſidis officium in ſpecie, quodnam ſit.* 32.

*Cui Directorium competat utroque abſente.* 33.

*Singulare quoad Seſſionis ordinem in Præſide notatur.* 34.

VIII. *Transgreſſio fit ad Jura Officiorum Officialiumque.* 35.

*Jura illa potiſſimum conſiſtunt in dignitatibus & fructibus.* 36.

*Quò ſpectant* Regalia *pro ſubſcriptione.* 37.

*Item: baculi argentei.* 38.

*Apparatus in quo ſedet Imperator.* 39.

*De prærogativa Nobilium antiquiorum* ſo Stifftmäſſig ſeyn/ *ſingulare quid occurrit & notatur.* 40.

*Inter Nobiles, Barones atque Comites nominis pariter atque rei diſcrimen ſubeſt.* 41.

*Quod tamen non ſemper attenditur.* 42.

IX. *Electori Moguntino quoad Conſtitutionem nonnullorum Officiorum proſpicitur.* 43.

*Scil. in Cancellaria Judicii Aulici.* 44.

*In Summis enim Imperii Judiciis Ipſe jus habet ordinandi Cancellarias & earundem Miniſtros.* 45.

*Plures perſonæ, quas Idem conſtituit, recenſentur.* 46.

*Differentia notatur inter Vice-Cancella-*

Digitized by Google

*cellarium Imperii & Præfectum Cancellariæ Cameralis.* 47.

X. *Eſt hic articulus maximam partem* limitativus *poteſtatis Regiæ.* 48.

## §. I.

1 AGitur in hoc articulô, primùm de Conſtitutione officiorum, poſtea quoque de conſervandis eorum & Officialium Juribus. Officia Imperialia in triplici ſunt differentiâ, vel enim Electoratibus ſunt annexa, & dicuntur **Ertz-oder Chur-Aembter**; vel ſpectant ad Electorum Vicarios, & vocantur **Erb-Aembter** / vel etiam ad Aulam Cæſaream ſpecialiter referuntur & appellantùr: **Hoff-Aembter**. Enimverò hæc ultima rurſus diſtinguuntur in officia domûs Auguſtæ, quæ in
2 ſpecie, **Hoff Aembter** dicuntur, & in officia Imperii Aulica, quæ vocantur **Reichs-Hoff-Aembter**; vid. Boecl. *in Notit. Imper. lib. 4. c. 1. n. 8. vers. Jus Magiſtratuum*; De hiſce inprimis in
3 Articulô præſente agitur; in illis enim libera Cæſari diſponendi voluntas eſt relicta; quin etiam paſſim in hôc articulô obvenientem reſtrictionem illam: **Wann Wir des Heil. Reichs wegen im Krieg begriffen** &c. ad officia Imperii referri nihil vetat, quod clariùs videre licet ex *Cap. Ferdin. IV. art. 41.*

4 §. 2. Mentio autem hic (1.) fit, Intimi vel Secretioris conſilii Cæſarei. (2.) Judicii Imperialis Aulici, quod pri-
5 mâ vice Cap. Matthiæ *art. 40.* inſertum legitur, in reliquis Capp. repetitione factâ: quamvis de officiis in genere, **von den Königlichen und des Reichs Aembtern am Hoff und Reich/** jam in Capitulatione Caroli V. *art. 13.* nonnihil diſpoſitum, idque in Cap. Ferdinandi I. *art. 12.* Maximiliani II. *art. 8. vulg. edit. ſed Thulemariana art. 12.* Rudolphi II. *art. 12.* Matthiæ, *art. 13.* Ferdin. II. *art. 11.* Ferd. III. *art. 15.* repetitum ſit. At-
6 que hæc duo Conſilia ſeu Collegia quàm maximè invicem diffe-

differunt, dùm in illô cauſæ tractantur *rationem Status* totius Imperii concernentes, in Senatu verò Cæſareo-Aulicô cauſæ controverſæ ad *Jurisdictionem* ſpectantes agitantur, adeòque in hôc quid juſtum, in illô verò, quid è re Imperii ſit, quidque ratio Status fieri depoſcat, conſideratur; Et quamvis et- 7
iam litigioſæ cauſæ in Judiciô Cæſareo-Aulicô ventilatæ interdum ad Secretius Conſilium trahantur, quâ de re infra agetur ſuo loco: hoc tamen non directò fit, ſed per conſequentiam, ſi ſcil. tumultûs & motûs in Imperio propterea ſint metuendi; Tunc enim de ſententiâ in Conſiliô Cæſareô-Aulico ferenda Imperator prius in Conſilio Secretiori deliberat; vel etiam cum Electoribus aliisque Principibus & Statibus Imperii eâ de re communicationem inſtituit, prout ex Inſtr. Pacis, *art. 5. §. 20. vers. Quoad Proceſſum 54.* colligere datur. add. Limn. *ad Capit. Matthiæ art. 40. ad verb.* 8
Geheimen und Reichs-Hoff-Rath / *& ad Capit. Leopoldi art. 42.* Additur (3.) in Capitulatione Ferdinandi III. *art. 15.* & Ferd. IV. *art. 41.* Conſilium Statûs Bellici, tunc demum ſecundùm LL. inſtituendum, quando ipſum Imperium bello implicatur, quod in ſubſeqq. Capp. eſt repetitum. Wann Wir/ nehmlich der Kayſer / des Heil. Reichs wegen im Krieg begriffen. uti legitur in Capit. Ferd. IV. Si enim bellum Imperatori non ratione Imperii, ſed Provinciarum hæreditariarum intuitu infertur, tunc facultas omninò libera quos adhibere hîc Officiales velit, Ipſi eſt relicta, cum & Statibus Imperii hoc ſit conceſſum.

§. 3. Spectat autem hoc jus conſtituendorum Magi- 9
ſtratuum & Officialium Imperii ad Jura Majeſtatica Imperatori *reſervata*, uti probatur partim ex *R. J. de A. 1594.* §. Und ob wohl auch 47. ubi Comes Lippiacus ab Imperatore Commiſſarius conſtituitur: partim ex praxi quotidianâ. Quemadmodum in Jure Romano (vid. *l. 1. pr. ff. ad L. Jul. Amb.*)

ad curam Principis, non populi favorem creatio Magiſtratuum pertinere dicitur. Add. *l. ult. C. ad L. Jul. Repetund.* An
10 verò etiam Summum belli Ducem ſolus Imperator conſtituere valeat, non exiguæ quæſtionis eſt, aliis affirmativam, aliis negativam ſtatuentibus; Verùm quia Jus belli penes Imperatorem & Comitia conjunctim reſidet: hinc quoque Summum Belli Ducem cum conſenſu Ordinum Imperii conſti-
11 tuit Imperator, uti hùc facit *R. I. de A. 1500. rubr.* des Reichs Haubtmann betreff. 52. *R. I. de A.* 1541. §. Und dieweil Uns 55. *ſeq. R. I. de A.* 1567. §. So hätten Wir 42. Quemadmodum & in
12 Cameræ Imperialis Judicio id limitationem quandam admittit, dum Aſſeſſores ejus ab Electoribus quoque & Circulis Imperii præſentantur. vid. *O. Cam. part. 1. Tit. 1. & 2.* & J. P. *art. 5. v. penult.*

13 §. 4. Conditio verò Conſiliariorum & Aſſeſſorum ad iſta Collegia vocandorum latè in textu deſcribitur; ut ſcil. 1.) ſint ratione originis, Principes, Comites, Barones, Nobiles, vel alii viri probi & honeſti, namhaffte / redliche / ehrliche Leute /
14 uti hinc inde vocantur; (2.) ratione nationis *Germani*, cum in quâlibet Republicâ ad Magiſtratuum honores aliaque officia publica evehi indigenas magis quam peregrinos expediat. vid. Lipſium *Lib. 3. Polit. cap. 4. n. 4.* Adde in ſpecie
15 de Præſide Judicii Cæſareo-Aulici artic. hunc in fin. Et 3.) non tantùm ſubditi & Vaſalli Imperatoris ſed etiam alii, qui in Germania nati & educati, honoribus iſtis mactari debent. quod primâ vice Capitulationi Ferd. II. *art. 39.* eſt inſertum & in ſubſequentibus repetitum; ne ſcil. res Imperii ab unâ & ſo-
16 lâ natione Auſtriacâ tractentur, adeòque æmulationi cæterarum Provinciarum Imperii locus detur; cùm & aliâs ex omnibus Provinciis, quibus imperat Princeps, Conſiliarios idoneos conquirere debeat, quippe qui de moribus Provin-
cia-

Digitized by Google

cialium ſuorum magis informati eſſe ſolent. 4.) Ratione
bonorum cavetur, ut poſſeſſionibus gaudeant, die im Reich 17
Teutſcher Nation nach Standes Gebühr angeſeſſen und begüthert
ſeynd / quandoquidem illi majorem Patriæ curam gerere cen-
ſentur, quàm qui bonis omninò ibidem deſtituuntur, & res
familiaris uniuscujusque, obſidis pignorisque vice eſſe apud
Remp. ſoleat, quemadmodum vult A. Gellius *lib. 16. Noct.
Attic. c. 10.* 5.) Deſideratur: *Ut ſint Legum Imperii periti*
der Reichs Satzungen (uti primitus in Cap. Leopoldi legitur) 18
wohl erfahren vel, uti priores habent der Reichs Sachen wohl
erfahren; quò ſcil. melioribus conſiliis juvare Imperatorem &
cautiùs inſuper proſpicere poſſint, ne Ille quidquam agat,
quod Legibus ſit contrarium. Et (6.) denique: Ne cui Prin- 19
cipi ſive Imperii, ſive Extero ſpecialis officii ratione præter-
quam Imperatori ſint obligati; Atque hoc poſtremum Capi-
tulationi Ferdinandi IV. primâ vice eſt annexum.

§. 5. Quod verò de Natione Germanicâ in textu Ca-
pitulationum dicitur, occaſionem dedit diſquirendi: *An et-* 20
*iam alius quam Germanus Dux belli Summus in exercitu Im-
perii conſtitui queat*? Et pugnat pro negativâ textus in Cap. 21
Ferdinandi III. *art. 15.* ubi cautum videtur, ne alius quàm
Germanus conſtituatur, ibi Unſern Kriegs-Rath und hohe Kriegs-
Officia mit keiner andern Nation dann gebohrnen Teutſchen be-
ſetzen und verſehen. Accedit R. I. Wormatienſis de A. 1521. §.
Demſelben Volck; ibi: Sollen Teutſche Haubtleute und
Kriegs Räthe zugeordnet werden; Et R. I. de A. 1541. §. Und die-
weil Uns. 55. ibi: Einen Oberſten gnädiglich zuverordnen / wel-
cher dieſem Werck zu Unſer und des Heil. Reichs Ehre / Nutz
und Wohlfarth vorſeyn möge / doch aus dem Heil. Reich Teut-
ſcher Nation, und daß derſelbige Uns und gemeinen Ständen
mit Eyden und Pflichten verwandt ſeyn ſoll. Præterea in Ca- 22

pitulatione Caroli V. *art. 13. & ſeqq. Impp. ad Ferd. III. usq.* generaliter eſt ſtatutum, neOfficia Imperii,inter quæ certè eminet ſuprema Militiæ Præfectura, de qua nunc ſermo eſt,
23 committantur aliis quàm Germanis; Aſt quoniam Imperatores ſæpè etiam Exteros Imperii Exercitui præfecêre, quemadmodum ipſe Ferdinandus III. Octavium Piccolominæum, Italum Summum belli Ducem conſtituit; Inſuper in Capitulatione Ferd. III. *art. 15. allegato* hæc legitur limitatio, Inſon-
24 derheit wann bey Beſtellung des Kriegs-Raths und hohen Kriegs Aembtern mit denen Außländiſchen Teutſche Subjecta in gleicher qualification concurriren; quô ipſo innuitur, Exterum poſſe conſtitui, ſiquidem Germanus tanti muneris capax non adſit, uti etiam ſecundùm eandem limitationem R. J. de A. 1653. §. Und demnach. nec non R. J. de A. 1641. §. zu der Teutſchen ꝛc.
25 ſunt interpretandi; Imò ex noſtrô textu idem omninò patet, quando dicitur: mehrerntheils aus denen/ ſo im Reich Teutſcher Nation gebohren und erzogen; quam ipſam limitationem jam in Capitulatione Ferd. IV. adjectam videre licet. Hinc meritò in tali caſu etiam alius quàm Germanus Bello Imperii præfici poterit. vid. Stamler *de Reſervatis Imperatoris* §. *60. n. 6.* & Limnæus *ad Capit. Leopoldi art. 40. ad verba*: Kriegs-Rath.

26 §. 6. Quod hactenus de Conſiliô Secretiori, Conſilio Cæſaris Aulico & Conſilio Status belli dictum eſt, id porrò in textu ad alia Imperatoris officia Aulica, & quæ Imperator ſive intra Germaniæ limites, ſive extra candem conſtituere ſolet, extenditur, ibi: Ingleichem Unſere Käyſerliche und des Reichs Aembter am Hoff/ (quod in Capitulatione Caroli V. *art. 31.* jam legitur:) und die Wir ſonſten in- oder außerhalb Teutſchlands (quæ Cl. demum Capit. Leopoldi *art. 40.* eſt inſerta) zu begeben und zu beſetzen haben. Ad prius Officiorum genus

genus inprimis ſpectat officium Commiſſarii Principalis,
qui nomine Imperatoris Comitiis Imperii præficitur ; qua- 27
les fuêre hactenus Epiſcopus Eichſtettenſis , Marchio
Badenſis, Comes Windiſchgrætzius & hodiè Princeps Lobco-
vicenſis ; Ad poſterius autem pertinet *Protectio Germaniæ*,
qua intelligitur illud officium quod Romæ conſtitutum eſt
in gratiam Germanicæ Nationis , ut ſcil. accuratius obſerve-
tur, quicquid ad commodum vel incommodum hujus Nati-
onis machinatur Curia Pontificia : quod ipſum regulariter
Cardinali Eccleſiæ Romanæ demandari ſolet.

§. 7. Præterea quoque in textu fit mentio *Præſidis &* 28
*Vice Præſidis Judicii Cæſareo-Aulici* ; quo munere rurſus non
niſi Princeps , Comes vel Baro Imperii, qui poſſeſſiones ibi
mediatas vel immediatas habeat , mactari debeat , additâ
ratione, quò ſcil. Statibus Civibusque Imperii juſtitia ritè ſeu 29
impartialiter & ſine morâ, **unpartheyiſch und ſchleunig** / admi-
niſtretur , quod primâ vice Capitulationi Leopoldi *art. 40.*
eſt inſertum. Jubet enim antiqua Germaniæ conſuetudo , 30
ut cauſæ Germanorum non niſi à Germanis dijudicentur ; &
abſurdum foret , non inveniri Judicem in Germaniâ , qui
Germaniæ lites dirimat, ſed Germanos extra Germaniam eſ-
ſe quærendos, uti loquitur Petr. Heig. *p. 1. qu. 5. n. 17. 18.* add.
Arum. *de Comit. c. 5. n. 36. ſequ.* Cæterùm Præſes aut Vice-
Præſes Judicii Cæſareo-Aulici loco Cæſaris , tanquam Judi- 31
cis (vid. Ord. Jud. Imp. Aulici, *Tit. 1. in pr.* **deſſen oberſtes Haupt
und Richter Wir allein und ein jeder Römiſcher Kayſer ſelbſt iſt**)
hoc Supremum Dicaſterium dirigit, cauſas proponit, vota col-
ligit & concludit, Conſiliarios item antecedit omnes & reli-
quos Judicii hujus miniſtros in officiô continet : Denique
Conſiliariis noviter adductis præſtitô juramentô locum aſſi-
gnat. vid. dict. O. Tit. 1. pr. & §. **In ſolchem Fall.** it. §. **Da
auch im Nahmen.** Vice-Præſes conſtituitur cum in finem ut 32

33 loco Præſidis abſentis vel ægrotantis officiô iſtô fungatur ;
Utroque verò abſente Conſiliariorum primarius equeſtris di-
gnitatis , directorium tenet. dict. *O. J. Aul. Tit. 1.* §. **Da aber
ſolcher**. Conf. **alte Cammer-Gerichts-Ordnung** de A. 1500. Tit.
34 **und erſtlich**. ibi: **Leibs-Kranckheit oder andere Nothſachen**. Quod
ſi tamen Comitiorum tempore Princeps Imperii in Judi-
ciô Cæſareô Aulicô in conſilium adhibeatur , Præſes ,
ſi minor ſit dignitate , ipſi tam diu cedere & directorium
permittere jubetur in **R. H. O.** *Tit. 1.* §. **Jedoch iſt unſer Vor-
behalt** / vid. Gerhard. *de Summ. Imperii Jud. diſc. 4. c. 1. & 2.*
Maurit. *de Judic. Cæſ. Aul. th. 8.*

35 §. 8. Alterum, quod in hôc articulô tractatur, de con-
ſervandis officiorum & officialium Juribus, iisque tàm in ge-
nere, quàm in ſpecie de Jure proëdriæ ſeu præcedentiæ agit.
De Juribus Officiorum in genere jam in Capitulatione Ca-
roli V. *art. 13.* ſic diſponitur: **die obbenannten Aembter bey Ih-
ren Würden / Gefällen / Rechten und Gerechtigkeiten bleiben und
denſelben nichts entgehen oder entziehen laſſen** / quod uſque ad
præſentem Joſephi Capitulationem continuatum eſt. Ju-
36 ra illa potiſſimum conſiſtunt in dignitatibus & fructibus.
Quò ſpectant *Regalia* , quæ Vice-Cancellario debentur pro
ſubſcriptione, quando quis in Nobilem Baronem, Comitem
37 vel Principem evehitur: Eidem baculi argentei, quibus ſigil-
38 lum Imperii in Solemnibus Curiis ſuſpendi ac præferri ſolet,
debentur per A. B. *cap. 27.* §. 2. Quando autem Princeps
vel alius ex Magnatibus Imperii, Feuda per Inveſtituram ac-
cipit, tunc Regalia, quæ ſolvuntur, æquis partibus cedunt
Magiſtro Imperialis Aulæ, & dicto Imperii Cancellario ; jux-
39 ta *A. B. c. 29.* §. 2. Sic etiam ligneus apparatus in quo ſe-
dit Imperator tempore coronationis vel ſicubi aliàs Curiæ ſo-
lennes celebrantur , Magiſtro Aulæ Imperialis relinquitur.

&

Digitized by Google

& quæ ſunt ſimilia. Ad conſervandam porrò dignitatem inprimis in textu diſponitur : Ne in Senatu Cæſareo-Aulicô, 40
Conſiliô bellicô aliiſque Collegiis, ubi Scamnum Equeſtre à plebejo diſtinguitur, inter Nobiles antiquioris familiæ, qui Epiſcopatuum capaces ſunt, (welche Ritter- und Stifftmäſſig gebohren) & inter Comites & Barones, votum & Seſſionem in Comitiis Imperii non habentes, nec ex tali familiâ Comitis vel Baronis oriundos, ratione præcedentiæ ſit differentia, ſed ordo ſecundùm tempus accepti officii obſervetur, prout hoc primâ vice Capitulationi Leopoldinæ innexum, inque Joſephinâ continuatum eſt. Nam licèt aliàs inter Nobilem, 41
Baronem ut & Comitem nominis pariter atque rei diſcrimen habeatur, cum in R. I. per particulam oder dilucidè abs ſe invicem diſtinguantur: vid. Saßungen vom gemeinen Pfenning zu Wormbs de A. 1495. Tit. von denen 7. Schaßmeiſtern & in Cammerg. O. *de A. 1500. Tit.* Und erſtlich 3. ibi : Ein Graff oder Freyherr; Adhæc nomen Comitis nomini Baronis in R. J. & communi ſtylo præponi ſoleat: in præſenti tamen caſu differentia nulla præter eam, quam temporis prioritas ſuppeditat, ex quo nim. in ordinem Collegii cooptati ſunt, attendi- 42
tur. Si verò Seſſionem & votum in Comitiis habeant vel ex ejusmodi Familiis, quæ jure Statuum gaudent, ortum ducant, tunc aliter ſe rem habere, ſupra modò innuimus.

§. 9. Tandem etiam circa conſtitutionem Officialium 43
Imperii hoc ſingulare in textu legitur: Ne Electori Moguntino in conſtituendis officiis Cancellariæ Judicii Cæſareo-Aulici impedimentum ſeu præjudicium fiat, aut, ſi quod factum 44
hactenus eſſet, ad conſequentiam non trahatur; (quod primâ vice in Cap. Ferd. IV. *art. 41.* proponitur) Si verò tale quid in poſterum fiat, nullum id omninò ſit & irritum; quod in Cap. Leopoldi art. 40. additum & utrumque in Joſephinâ

con-

continuatum eſt. Etenim Elector Moguntinus tanquam Ar-
45 chi-Cancellarius Imperii per Germaniam hanc ſibi poteſta-
tem juſtè vindicat, ut Summorum Imperii Judiciorum Can-
cellarias ordinet, ac Officialibus eaſdem & miniſtris inſtruat;
Inde non tantùm in Camerâ Præfectum Cancellariæ, **den Cantzeley-Verwalter** / Protonotarios, Notarios, Lectores ali-
46 aſque perſonas Cancellariæ Cameralis per *Ord. Cam. part. 1. Tit. 26.* Sed etiam in Judicio Cæſareo-Aulico Vice Cancellarium, Protonotarios, Secretarios, Regiſtratores, Protocolliſtas, Amanuenſes, aliosque famulos tam Germanicæ quàm Latinæ Cancellariæ conſtituit, uti præter textus Capitulationum, ibi: **in der Ihm allein dießfals zuſtehenden** Diſpoſition. etiam **R. H.** Ord. *Tit. 6.* §. **So ſollen auch die** Se-
47 cretarii &c. probat & innuit. Præfectus Cancellariæ in Camerâ Imperiali inter Aſſeſſores quidem non computatur. Vice-Cancellarium verò ſimul Judicii Cæſareo-Aulici Conſiliarium actualem eſſe, nemo erit, qui in dubium vocet.

48 §. 19. Eſt ergò hic articulus maximam partem *limitativus* poteſtatis Regiæ. Quod enim Princeps neque officia ſui Principatus pro lubitu diſtribuere miniſtris, nec quoque de præcedentiâ eorundem aliisque pro arbitriô diſponere poſſit, id utique pro limitatione Regiæ poteſtatis habendum.

COM-

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XL.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.
## *DE JURE ET OFFICIO REGIS*
*ROMANORUM CIRCA JUDICIUM CÆSAREO-AULICUM IN SPECIE, EJUSQUE ORDINATIONEM NEC NON CONSTITUTIONEM ASSESSORUM, SALARIA ET IMMUNITATES.*

## SUMMARIA.

I. *Connexio & propoſitum hujus articuli monſtratur. 1.*
*Diverſæ* Editiones *Ordinationis Judicii Aulici obſervantur. 2.*
*Primam concinnavit* Ferdinandus. I. *3.*
*Secundam* Matthias. 4.
*Tertiam* Ferdinandus III. *quæ noviſſima. 5.*
*Atque hic in textu intelligitur 6.*

II. *Cur iſthac Ordinatio à Statibus Imperii omnibus nondum recepta? 7.*
Gravamina *quædam ab iis exhibita tanguntur. 8. 9. 10.*
*Ut &* Monita *Eorundem ad Capit. 11.*
*Quarta* Editio *nondum in lucem prodiit. 12.*

III. *Quæſtio proponitur: An Status Imperii huic Ordinationi acquieſcere teneantur? 13.*
*Rationes pro* Negativa. *14. 15.*
*Rationes pro* Affirmativa. *16. 17. 18.*
*Quam veriorem eſſe concluditur. 19.*

IV. *Nova diſpoſitio circa Conſiliarios* Aug. Conf. *notatur. 20.*
*Illam verò exhibet* partim *Inſtrumentum Pacis. 21.*

Partim *Ordinatio Jud. Aul. noviſſima.* 22.

*Quantus eſſe debeat* numerus *Conſiliariorum in genere.* 23.

*Caſus nonnulli explicantur, in quibus Aſſeſſorum utriusque Religionis* paritas *obſervanda.* 24.

*Mediatis æque ac immediatis, ſi ſcil. illi contra hos agant, iſtud beneficium competit.* 25.

*Interdum* ficta paritas *ſtatuitur.* 29.

*Contra quem queritur Autor* der Grundfeſte. 27.

V. Salaria *eorum, qui huic Judicio interſunt, ſolvenda ſunt ex Camera Cæſarea,* auß der Käyſerlichen Hoff-Cammer. 28.

*Et quidem ante omnes alias expenſas.* 29.

*Favor Salariorum in Jure maximus.* 30.

*Singulare quid de Vice-Cancellario notatur.* 31.

VI. *Notantur quædam* (1.) *circa dignitatem & præcedentiam Aſſeſſorum.* 32.

(2.) *Circa eorum immunitatem ab oneribus tam realibus quàm perſonalibus.* 33.

(3.) *Circa exemtionem à Judiciis aliis quibuscunque.* 34.

*Cur non & tutela noſter textus, ſicut id alibi factum, meminerit?* 35.

VII. *De* Gabella detractionis *diſquiritur.* 36.

*Ab hac quidem ipſo jure, propter officium, quod gerunt, immunes ſunt.* 37.

*Non inutiliter tamen id in textu exprimitur.* 38.

*Speciatim quoque confirmatur libertas emigrandi.* 39.

*Nec ſine ratione.* 40.

VIII. *Privilegia & immunitates hactenus recenſita ad* viduas & liberos *quoq; extenduntur.* 41.

*Quamdiu ſcil. in eodem loco perſtiterint, nec civium ordini per nuptias ſemet aſſociarint* 42. 43.

*Eadem Extenſio pertinet ad* Agentium *viduas liberosque.* 44.

Agentes *ſunt vel* Ordinarii. 45 46.

*vel* Extraordinarii. 47.

IX. *Ad hos æquè ſpectant dicta immunitates.* 48.

*Explicatur, quare Extraordinariorum ſolummodo Agentium in textu mentio fiat?* 49. 50.

X. Dubium *removetur circa vectigalia & collectas, nec Agentibus, nec ulli alii perſonæ, Judicio Aulico inſervienti imperandas.* 51.

*Ordinatio Judicii Aulici ex Ordinatione Camerali ſæpius interpretationem recipit.* 52.

XI. *Et hunc quoque articulum maximam partem* limitativum *eſſe aſſeritur.* 53.

§. I.

## §. I.

POſtquam in præcedenti articulô de Officiis Imperii generaliter actum eſt, hîc de Judiciô Cæſareo Aulicô ſpecialis tractatio inſtituitur, dum de Authoritate Ordinationis ejus noviſſimæ, nec non de conſtitutione Aſſeſſorum eorumque Salariis & immunitatibus nonnulla diſponuntur. Ordinationem 1
Judicii des Reichs-Hoff-Raths Ordnung / quod concernit, diverſæ inprimis illius editiones, quarum tres numerantur, obſervandæ ſunt. *Primam* concinnavit Ferdinandus I. Auguſtæ Vindelicorum die 3. Aprilis A. 1559. quæ poſtmodum aucta 2
eſt à Maximilianô II. Imperatore duobus decretis, quorum alterum de A. 1591 *die 8. Octobris*, Nobiles Imperii immediatos concernit. Alterum verô *de A. 1596. die 1. Julii* nimiam commiſſionum frequentiam notat; quam invenire licet cum utrôque decretô apud Lehmannum *in Actis Publicis de Pace Religionis lib. 1. c. 37.* *Secunda* edita eſt à Matthiâ Imperatore 3
A. 1614. Welche auff den Correſpondenz Tag zu Nürnberg von denen Herrn Deputirten revidirt / corrigirt und die Marginalia in der Dictatur ſo bald abgeleſen und darzu geſetzt worden; quod actum die 10. Februarii A. 1615. Quam ordinationem habet Limnæus *Lib. 9. Jur. Publ. c. 4. n. 34.* Cùm verò Status Imperii plurima adverſus eandem protulerint Gravamina: hinc poſt Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, die 16. Martii A. 1654. 4
*Tertia* eaque *noviſſima* Ordinatio à Ferdinando III. Imperatore Ratisbonæ concinnata eſt, quæ breviter in 7. Capitibus pertractat, quicquid tam circa Judicium ipſum ordinandum quàm circa Proceſſum, Acta Relationes & alia neceſſarium ſcitu erat. Hanc ſimiliter exhibet Limn. *in Tom. 2. Add. ad lib. 9. c. 4. circa fin.* Et hæc noviſſima Ferdinandi III. Ordinatio intelli- 5

gitur in textu præſentis articuli: ibi : **Auch die neu angeſetzte und
von Unſerm Vorfahren glorwürdigſten Andenckens** (Ferdinan-
do III. Avo Sereniſſimi Joſephi Romanorum Regis) approbier-
te Reichs Hoff Raths Ordnung.

§. 2. Quamvis autem hæc ipſa noviſſima judicii Cæ-
7 ſareo-Aulici Ordinatio ab omnibus Imperii Statibus non re-
cepta, **dieweil ſie denen Ständen nicht ordentlich** communicirt/
noch dieſelbe in Ihren Monitis **darüber vernommen worden**/ſed po-
tius ad proxima Comitia ſit rejecta, vid. Limn. in *all. add. ad lib.*
8 *9. c. 4. in fin.* quemadmodum etiam Status Evangelici Grava-
mina ſua contra eandem exhibuerunt Imperatori, *de dato Ra-
tisbonæ die 8 & 16. Maji A. 1654.* quæ habentur apud Authorem
**der Grundfeſte**/ *part. 3. c. 8. p. 300. ſeqq* & ap. Burgold. *ad Inſtr.
P. part. 2. diſc. 20. p. 218. ſeqq.* Ubi inter alia conqueruntur de
9 paucitate Conſiliariorum Auguſtanæ Confeſſioni addictorum
& quod illis, qui eam profitentur, de liberô Religionis exer-
10 citiô non ſit proviſum, ut & ; quod cauſæ controverſæ inque
Judiciô Aulicô jam ad concluſionem usque pertractatæ, quo-
ties reſpectus quidam politici intervenerint, ad Cæſarem cum
votô, vigore hujus ordinationis transmitti & à Secretiori ejus-
dem conſilio tractari debeant; Adeoque in Monitis, *ad art. 42.*
11 *Capit.* A. 1658. d. 17. Aprilis Electori Moguntino exhibitis, in-
ſtantiùs urgebant, **daß die Reichs-Hoff-R. Ordnung auff gehal-
tenen Rath mit Chur-Fürſten / Fürſten und Ständen und nach
deroſelben Gutbefindung und Einwilligung zu verfaſſen**; quæ mo-
nita etiam in præſentibus Comitiis iterata ſunt, uti tradit Fritſch.
12 *in addit. ad Limn. l. 9. c. 4. n. 4. p. 380.* Schvveder. *part. ſpec. ſect.*
13 *1. c. 12. th. 10.* Interea tamen *quarta editio*, quam laudatus
modò Schvvederus brevi forſan ex communi Procerum Im-
perio conſcriptam iri auguratur, hactenus nondum in lucem
prodiit: utut gravamina nonnulla, uti mox dicetur, alio mo-
do ſublata ſint.

§. 3.

Digitized by Google

§. 3. An ergò Status Imperii huic Ordinationi Ferdinandi III. aequieſcere teneantur, non omninò concors eſt Dd. 14
ſententia; Pro negativâ ſanè militat, quòd Status Evangelici in Memoriali ſuo ad Cæſarem d. 8. Maji 1654. dato expreſſe dicant: **Ehe Jhro Kayſerl. Mayeſt. Reichs-Hoff-Raths-Ordnung Churfürſten und Ständen zu Beybringung ihrer Erinnerung** comunicir**et worden/könten Jhr. Käyſerl. Mayeſt. höchſt erleucht ſelbſt ermeſſen / ob gleich wieder einen und andern im** Judicio Aulico **erkennt und wieder denſelben verfahren werden ſolte / daß Dieſelbe Urſach haben möchten dawieder zu** excipi**ren und zu bedingen.** Quod in replicis ad reſponſionem Cæſaream datis denuò repetitum eſt. Utrumque refert Author **der Grundfeſte** loco ſupra allegato. Non autem obligari videntur Status illis legi- 15
bus & Ordinationibus Imperii, quæ ipſorum conſenſu non ſunt ſancitæ. vid. Burgold. *ad J. P. p. 2. d. 20. p. 220. ſeqq.* Quia 16
tamen hodie potiora Statuum Gravamina ceſſant, poſtquam non ſolùm quoad Aſſeſſores Evangelicos quôdam modô proſpectum, uti hoc pluribus in §pho ſequ. explicabitur. Verùm 17
etiam quoad Proceſſum in Inſtrumento Pacs proviſum eſt, ut Ordinatio Cameralis & quicquid circa Cameram conſenſu Imperatoris Statuumque diſpoſitum legimus, etiam in Judiciô Aulicô futuris temporibus obſervaretur. vid. Mauritium *in Diſſert. de Cit. ad reaſſumend. th. 9.* Præterea in eodem Pacis Inſtrumento *art. 5. §. 20. vers. quoad proceſſum 5.* ſatis claré innuitur, quomodo, ſi cauſæ occurrant, unde motus in Imperio expectari queant, procedendum ſit: Et denique Electo- 18
res nomine omnium Imperii Statuum Regem Rom. ad obſervationem Ordinationis noviſſimæ à Ferd. III. latæ juramento adſtringunt, donec in Comitiis aliud reperiatur conſtitutum, ibi: **Die R. H. O. (es ſey dann / daß beym Reichs-Tag ein anders verordnet werde) feſt halten laſſen**; Hinc Status Imperii ab 19

obſervatione ejus immunes dici nequeunt. Conf. Schvveder. *part. ſpec. ſect. 1. cap. 12. §. 10. & 11.*

§. 4. Porrò quæ de Præſide, Vice Cancellariô & Vice
20 Præſide, nec non de Conſiliariis Imperii Aulicis *in artic. præced. & §. noſtro 4.* ratione conditionis eorundem dicta ſunt, ea nunc in præſenti articulo denuò inculcantur, additâ novâ diſpoſitione Conſiliarios A. C. attingente. Quam ob rem provocatur in textu tam ad *Ordinat. Jud. Imperial. Aulici* quam ad *Inſtrum. Pacis, art. 15. §. ac proinde 53.* In Inſtr. enim Pacis
21 *d. l.* cavetur, quòd Imperator aliquot Auguſtanæ Confeſſionis doctos & rerum Imperii peritos viros ex iis Imperii Circulis, ubi vel ſola Auguſtana Confeſſio vel ſimul etiam Catholica viget Religio, eo quidem numero adſciſcere in Conſiliarios & Aſſeſſores Judicii velit, ut eveniente caſu paritas judicantium Aſſeſſorum ex utraq; Religione obſervari poſſit. In Ordi-
22 natione autem Judicii Cæſareo-Aulici noviſſimâ *Tit. 1. §.* **Wir wollen auch** pariter diſpoſitum legimus: **Wir wollen auch unter**
23 **dieſen** 18. **Perſohnen/** (tantus autem vigore d. Ord. §. **und dieweil** eſſe debet numerus Aſſeſſorum, computato ſimul Præſide, non verò Vice Cancellario; quamvis interdum ſit auctus, ita ut A. 1663. d. 4. Maji ultra eundem tres Aſſeſſores Equeſtris Ordinis & unus JCtus ſint conſtituti atque in Conſilium introducti, referente Gerhardo, *Diſc. de Suprem. in Imper. Jud. diſc. 4. c. 3. n. 7.* add. Schvveder *part. ſpec. ſect. 1. c. 12. §. 4.* **Sechs von Herren / Ritter und Gelehrten Stand der Augſpurgiſchen** Confeſſion **Verwandte / und der Reichs-Sachen erfahrne Männer aus denen Reichs-Cräyßen/ darinnen entweder die Augſpurgiſchen** Confeſſions **Verwandte allein/ oder zugleich die Catholiſche** Religion **im Schwang gehet annehmen/ damit auff begebenden Fall die Gleichheit der Rechte von beeden** Religionen Aſſeſſoren ob-
24 ſervirt **werden möge.** Sive enim cauſæ Eccleſiaſticæ, vel Politicæ quidem inter tamen Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis Statûs,

tûs,

tus, vel inter hos ſolos ventilantur ; ſive etiam Catholicis con-
tra Catholicos Status litigantibus tertius interveniat Status,
qui Auguſtanam Confeſſionem ſequitur , & vice verſa : tunc
cauſæ illæ adlectis ex utrâque Religione pari numerô Aſſeſſo-
ribus diſcutiendæ & dijudicandæ ſunt ; Quo beneficio non tan- 25
tùm Membris Imperii, quæ Statuum Jure gaudent, verum etiam
Nobilitati immediatæ ; imò & mediatis, ſi immediatos conve-
niant, ſuccurritur, uti clarè deciſum in *§. Proinde 53. art. 15.*
*Inſtr. P. Cæſareo-Suecici* & in *Ord. Jud. Aulici Tit. 1. §.* **Wir** 26
**wollen auch.** Quod ſi verò talia occurrant negotia in Judi-
cio hoc Cæſareô expedienda , ubi Evangelici omnes conve-
niant, Catholicæ verò Religionis Aſſeſſores contrarium tue-
antur : tunc Evangelici, licèt numerô ſint pauciores, fictione
ſaltem pares habentur, & controverſia ad Imperatorem de-
fertur, Ejusque deciſioni ſubjicitur ; cùm res in *art. 5. Inſtr.*
*pac. §. in cauſis Religionis 51.* incidere videtur , ubi pluralitas
votorum attendi prohibetur. Quamvis de hâc fictione con- 27
queratur Author **der Grundfeſte** *lib. 3. c. 5.* & non tantum fictam
ſed realem numeri perſonarum æqualitatem exoptet.

§. 5. Ulterius in hoc articulô diſponitur de Salariis 28
Præſidis, Vice Cancellarii & Vice-Præſidis aliorumque Con-
ſiliariorum Judicii Imperialis Aulici, ut illa integra & abſque
defectu ex Camerâ Cæſareâ **aus der Käyſerl. Hoffkammer** / ali-
isque ex Imperiô accedentibus reditibus ante omnes alias ex- 29
penſas ſolvi debeant. Quod primâ vice Capitulationi Leo-
poldi art. 41. inſertum & in hac Joſephinâ repetitum eſt. Ne-
que hoc immerito : cùm & alias favor ſalariorum in jure ma-
ximus ſit, quandoquidem alimenta & ſalarium fermè æqui-
parantur, ità ut ſolutio ejus moram ſæpe non patiatur, & die 30
quoque juridiciariô feriatoque peti poſſit. uti docet Jac. Gotho-
fredus *de Salar. cap. 13. th. 1. & 2.* Obiter hîc ex textu nota,
Vice Cancellarium (quod ſupra tetigimus) eſſe ſimul Conſili- 31
arium

Digitized by Google

arium Judicii Imperialis Aulici, & præferri Vice Præſidi, imò
ipſum quoque, uti textus noſter ſonat, eſſe Vice-Præſidem, ibi
Reichs Vice Cantzlern / als zugleich würcklichen Reichs-Hoff-
Raths-Vice-Præſidenten; in Leopoldina verò Capitulatione
ita legere eſt: Reichs Vice-Cantzlern / als zugleich würcklichen
Reichs-Hoff-Rath.

§. 6. Tandem in textu de Juribus ſingularibus Aſſeſ-
ſorum, Procuratorum & Agentium in Judiciô nonnihil diſpo-
nitur, Et (1.) quidem de dignitate & præcedentiâ Aſſeſſorum,
32 ibi: Daß wegen der Reichs-Hoff-Raths Stelle / Præcedenz und
Reſpect dem nachgelebet werde / was in jüngſter Reichs-Hoff-
Raths Ordnung (vid. Tit. 1. §. So iſt auch unſer) deßhalben ver-
ſehen und deroſelben Stand gemäß iſt. ſcil. ut Conſiliarii Judicii
Imperialis Aulici Conſiliarios Cæſareos paris Status omnes, ex-
ceptis ſaltem Conſiliariis Secretioribus, antecedere debeant;
33 (2.) Innuitur, ut Ipſi quoad immunitatem à vectigalibus, colle-
ctis aliisque oneribus tam realibus quàm perſonalibus cum Aſ-
ſeſſoribus Cameræ pari paſſu ambulent. De his autem in
*Ord. Cam. part. 1. Tit. 49. in pr.* eſt deciſum, Daß Sie / ſo lang
Sie Ihr häußlich Anweſen bey und an dem Käyſerl. Cammer-Ge-
richt haben / ſamt allem Ihrem Haußgeſind und Haußhaltung
des Ungeldes / Aatz / Zolls und aller Beſchwehrung frey ſeyn / und
damit in keine Weege beſchwehret werden ſollen &c. Conf. *Ord. Jud.
Aul.* Tit. 1. §. So iſt auch unſer & *Capit. Leopold. art. 41. in fin.*
Quemadmodum (3.) id etiam refertur ad Jurisdictionem Ju-
34 diciorum aliorum Præfectorumque, ibi: von der Land und an-
dern Gerichten und Beambten Jurisdiction, ſive ut in *Ord. Cam.
d. l. & Ord. Jud. Aul. d. l.* dicitur von andern Gerichts-Zwang
allerdings befreyet; & in ſpecie ad obſignationes Magiſtratuum,
arreſtationes, Inventationes, Editiones Teſtamentorum, nec
non emancipationes liberorum; ne ſc. quia nonnulli horum
actuum voluntariæ jurisdictionis eſſe videntur, de hiſce quis
dubi-

Digitized by Google

dubium moveat: qui paſſus in Capitulatione hac Joſephina primum conſpicitur. In Ord. Jud. Imperialis Aulici mentio 35 quoque fit oneris tutelæ; id vero in noſtro textu ex hac cauſa forte eſt omiſſum, quod excuſatio illa in jure communi jam ſit fundata: vel etiam quod ſub conceſſa immunitate à muneribus perſonalibus immunitas à Tutela quoque comprehendatur.

§. 7. Præterea (4) ad Jura ſingularia dictarum Perſo- 36 narum ſpectat, quando nec Gabellam detractionis, **den Abzug oder die Nachſteuer** quæ pro ratione conſuetudinis locorum vel quarta, vel decimaquinta vel vigeſima, regulariter tamẽ decima eſt portio; ſolvere tenentur. Nam licet ipſo jure, propter officiũ, 37 quod gerunt, ab hoc quoque onere immunes dici queant, cum etiam Profeſſores Doctores & Advocati hoc privilegio gaudeant; uti docet Eichmannus *de Jure detractionis th. 12.* ap. Fritſchium *Tom. 1. Exerc. 3. Jur. Publ.* add. Struv. *Synt. Jur.* 38 *Civ. Exerc. ult. th. 74.* Quo tamen immunitas illa eo minus dubii habeat, expreſſe ejus in textu, & prima rurſus vice, fit mentio, ſive gabella petatur propter emigrationem ſive etiam propter hæreditatis perceptionem aliunde factam. Quanquam de priori ſaltem caſu loquatur Ord. Jud. Aul. Tit. 1. §pho ſæpe allegato: **So iſt auch unſer.** in fin. Denique (5) ſpeciatim 39 quoque confirmatur libertas emigrandi ne dictæ perſonæ, quando aliorſum ſe conferre volunt, arreſtis ulla ratione graventur, ſed ſecure & libere dimittantur. Quamvis enim do- 40 micilium immutare cuique ſit liberum, modo id malitioſe non fiat *l. Titio 71. §. 2. ff. de Cond. & Dem. Rec. Imp. de A. 1555.* §. **Wo aber unſere.** 24. cum tamen haud raro caſus emergant contrarii, etiam hac cautela vel ex abundanti opus eſſe videbatur; idque cum hac ampliatione, ut emigraturi & aliorſum profecturi non tantum non impediri ſed etiam literis commeatus **mit Paßporten** juvari debeant.

41 §. 8. Quod dictum eſt in textu de ipſis Aſſeſſoribus
idem quoque extendendum venit ad ipſorum poſt ſe relictas
viduas & liberos, uti textus ita ampliandus eſt partim ex
42 *Ord. Camerali p. 1. Tit. 49. §. 1. ibi*: **Auch ihren verlaſſenen Wit-
tiben ſo lange ſie ſich der Orten nicht in die Bürgerſchafft verheu-
rathen und begeben /** partim ex *Ordinat. Judicii Cæſareo Aulici*
43 *Tit.* 1. §. **So iſt auch unſer** ibi: **Auch ihren verlaſſenen Kindern
und Wittiben ſo lange ſie ſich nicht anderwerts verheurathen oder
anderswohin begeben.** Expreſſe vero diſpoſitio textus *in num. 3.
4. & 5to §phi præcedentis* etiam ad Agentes uti vocant, exten-
44 ditur, ibi: **Sie (die R. H. Räthe) ſo wohl als der Stände Agen-
ten ꝛc.** adeoque & ipſorum viduas liberosque comprehendi
ſub eodem privilegio, extra omnem controverſiam poſitum
eſt Conf. R. H. O. in all. §pho. **So iſt auch unſer.** ibi: **auch**
45 **andere Perſonen.** Agentes diſtinguuntur in *ordinarios* qui Pro-
curatores ſunt hujus judicii; vid. *Ord. Jud. Aul. Tit. 6.* §. **Eine
jedwede Parthey** ibi: **Es ſollen die Agenten und** Procuratores
**bey Vermeidung unausbleiblicher Straff die** Producta **zuvor
alles Fleiſſes** revidiren / **die befindende** Errores corrigiren **und
alsdann erſt ſolche Schrifften gehöriger Orten überreichen**; qui
46 prævio examine & præſtito juramento ſolenniter ſunt recepti,
R. H. O. *Tit. 7.* quos inter imprimis eminet Procurator Fiſci
**der Reichs-**Fiſcal qui cauſas Fiſcales tractat inſtar Procuratoris
47 Generalis Fiſci in Camera Imperiali conſpicui. *Extraordina-
rii* vero Agentes illi dicuntur, qui à Statibus Imperii pro ſolli-
citandis cauſis in Aulam Cæſaream mittuntur, & ab examine
quidem, ut & a juramento; non tamen ab obſervatione Ordi-
nationis Judicii Aulici liberi ſunt atque immunes. R. H. O.
Tit. 7. §. **da auch ein ChurFürſt.**
48 §. 9. Et de his Agentibus ſpeciatim agit textus noſter.
ibi: **der Stände Agenten**; ut tamen propterea Agentes ordi-
narii ſeu Procuratores hujus Judicii, à juribus & immunitati-
bus

bus ſupra recenſitis nequaquam ſint excludendi. Sed potius & hic explicandus eſt textus ex *Ord Cam. p. 1. Tit. 49. §. 1.* ibi: Advocaten/ Redner/ Bothen und alle andere Perſonen zum Cammer Gericht gehörend & *ex Ord. Jud. Caeſ. Aul. Tit. 1. §.* So iſt auch unſer ꝛc. ibi : Auch andere Perſonen zum Reichs-Hoff-Rath gehörig; quemadmodum etiam ad utramque Ordinationem verba articuli noſtri reſpiciunt. Quod verò in textu 49
tantum fiat mentio Agentium extraordinariorum der Stände Agenten/ exinde forſan eſt, quod de his, dum quodammodo Juriſdictioni ſuorum Dominorum adhuc obnoxii vivunt, minus ſubſit dubii quam de Conſiliariis & Procuratoribus Judicii; Notanter enim dicitur: Daß Sie/ die Aſſeſſoren / ſo wohl 50
als der Stände Agenten von der Land- und andern Gerichten und Beambten Juriſdiction befreyet ſeyn ſolten/ adeoque ad Agentes iſtos Extraordinarios tanquam ad id quod notius eſt, provocatur, ut ſcil. non minus Aſſeſſores & Procuratores ordinarii à JuriſdictioneMagiſtratuum loci ſint immunes, quam ipſi Agentes Extraordinarii.

§. 10. Tandem nec hoc prætermittendum eſt : An nimirum Agentes tam Ordinarii quam Extraordinarii, aliæque perſonæ ad Judicium Aulicum ſpectantes etiam immunes ſint 51
à vectigalibus, Collectis, aliiſque oneribus de quibus *ſupra §. 6. n. 2.* actum. Et quamvis heic iterum verba textûs indigitare ſolum videantur eorum exemtionem à Juriſdictione provinciali & libertatem emigrationis, nec non immunitatem ab onere detractionis; Quia tamen in *Ord. Cam. p. 1. Tit. 49. §. 1.* 52
eadem immunitas ad Advocatos, Oratores aliaſque perſonas Camerales extenditur; inſuper Ord. Judicii Aulici *in all. toties §pho* generaliter loquitur, idipſum omnino erit affirmandum : niſi quis diſtinguere velit inter perſonas Camerales & Judicii Cæſareo-Aulici, quas tamen textus ubique æquiparare intendit.

§. 11. Cum igitur in hoc articulo tam circa Ordinationes Judicii Cæſareo-Aulici, quam etiam circa Conſtitutionem, Jura & immunitatem ejusdem, perſonarum ad id ſpectantium modum præſcribant Paciſcentes: hinc maximam partem *limitativus* eſt poteſtatis regiæ; Quod vero de ſalarii conſtitutione, ejusque ſolutione in tempore facienda proponitur, *normativum* eſt, cum id alias quoque ad officium Regium ſpectet.

# COMMENTATIO
## AD
## *ARTICUL. XLI.*
# CAPITULATIONIS JOSEPHINÆ.

## *DE JURE ET OFFICIO REGIS ROMANORUM CIRCA JUDICIUM CÆSAREO AULICUM IN EJUSDEM TUENDA AUTHORITATE, NEC NON EMINENTISSIMI ELECTORIS MOGUNTINI, TAM CIRCA ILLIUS VISITATIONEM, QUAM DIRECTORIUM IN COMITIIS NON IMPEDIENDA FUNCTIONE.*

## SUMMARIA.

I. *Neceſſaria & utilis eſt Republica frequens viſitatio Judiciorum.* 1.
*Ex Hiſtoriâ antiquâ exemplis, illuſtratur.* 1. 2. 3. 4. 5.
*Quinam mos viſitandi in Regno Sueciæ?* 6.
*Item in Regno Chinenſi?* 7.
*Judicium Philippi Cauriani & Lutheri de utilitate viſitationum.* 8. 9.
*Objectio Pſeudo-Politicorum & ejusdem refutatio* 10. 11.
II. *Poſtquam in deſuetudinem abiit, in Germanico Imperio, quid detrimenti exinde ceperit Republica?* 12.

*A Maxi-*

*A Maximiliano I. Anno 1491. inſtitutum eſt Judicium Camerale. 13.*

*Paulo poſt Anno 1507. Viſitationes introductæ quotannis à certis imperii Statibus peragenda. 14.*

*A Carolo V. ſancitum A. 1521. ut Camera à Regimento imperii viſitaretur. 15.*

*Anno 1526. Prior viſitandi modus per Status eſt receptus. 16.*

*Fallit Burgoldenſis ortum Viſitationum ab exortis diſſidiis religionis derivare auſus. 18.*

*Illis tamen earundem intermiſſio per 60. & amplius annos eſt adſcribenda. 19.*

*Huic malo in Inſtrumento Pacis medela eſt quæſita. 20.*

*Eminentiſſimus Moguntinus utut nihil quod ſuarum eſt partium intermiſerit, effectus tamen magno Germaniæ malo adhuc eſt ſuſpenſus. 21.*

*Viſitatio Judicii Aulici Anno 1664. à Moguntino ſolo primâ vice peracta, non ſine contradictione quorundam Statuum. 22. 23.*

III. *Viſitatio competit Moguntino una cum Statibus quos Ordo tangit. 24.*

*Jus animadvertendi in Præſides & Aſſeſſores Syndicatus incuſatos S. Cæſ. Majeſtas ſibi ſoli reſervavit. 25.*

*Inquiſitioni in crimina Aſſeſſorum Anno 1687. Moguntino & Trevirenſi demandatæ non alia ex cauſa contradictum quam quod paritas religionis non fuerit obſervata. 26.*

*Teſtantur hoc literæ Electoris Brandenburgici ad Cæſarem. 27.*

*Et ejusdem ad Elect. Moguntinum. 28.*

*Objectio quod Camera à Cæſare & Imperio dependeat diluitur. 29. 30.*

*Imperator vi ac jure ipſo electionis habet intentionem fundatam de omnimoda jurisdictione licet per Capitulationes aliquatenus reſtrictâ. 31.*

*Jurisdictio Imperatori cum Ordinibus nullo unquam tempore fuit communis. 32.*

*Imperator Status ſumſit in partem ſollicitudinis, ſed non in plenitudinem Poteſtatis. 33.*

*Ad Objectionem quod tunc demum Præſidum vel Aſſeſſorum crimina punire poſſit Imperator, ſi prius ſolenni Viſitatione fuerint patefacta, reſpondetur. 34.*

IV. *Judicium Aulicum dicitur* Reichs-Hoff-Rath / *non ratione cauſa, ſed ratione objecti. 35.*

*Objectio quod Moguntinus munere viſitandi non ut Cæſaris delegatus Miniſter fungatur, diluitur. 36.*

*Procerum Conſenſus non abſorbet*

*Majeſtatis & Summa Poteſtatis Imperatoria plenitudinem.* 37.

*Status imperii ſine Statuum ſuorum Provincialium voluntate vel conſilio leges non condunt, Regia licet in ipſos gaudentes poteſtate* 38.

*Solius Imperatoris authoritate Leges publica promulgantur.* 39.

*Diſpoſitio Inſtrumenti Pacis ratione Viſitationis Moguntino competentis neutiquam pro nova conceſſione ſed renovatione ſolummodo juris antiqui eſt habenda.* 40.

*Moguntinus iſto munere non ut Elector, ſed ut ArchiEpiſcopus fungitur.* 41.

*Epiſcopi & Sacerdotes omni tempore in magno honore Germanis fuerunt.* 42.

*Archi Epiſcoporum ArchiCancellariatus potius ad devotionem Principum veterum in Religione quam ad priorum temporum barbariem, quibus eruditio in clauſtris ſolum monachorum fuit incluſa, eſt referendus.* 43.

V. *Seculo VII. S. Cunibertus Colonienſis Epiſcopus uſus eſt Titulo Archi Cancellarii Imperii.* 44.

*Num privilegio ſeu voluntate expreſſa Imperatorum dignitas ArchiCancellariatus ad Sedem Moguntinam fuerit translata, diſcutitur.* 45.

*Archi Cancellarius Imperii a ſolo Cæſare dependet.* 46.

*Fallunt, qui à tempore Inſtrumenti pacis Statibus Imperii aliquam Superioritatem in Judicium Cæſareo Aulicum tribuendam eſſe putant.* 47.

*Formula juramenti Vice-Cancellarii Imperii.* 48.

*Habuit hunc officialem Moguntinus in Aula Imperatoria iamdum tempore Henrici II.* 49.

VI. *Viſitare debet Imperator una cum Moguntino ſingulis annis vel ad minimum biennio, vigore Capitulationis Ferd. III.* 50.

*Ab hoc non recedunt poſteriores Capitulationes uti aliis ſic viſa.* 51.

*Viſitatio in quo nam conſiſtat?* 52.

VII. *Gravamina contra Judicium Aulicum nonniſi ad Sacr. Cæſ. Majeſtatem deferantur.* 53.

*Olim inter DD. an ab Imperatore malè informato ad melius informandum appellare liceat, diſceptatum eſt.* 54.

*Refutatur ex Domino de Einſidel.* 55.

*Olim in arbitrio Imperatoris fuit Remedium Supplicationis partibus largiri.* 56.

*Vigore Inſtrumenti Pacis factum eſt neceſſarium* 57.

*Hoc Remedium & Reviſionis nomine venit.* 58.

*Non minus quam Remedia extraordinaria Nullitatis, Syndicatus, Reſtitutionis in integrum, per viam ſupplicationis inſtitui poteſt.* 59.

*Solum ad Cæſarem dirigitur.* 60.

*Ad Cæſarem, non verò Status patet recurſus, ſi quis à judicio Aulico ſe gravatum ſentit.* 61. 62. 63.

*Vota Statuum in cauſis juſtitiæ tantum ſunt conſultativa non deciſiva.* 64.

*In cauſis gravioribus in quibus Politici interveniunt aſpectus, Imperatori licet exequutionem differre.* 65.

VIII. *Remedium Supplicationis in Judicio Aulico habet Effectum devolutivum, non ſuſpenſivum.* 66. 67.

*Reſpondetur ad objectionem.* 68.

*Modus Exequutionis ſolius Imperatoris arbitrio relictus eſt.* 69.

*Poteſtatem exequendi jure Majeſtatis ſibi vindicavit Imperator ante inſtituta Circuli Directorum & Ducum officia.* 70.

*Imperator ſive teſtimonii ſive litis cauſa abſque ullo juris ſubſidio ex qualibet Provincia Imperii ſubditos evocare poteſt.* 71.

*In Art. XX. Capitulationis perpetuæ agitur ſolum de exequutione Banniti.* 72.

IX. *Imperator lites in Judicio Camerali pendentes avocare non poteſt.* 73.

*Iſtud quomodo cum grano ſalis ſit accipiendum.* 74.

*Recenſetur Decretum Cæſareum in cauſa* Würtzburg *contra* Wigand *de Anno* 1702. 75.

*Nec non Querela totius Judicii Cameralis de dato d. 30. Octob. 1701. quæ iſtud decretum præceſſit.* 76.

*Promotoriales quia tacitam dicuntur habere clauſulam devolutionis à Cæſare ad Cameram non decernuntur.* 77.

*Utrum præcedens Regula de non avocandis cauſis ſaltem juſtitiæ Camerali durante limitationem patiatur?* 78.

X. *De Querelis Statuum contra Directoria Electoralia & Principum An. 1654. & 1690. motis.* 79.

*In Elect. Collegio ſi Moguntinus deficit, Saxo ſibi vindicat Directorium, cui contradicunt Trevirenſis & Colonienſis.* 80.

*Transactio inter Moguntinum & Saxonem de Anno 1529. ratione* der Umfrage *exhibetur.* 81.

*Directorium Moguntinum non cauſas Juſtitiæ ſed Status in Comitiis proponere debet.* 82.

§. 1.

§. 1.

1 INter ægrotæ Reipublicæ remedia primum tenet locum, ſi
judiciis corruptis ac paucorum vitio contaminatis homines
ad legum defenſionem honeſtiſſimi & integerrimi accedunt,
ſecundum ſibi vendicat, ſi frequentiores inſtituantur viſita-
tiones ad officialium avaritiam, violentiam, injuſtitiam alias-
que fraudulentas actiones inveſtigandas & coërcendas. An-
2 tiquitati hoc erat uſitatiſſimum. Græci quos ad id ordina-
verunt νομοφύλακες appellaverunt, & Principes etiam Romanos
nonnunquam Viſitatores in Provincias ablegaſſe qui ex im-
mari, vel ſaltem plus juris in nonnullis habere, qui ex privilegio, quàm qui vi muneris nobilitatem conſequuntur, tum ratione durationis, quod illorum Nobilitas ſit hæreditaria, tum propter jus 4. Avorum, quod in ludis Equeſtribus requiritur. Novi enim Nobiles, qui non à 4. ſaltem generis authoribus proximioribus nobilitatem habent, & probare poſſunt, à ludis equeſtribus arceantur per leges Haſtiludii Henrici Aucupis *c. 12.* quæ extant apud Goldaſt. *in Conſt. Imper. t. 2. fol. 41.* ita quidem ut ſi talis hujusmodi exercitiis ſe immiſcere auſus fuerit, verberibus mulctandus, & ſi de equo concurſum fuerit, ſeptis notæ causâ inequitare ex dicto Conſtitutionis præſcripto cogendus ſit. Quod & in Collegiis Canonicorum denen hohen Stifftern obtinet, in quibus nemo recipitur, niſi poſſit tàm ex materna, quàm paterna lineâ per longam parentum ſeriem, Nobilitatem ſuam demonſtrare, quamvis jure Canonico ſit prohibitum, *c. pen. X. de præb.* & hodienum improbatur, niſi fundatio requirat in Inſtr. Pac. Osnabr. *Art. V. §. 17.* Quicquid tamen ſit, No- 38.
bilitas illa temporaria, quæ vi muneris confertur, non minus eſt vera nobilitas, quàm Majeſtas Dictatorum apud Romanos olim temporaria vera erat Majeſtas. Hinc nobili genere ju- 39.
niori non debetur in Summo Tribunali Regio Wismarienſi, teſtante Dn. Mevio *p. 5. deciſ. 291.* ante Seniores ejusdem muneris, quod cum dignitate habetur, etſi genere ignobiles præcedentia, additis ſequentibus rationibus: (1.) *Quod ad præjudicium* & detrimentum ejus dignitatis, quam Rex vel Princeps pro Authoritate Conſiliariorum & Miniſtrorum tributum vult, non parum pertinet, ut hi aliunde ſeu ex ſorte naſcendi



Digitized by Google

majorem habeant, quàm ex virtute atque officio quod Domino præſtat, ad cujus honorem ſpectat, ut qui ſibi ſerviunt ex ſuo miniſterio præprimis & magis quàm aliâ ullâ ex re ſint honorati, qui ſi ſinet in Collegium honorabile venire, qui majorem iſto honorem prætendere velit, inde munerum dignitati tantum detrahi faciet, (2.) ſub paritate & ſodalitio ſtudiorum atque officii diſſimilitudo ex genere non poſſit non eſſe materia, & ſeges æmulationum, invidiæ, rixarum, diſſidiorum, colliſionum, odiorum, averſationum, aliorumque talium malorum, quæ ex Collegio concordiam, ex ſtudiis fervorem, ex laboribus nervum demunt. (3.) Non poſſint etiam juſta nedum præmia conſtare meritis, ſi iis qui diu actorum moleſtis lectionibus & litium variis tædiis inſudarunt atque inſervierunt, inde per experientiam præ cæteris muniis apti, deinde junioribus ad ea accedentibus talium imperitis ob generis nobilitatem cedere cogantur, unde & (4.) ſit eventurum, eruditione & rerum peritiâ inſignes viros eam contumeliam horrentes *iſta munia* obire reformidaturos & iis relicturos, qui minus idonei iſtam lubentius ferunt, at juſtitiæ parum ſerviunt, Reipublicæ inutiles & Principibus indecori.

40 Exinde prono fluit alveo; per Doctoratus gradum vel munus Advocati Nobilitatis ſplendorem non obfuſcari, Arum. *J. Publ. diſc. 16. concl. 32*, nec illorum, qui ex privilegio Imperatoris Nobilitatem acquiſiverunt, deſcendentes eo ipſo quod per aliquot generationes Doctoratus dignitate fuerunt decorati ignobiles factos eſſe, ut propterea aliqua renovatione vel confirmatione ſuæ Nobilitatis opus haberent, quâ, ſi quis ex ſuperfluo ſibi proſpicere voluerit, nil novi accepiſſe cenſendus eſſet.

41. Docent hoc exempla Electorum, Ducum, Epiſcoporum, Comitum, Baronum, Equitum & Nobilium complurium, quos dignitatem hanc Doctoralem & alios titulos, togatæ militiæ aſpernari voluiſſe vel per hos dignitates ſuas dedecorari vel obfuſcari putaſſe, tantum abeſt, ut

ut ipſimet illos maximo labore ac ſumtibus ambierint. Sic Johannes Dux Megapolitanus Lutetiæ Pariſiorum in publicâ & ſolenni renunciatione magnâ cum laude Titulum Doctoris aſſumpſit, Landgravius Haſſiæ, Hermannus Ludovici filius, Titulo ac gradu Magiſtri in Academiâ Pragenſi ſe ornari voluit, teſtibus Herm. Kirchn. *in Orat. de Ducibus, Principibus* &c. & Bernhardo Herzog *lib. 6. Chronol. Alſatiæ*, qui infinitos alios referunt, inter quos Ulricus de Gemmingen Doctor, Sebaſtianus **von** Heuſenſtein Doctor, Daniel Brendel Licentiatus, omnes Electores Moguntini. Albertus IV. Dux Bavariæ Baccalaureus, Fridericus Schenckius à TautenbergBaro, Juris Conſultus celeberrimus, Leopoldus de Bebenburg primus Germanorum utriusque juris Doctor ac Princeps & Epiſcopus Würzburgenſis, Albertus ex Illuſtri Familiâ Hohenbergenſium Doctor & Epiſcopus Würzburgenſis, Petrus de Haubiz Licentiatus, Epiſcopus Naumburgenſis, Dietericus de Goch Magiſter Medicinæ & Epiſcopus Miſnenſis, Fridericus à Blankenfels Doctor, Epiſcopus Ratisbonenſis, Johan. de Schönberg, Magiſter & Epiſcopus Miſnenſis, Conradus Peutingerus Doctor & trium Imperatorum, Friderici tertii, Maximiliani I. & Caroli V. Conſiliarius intimus, Chriſtoph ab Hage in Hadmersleben Doctor & Eques Auratus, Philippus de Rotenberg Doctor & Epiſcopus Spirenſis, Sigismundus Pflugius Doctor & Sax. Ducis Alberti Conſiliarius, Joachimus à Beuſt JConſultus & Theologus celeberrimus, Theodericus **von Schulenburg** Doctor, & Præpoſitus Cathedralis Eccleſiæ ad Spream. Buſcho **von Aldenslebën** Doctor & Epiſcopus Havelbergenſis, Joachimus Mynſingerus à **Frundeck** Doctor & JCtus celeberrimus, qui publica oratione in Illuſtri Julia Academia pro Titulis Doctorum contra Doctoromaſtyges habitâ, inter alia hæc verba profert: *Eho tu, quisquis tandem es, Nobilitatem diminui aut obſcurari tibi tuam putas, ſi JConſulti vel Doctoris titulo ſalu-*

 *teris?*

*teris? cur quod cognitione dignum exiſtimabas, quod intus ac effectu ipſo quærendum cenſebas, id foris & nomine diſſimulandum putas? an neſcis ſic te duplici, generis ſcilicet ac ſcientiæ Civilis nobilitate ſplendeſcere? quid? quod hanc virtutem ac ſcientiæ nobilitatem generis nobilitati longè præferendam eſſe, nonnulli tradiderint.* Hactenus Mynſingerus. De hoc re fert Philander **von Sittenwald im vierten Geſichte des Thurniers** *p. 420*, ejus uxorem cum pati noluiſſet, quòd maritus ab aliis Doctor ſalutaretur, hoc monitum accepiſſe, **laß mir den Cantzlar und** Doctor paſſiren/ **dann ſie haben mir den Edelmann wieder zurecht gebracht.** Eadem æque Nobiliſſimus Arnoldus a Raiger, Eques & Juris Utriusque Doctor Conſiliarius Electoris Brandenburgenſis intimus *in Orat. de Politico & Nobili Problemate, utrum Dignitas Doctoralis aut alterius gradus aſſumpti dedecoret aut obfuſcet generis Nobilitatem, in Illuſtri Academiâ Jenenſi publicè recitatâ*, ſentit hiſce verbis: *Quæ omnia ſatis manifeſtè demonſtrant in hominibus eruditis ſingularem eſſe quandam Nobilitatem, quæ cum generis ſplendore comparari nullo modo debeat, cum vera Nobilitas non tam in generis claritate, quàm in virtute & doctrinâ poſita ſit, illi ſiquidem parietes habent clypeis & imaginibus depictos, hi animum optimis diſciplinis & artibus nobilitatum, quo verè is, qui poſſidet, nobilis efficitur.* Item in his verbis: *Quaſi verò nobilitas in fumoſis imaginibus aut parentum duntaxat majorumque laudabiliter actis quàm in ſuâ cujusque virtute non potius conſiſtat, & quaſi non potius ex genere aureo in ferreum degenerent ii, qui ita demum egregiè generis ſui ſplendorem tueri ſe poſſe autumant, ſi aut inertiæ dediti, aut voluptatibus mancipati contemtim de literis & literarum ſtudioſis loquuntur, omnemque honeſtæ diſciplinæ rationem aſpernantur, quod ſanè qui faciunt, utcunque ſplendido loco nati, verè nobiles eſſe aut perhiberi non poſſunt.* Egregius de nativitate
42. & propagatione carnali locus D. Lutheri *in explicatione Geneſeos*

ſeos

*ſeos c. 41. v. 39.* huc transferri meretur: *Inanis*, ait ille, *eſt gloria de Genere & Nobilitate parentum, ſicut Judæi quoque ſuperbiunt, ſe ſemen Abrahæ eſſe, utut Chriſtus reclamaverit, vos equidem filii Abrahæ eſtis, ſed opera ejus non facitis, niſi igitur non reſpondeant virtutes & res geſtæ majorum nobilitati, fruſtra mirantur & prædicant poſteri illorum titulos & inſignia. Pyrrhus non æquat patrem Achillem, nec Aſtianax Hectorem, imo contrarium ſolet fieri, ſicut teſtatur communis ſententia: heroum filii noxæ, cæterum plerumque talibus ſuperbia hac naturâ inſita eſt, ut propter nativitatem carnis paulò illuſtriorem inſoleſcant, uti videre eſt in poſteris ipſius Joſeph, non enim aliorum unquam in populo Iſraelitico major fuit ſuperbia & faſtus, quàm filiorum & nepotum Joſeph, ita enim gloriabantur, præſertim Ephraimitæ; Pater noſter fuit Princeps Ægypti ſapientiſſimus, doctiſſimus, pientiſſimus, igitur meritò ſuperbimus; quantô ſupercilio murmurant contra Gedeonem & Jephtam? & adhuc vivo patre ſumunt arma contra Philiſtæos, qui occidione occidunt omnes Ephraimitas cum nollent audire oculum videntem, patrem Ephraim ſolus Beria poſtea ſuperſtes eſt, cui à dolore & calamitate nomen inditur. 1. Paralip. 7.* Stoltze Eſel werden aus den *filiis heroum, qui gloriantur de virtute paternâ, neque tamen ſtudent eam imitari, ſed ſomniant ſe quoque heroës & heroibus natos eſſe.* Et paucis interjectis: *Iſta*, inquit Lutherus, *eſt merces ſuperborum, quod ſcilicet horribiles pœnæ eos ſequantur, atque idem aliquando eveniet noſtris Nobilibus, quia alios omnes inferiores genere ſuperbiſſimè faſtidiunt & conculcant, quod certiſſimum argumentum eſt perditionis eorum, Deus non feret hanc ſuperbiam,* darum werden ſie zu Grunde gehen/ *oportet quidem eſſe diſcrimina perſonarum & ſtatuum in hâc vitâ, ſed qui ſuperbit propter aliquam præeminentiam, is jam mortem obiit coram Deo, quia ſcriptum eſt: non ex ſanguinibus neque ex voluntate viri* &c. *Origo noſtra ſanè ex ſanguinibus eſt & neceſſarii ſunt gradus Regum,*



Digitized by Google

*Principum, Nobilium, qui omnes non aliunde oriuntur, quàm ex ſanguinibus, ſed non eſt ſuperbiendum origine hâc quantumvis clarâ & generoſâ, ſiquidem ex Deo & non ex ſanguinibus natum eſſe, unica noſtra gloria & ſalus eſt.* Plura de hâc materiâ lectu
43 digna collegit Klockius *in Tr. de contrib. c. 15. n. 25. ad 59.* Huc & pertinet emendatio Beati Domini de Seckendorff, im teutſchen Fürſten Staat / *Addit. §. 35. p. 118.* bey dieſer Gelegenheit muß ich zur Warnung und Beſſerung meiner Mitgenoſſen von der Ritterſchafft unangezeigt nicht laſſen / daß meines Erachtens dieſes nicht die geringſte Urſach ſey / warum an etlichen Höfen der Adel-Stand ſich beſchimpffe und zurückgeſetzt befindet / nemlich / Fürſten und Herrn / welche genauen Verſtandes und Nachſinnes ſeynd / oder doch ihren Nutzen und Schaden aus relation der Diener leicht begreiffen können / oder es auf deren Ausſchlag ſtellen / laſſen ſich lieber Leute recommendiren / die etwas würckliches præſtiren und ausrichten können / und etwa weniger oder doch nicht mehr koſten / als ſolche Perſonen / die auf den bloſen Stand oder etliche nicht zulängliche qualitäten trotzen / und allenthalben die Geſchäfften in Händen haben wollen / gleichwol aber denenſelben nicht gewachſen ſind / ſondern das meiſte an die Gelehrten und Geſchäfftigen allein laſſen müſſen / ein Edelmann ſeyn / Sprachen und Exercitien können / Hofbräuche wiſſen / auch zumal ein ehrlich und aufrichtig Gemüth haben / dem Geitz und Pantiten gram ſeyn / ſind löbliche und gute Stücke / ſie reichen aber nicht zu / um eine Raths-Stelle zu dirigiren / oder auch ſonſt groſſe und gewiſſe Stellen darin mit rechter Würcklichkeit zu bedienen / ſondern es gehört mehr / und fürnemlich dieſes darzu / daß man des Juris publici, und eines guten Theils Juris privati erfahren / und in tractation der Geſchäffte / auch Führung der Feder / läuffig und juſt ſeyn.
44 Quæ omnia tamen illos tantummodo petunt, qui ſolidam & perfectam Nobilitatem in hoc tantum collocant, quod proavos & atavos ſuos poſſint memoriter recitare, præterea ne micam quidem ſalis haben-

tes,

tes, neminem interim ſuâ amicitiâ dignum judicando, niſi qui & idem poſſit jactare. Sunt econtra innumeræ Illuſtres Fami- 45
liæ feraces Heroum generoſiſſimorum per totam Germaniam, qui non ſolum virtute bellicâ, ſed & omni genere doctrinæ & eruditionis clarisſimi, ut inter ornamenta ſeculi referri mereantur & multis Doctoribus palmam præripiant, quamvis Doctiores eſſe quàm Doctores audire maluerint, ex quo Gradus Academici propter tenue lucellum tàm indignis quàm dignis vendi, & eo ipſo vileſcere cœperunt. His merito applicari poteſt illud Horatii: 4. Carm. od. 4. *Fortes creantur fortibus & bonis, eſt in juvencis, eſt in equis patrum virtus, nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam*; Sunt iſti Nobiles, quorum ſe autorem & conſervatorem **einen Pflantzer und Handhaber des Adels** deprædicat Summus Imperator apud Goldaſt. in **R. Satzung** *p. I. pag. 284. n. 8.* Omnes enim boni, ut cum Cicerone pro Sext. loquamur, ſemper Nobilitati faveamus, & quia utile eſt Reip. Nobiles eſſe homines dignos Majoribus ſuis, & quia valere debet apud nos ſenex de Republicâ meritorum memoria.

§. V. Qui ad Exemplum talium virorum ſe componunt, 46
merito nobilitantur. Non enim cœcâ licentiâ quilibet albus honorandus eſt lapis, ſed potiſſimum eo debet reſpici, an materia ſit habilis atque digna ad recipiendam Nobilitatis qualitatem, ne dignitas indignitate afficiatur, ut Michaëlem Imper. dicere ſolitum fuiſſe ex Kirchnero de Rep. tradit Limn. *tr. Publ. lib. 6. c. 1. n. 52. 54.* ubi teſtatur de Rege Galliæ, quod revocaverit aliquando Nobilitates, quæ 20. ab annis levi motu & inconſideratè conceſſæ fuerunt. Novæ Nobilitationes fiunt frequentius Reſcripto vel diplomate modo etiam priſcis uſitato vide *L. 1. C. Theodoſ. de dem. urbis Rom.* Hujusmodi Di- 47
plomatis clauſulam exhibet Daniel Otto *in diſſ. jurid. Polit. de Jure publ. c. 11.* **und darum um ſolcher Redlichkeit Adl. Güter/**

Sit-

Digitized by Google

Sitten / Tugend und andern zu einer Anreitzung nach gleichmäſſigen Ehren / Tugenden / Adel und Redlichkeit zu ſtreben / ſo haben Wir mit guter Vorbetrachtung / wolbedachtem Muth / guten zeitigen Unſerer Edlen Räthe und lieben getreuen Rath und rechten wiſſen aus R. Kayſerl. auch Hungariſcher und Böhmiſcher Königlichen Macht und Vollkommenheit gedachten N. N. ſamt ſeinen ehelichen Leibes-Erben und derſelben Erbens-Erben / Mann- und Frauen-Perſonen zu ewigen Zeiten in den Stand und Grad des Adels Unſer und des H. Reichs / auch unſer Königreiche, Fürſtenthum und Landen recht von Edelgebohrnen Wappens und Lehens-Turniers-Genoſſen und Rittermäßige Leute erhebt / darzu gewürdiget / geſchöpft / geadelt / und ſie der Schaaren / Geſellſchafft und Gemeinſchafft des Adels zugefüget / zugeſtellet und vergleichet / allermaſſen und geſtalt als ob ſie von ihren vier Ahnen Vater und Mutter-Geſchlechten beederſeits recht Edelgebohrne Lehens-Turniers geweſen / und Rittermäßige Leute gebohren wären. Taxa

48 pro ejusmodi diplomate Nobilitatis, und zwar nur mit einem Helm in communi forma eſt 130. fl. pro Dn. Archi Cancellario 36. fl. pro Dn. Vice-Cancellario 18. fl. pro Secretario 40. fl. pro Juribus Cancellariæ, mit 2. Helm eſt 230. fl. pro Dn. Archi-Cancellario 54. fl. pro Dn. Vice-Cancellario 27. fl. pro Secret.

49 67. fl. pro Juribus Cancell. Alia eſt Formula & Taxa Diplomatis, quo Nobilitas, olim jamdum acquiſita, tantummodo confirmatur. Ejusmodi Diploma Anno 1707. Dn. de Berghöfer, Conſiliario intimo Sereniſſimi Domini Landgravii Haſſo-Darmſtadini eſt collatum, & huc transferri meretur: Da Uns Er auch glaubwürdig beygebracht / in was vor Ehren-Stellen ſeine Vor-Eltern und Verwandten geſtanden / in Betracht / daß nachdem dieſelbe währenden des Welt bekanten ſogenanten Bauren-Kriegs aus Bayern vertrieben worden / Sie ſich darauf in dem Fürſtenthum Heſſen niedergelaſſen / auch daſelbſt weniger nicht / als anderwerts in Krieges-Dienſten / ſo wol verhalten und aufgefüh-
ret /

ket/ daß ſein Alt-Vatters Bruder unter der Cron Schweden Obriſter über ein Regiment zu Pferd / ſein Vatters Bruder Gubernator des Fürſtenthums Oranien/ und ſein Vatter Obriſt-Lieutenant gleicher maſſen in Königl. Schwediſchen Dienſten geweſen/ und obwol die zwiſchen ſein Georg Berghöffers von Waſſerburg Vor-Eltern/ und den in Schwaben und benachbarten Landen anſeßhafft geweſen / nun aber an Manns-Stamm experirten Adel. Geſchlechts als ſo nahen Anverwanden einerley Namen und prædicats ſonſt üblich intelligenz und freundſchafftl. vernehmen viele Jahre hindurch hinterblieben / ſo haben jedoch vorernanter George nach vorgenommener gründl Unterſuchung mittelſt beygebrachten ſchrifftlichen Gezeugnuſſen unter Unſer und des Reichs Statt Ulm aufgetruckten Inſiegel von der hinterlaſſenen Wittib und Töchtern des letzt verſtorbenen Berghöffers von Ozingen erwieſen/ und dargethan / daß zwiſchen ihn / und der Schwäbiſchen Berghöfferiſchen nunmehr an Männlichen Stamm verloſchener Adel. Familien eine wahre Verwandſchafft dergeſtalt g weſen/ und noch ſey/ daß die ausgeſtorbene von Ozingen / ſeine Vorfahrn aber ſich von Waſſerburg geſchrieben / ſonſten beſage obangezogenen Atteſtati und Aſsignations Scheins/ Stamms-Verwande geweſen/ alſo / daß wir daher nicht ohnbillig bewogen worden / hiemit austrücklich zu erklären / daß ohnerachtet der bißhero zwiſchen denen Schwäbiſchen und Heßiſchen Berghöffern von Waſſerburg ermangelte correſpondenz dieſelbe dannoch einerley Geſchlechts und Herkommens geweſen ſeyn / und künfftighin dafür gehalten werden/auch daß das unter Ihren unterbliebene Freundſchafft Vernehmen/ weder Ihm George Berghöffer von Waſſerburg noch ſeinen ehelichen Nachfolgern beederley Geſchlechts gantz keinen Mangel oder Nachtheil gebohren / ſondern vielmehr aller der Schwäbiſchen Familien angeklebt geweſener Vortheilen mit Beybehaltung des bißheraeführten Namens Berghöffer von Waſſerburg unter nachbeſchriebenen nur in einigen Stücken vermehrten Adelichen Wappen



Digitized by Google

pen ferner hinzugebrauchen / befügt ſeyn ſollen / ſolchem nach ſich auch erbothen hat gegen Uns ꝛc.

So haben wir demnach mit wohlbedachtem Muth / gutem Rath und rechtem Wiſſen obermelten George Berghöffer von Wiſſerburg die beſondere Gnade gethan / und ſeinen ererbten Adelichen Stand in beſſere Form allergnädigſt confirmiret und beſtättiget / confirmiren und beſtättigen auch ihm ſolchen hiermit alſo und dergeſtalt / daß Er / ſeine eheliche Leibes-Erben / derſelben Erbens-Erben und deſcendenten / Manns- und Weibes Perſonen / Unſerem und des H. Reichs / auch aller Unſerer Erb-Königreichen / Fürſtenthümern und Landen rechtgebohrne / Lehens-Turniers gemäß / und Rittermeſſige Edelleute wie bishero alſo ferner hin ſeyn / gewürdiget und dafür gehalten / auch ſie derenſelben Schaar / Geſell- und Gemeinſchafft zugeſellet und vergleichet bleiben ſollen und mögen ꝛc. Taxa ejusmodi Confirmationis eſt 100. fl. pro Dn. Vice-Cancell. 18 fl. pro Secret: 9. fl. für einen Fürſten-Brief eſt 12000. fl. pro Vice-Cancell. 1200 fl. pro Secr. 600. fl. pro Juribus Cancellariæ 1200 fl. für einen Grafen 4000. fl. Dn. Vice-Cancell. 600. fl. Secret. 300. fl. pro Jur. Cancellariæ 600. fl. für einen Freyherren Brief 2000. fl. Dn. Vice Cancell. 300. fl. Secret. 150. fl. pro Juribus Cancellariæ 200. fl. Hujus Taxæ ſolutio tam eſt neceſſaria, ut ante illam impetrata Diplomata nùllius ſint momenti & fieri debet, intra tres à Conceſſione menſes proximos ſub pœnâ amiſſionis, vigore *Art. XLIV.* tam hujus Joſephinæ quàm *Leopold. Capitulationis*, ut falſi & læſæ Majeſtatis crimen incurrat, qui nihilominus Nobilitatem ſibi ſic arrogare præſumſerit. Carpz. *de Leg. Reg. c. 3. ſect. 13. n. 48.* poſt Bartol. Tiraquell. & Hotomannum ibi alleg.

50 §. VI. In collatione Dignitatum Principis, Comitis, vel aliarum hæc tria ab Imperatore ſunt conſideranda, Meritum, Domicilium in Imperio, & Opes ad ſplendorem dignitatis ne-
51 ceſſariæ. De meritis ſuprà eſt actum, quorum dijudicatio

depen-

dependet à ſolâ Cæſ. Majeſtate; & quamvis in immeritum
fuerint collatæ, nihilominus tamen commodis & privilegiis,
quæ in Imperio iſtis dignitatibus ſunt tributa, ille novus ac-
quirens gaudebit, cum ſacrilegii inſtar ſit dubitare, an dignus
ſit quem elegerit Imperator L. 3. c. de crim. ſacrileg. & ſum-
mus Princeps ea, quorum ipſi diſpenſatio competit, concedere
ei, cui libuerit poſſit, non enim eſt noſtrum æſtimare, quem
ſupra cæteros & quibus de cauſis extollat, cui ſummum re-
rum judicium DEUS dedit, ſed nobis obſequii gloria eſt reli-
cta Tacit. *lib. 6. annal. c. 8.* Quo ipſo tamen non excuſandus 52
Caligula, quod Equum ſuum Sacerdotem, & quidem ſibi in ſa-
cerdotio collegam fecerit. Dion. Caſſ. *Hiſt. lib. 59. in fin.* &
Conſulem eum facere pollicitus fuerit, Sueton. *in Calig. c. 55.*
Caſſ. *dict. lib. 59. ad An. II. c. 707.* Sub Domicilio non intelli- 53
gitur Nativitas, ac ſi omnes peregrini à dignitatibus Imperii
arceri debeant, qui an in benè conſtitutâ Rep. publicis officiis
præficiendi ſint, vide pro & contra diſputantem Joh. Paul.
Fchwinger in *Explicat. Polit. rationis diteſc. p. 226. & ſeqq.* Ma-
chiavell. *lib. 1. de Rep. c. 26.* Arniſæum *Doctr. Polit. c. 12. p. 275.
276.* Myler ab Ehrenb. *Hyparchol. c. 6. n. 6.* Boxhorn. *in Polit.
lib. 1. c. 8. in addit.* §. *6. pag. 137.* item *in diſſ. de Reg. Rom. Imper.
n. 3. in fin. pag. 422.* Bologn. *in Repet. Authent. Habita. col. 1. C.
ne fil. pro patr.* Luc. de Penna *in l. quisquis C. de omni agr. de-
ſert.* Lib. II. Speidel *Spec. voc.* Land-Kinder. Seckendorff in Für-
ſten Staat / *p. 2. c. 5.* §. *8. n. 3.* Scribon. *in Polit. Chriſtian. lib. I.
c. 11.* Arum. *diſc. Jur. Publ. 19. v. 4.* Spekhan. *cent. 2. cl. 1. q. 9.*
Chokier *in Theſ. Polit. lib. 3. c. 6. per tot.* Lipſ. *in not. ad c. 4.
lib. 3. Politic.* ibi: *in quam domum veſpillones veniunt ſignum
eſt funeris, ſic Reip. labentis, ad quam fulciendam adhibentur pe-
regrini.* Dn. Lauterbach. *diſp. 1. ad p.* 1. Würtenb. L. Recht *pag. 4.*
Eo quoque alludit Limnæus *Lib. 2. Jur. Publ. c. 2. n. 86.* in ver-
bis: *Exotica Aromata & periculoſa condimenta quærenda non*

 *ſunt,*

Digitized by Google

*ſunt, quando Domeſtici ac paterni ſuppetunt cibi & fercula ſalubria ne ſtomachus his à primo lacte nutritus inde morbum contrahat & quod conſequens eſt, cruda omnia poſt evomat violenter.* Quare Capitulatione Ferdinandi II. §. ſie ſolten ꝛc. cautum eſt, ne ad certa officia alius niſi Germanus promoveatur, Ihr Majeſt. ſolten und wolten Ihro Königl. und des Reichs Aemter und ſonſten am Reich mit keiner andern Nation denn gebohrnen Teutſchen beſtellen. Aliter ſentit Vivis *3. declam. Syllan.* cujus egregia verba prioribus opponi merentur: *Quid? quaſi verò referat, ubi ſit quisque natus magis: quàm quo animo ſe ac mente gerat, ego potius civem credam eum qui in extremâ Scythiâ natus, benè de hâc maâ Patriâ cogitat, quàm qui in hoc iſto foro genitus & educatus locum, libertatem, gloriam, in quâ natus eſt, perdere potius velit & conetur? Cives tu mihi putas eos, qui hanc ſuam eſſe civitatem ipſi non putant? virtus & fidelitas faciunt peregrinos naturales. Glires, inquit Zevecotius obſ. Pol. ad Sueton. in Caj. Jul. Caeſ. c. 7. apud nos domi naſci quis neſcit? iis tamen frumenti cuſtodiam nemo impunè committit, ſed benè felibus, quas ex Cypro advectas plerumque praeferunt caeteris.* Huc quoque faciunt, quae refert Lehmannus *in Chron. Spir. lib. 1. c. 15.* Kayſer *Tiberius Claudius Druſus* hatte zu ſeiner Zeit denen fürnehmſten Herrn in *Galliâ Comatâ* wegen ihrer männlichen Handlung/ und tapffer erzeigten Dienſte nicht allein das Burgerrecht zu Rom mitgetheilt / ſondern muthet auch einem Rath zu/ daß ſie eben ſolche tapffere Leute in dero Mittel ziehen und zu Raths-Perſonen gebrauchen ſolten / deßwegen ſich zwiſchen dem Kayſer und Rath ein groſſer diſputat erregt / ob man Fremdlinge ſolcher dignität ſolte theilhafftig machen / der Rath hat fürgewendet/ es wäre ein neu unerhört und ungewöhnlich Ding Fremde in Rath zu nehmen / ſintemal man in Rom einen Uberfluß tapfferer Leute hätte/ der Kayſer ſagt hingegen: *Omnia quae nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuère, inveteraſcet hoc quoque & quod hodie, exemplis*

*emplis tuemur, inter exempla erit.* Hactenus Lehmannus. Sic
olim Otto à **Grünewald** Vir genere & prudentiâ egregiè Nobi-
lis Conſiliarius Electoris Palatini Friderici IV. alicui monenti,
**man ſolte die Land-Kinder vor anderen befördern /** ſatis lepidè re-
ſpondit, **mein gnädigſter Herr hat keiner Kinder vonnöthen / ſon-
dern Männer /** ut refert Zinggref. *in apophtegm. pag. 164. & 200.*
Quicquid vero ſit, antiquo Sapientum Principum uſu &
experientiâ comprobatum eſt, Conſiliarios excellentisſimos
ab exteris ſæpius vocatos eſſe. Non enim conſiderandum
eſt, ex qua patria quis ſit ortus ſed qua patria dignus, Nevizan.
*in Sylv. nupt. lib. 4. n. 133.* Exempla nobis ſuppeditat ſacra
ſcriptura in Joſepho Geneſ. XLI. Daniele c. 6. Mardachai
Eſther. c. IX. quo de plura apud Althuſ. *in Polit. c. 7.* Steph.
Gratian. *diſcept. forenſ. c. 626. n. 13. 14. 15.* Schepliz. *in Con-
ſuet. Brandenb. p. 1. t. 1. n. 18.* Myler. ab Ehrenbach *in Hypar-
chol. c. 6. §. 21. 22. n. 44. 45.* quo facit & *tot. tit. C. ut nulli pa-
triæ ſuæ adminiſtratio ſine ſpeciali permiſſu Princip. permitta-
tur.* In diſpoſitione autem hujus Articuli non reſpicitur ad 54
indigenatum, ſed ſolummodo ad domicilium, quod nimirum
Illuſtres dignitates non niſi ſubditis Imperii conferri debeant,
forſan ex hâc ratione, ne dignitates iſtæ, ſi ab Exteris Regibus
ſuis ſubditis collatæ improbentur, vileſcant; Licet exempla 55
non deſint, Dignitates Principis & Comitis etiam exteris ab
Imperatoribus eſſe collatas, ſic Razivilium Polonum Princi-
pem Imperii factum & ejus poſteros eâdem adhuc dignitate
fulgere teſtatur Limn. *ad Cap. Ferd. III. Art. XLVII.* & Johan-
nem Arundelium Anglum, quod fortiter & ſtrenue ſe geſſerat
in Hungariâ in apertis præliis & in Civitatum ac caſtrorum
oppugnationibus verum ſacri Imperii Comitem creavit & no-
minavit Rudolphus II. Imperator, teſte Lanſio *de Principat.
Provinc. Europ. p. 493.* (3.) Requiruntur opes ac divitiæ, non 56
quod iſtæ ſint fundamentum Nobilitatis, ſed quia hæc absque



Digitized by Google

illis obfuſcatur. Nam licet virtus ſibi ipſi ſit merces, quam ſapiens non in honore & famâ ſed in conſcientiâ ponit, attamen cum non omnes capiant verbum hoc, nec domus ulla nec Respublica ſtare poſſit, ſi in eâ nec rectè factis præmia exſtent nec ſupplicia peccatis, ſecundum effatum Tullii *c. 35. de Nat. Deor.* præmia & honores in compenſationem meritorum exigit juſtitia diſtributiva non minus quàm prudentia politica, ut alii quoque ad virtutem incitentur. Sapienti autem omnia hæc extrinſeca æque levia ſunt, licet diverſas facies habentia, nam introrſus pariter ſunt vana, fortunæ mendacia, quæ quod promittunt, non præſtant, & viſcata fortunæ beneficia, quibus verò ſi extrinſecus ſplendor, qui ſolus illa apud vulgum magnifica reddit, adhuc deſit, quid deinde ex illis ſupererit niſi riſus & contemtus? Solæ autem ſunt opes ac divitiæ, quæ hunc ſplendorem dare poſſunt; ſine illis Nobilitas eſt res
57 mortua, ſicut fides ſine operibus; Ea eſt enim hominum infelicitas aut potius inſipientia, ut divitem ſapientem exiſtiment, pauperes inſipientes & ſtolidos; *Sapientia pauperis*, inquit Salomon, *Eccleſ. c. IX. contemta eſt, quia verba ejus non ſunt audita*, & Syrach. *c. XIII. Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius ad nubes perducent, pauper loquutus eſt, & dicunt quis eſt hic?* quibus reſpondet illud Eſaiæ *c. III. 7. in domo meâ non eſt panis neque veſtimentum, nolite me conſtituere Principem populi.* Atticus erat dives & Rutilus pauper, ſed eadem illorum facta diverſam planè faciem habebant. *Atticus*, inquit Juvenalis Satyr, *eximiè ſi cœnat, lautus habetur, ſi Rutilus, demens quid enim majore cachinno excipitur vulgo quam miſer?* Sic ex Euripide Ennius apud Gellium *lib. 11. c. 14.* Hecubam ad Ulyſſem loquentem allegat: *Hæc ita etſi perversè dicas, facilè Achivos flexeris, nam cum opulenti loquuntur pariter atque*
58 *ignobiles, eadem dicta eademque oratio æqua non æquè valet.* Huc accedit quod major materia ſapienti viro ſit animum explicandi

candi ſuum in divitiis, quàm in paupertate, cum in hâc unum genus virtutis ſit non inclinari nec deprimi, in divitiis vero & temperantia & liberalitas & diligentia & diſpoſitio & magnificentia campum habeat patentem. Hinc ſapiens non amat divitias, ſed mavult non in animum illas, ſed in domum recipit, nec reſpuit poſſeſſas ſed continet, & majorem virtuti ſuæ materiem ſubminiſtrari vult, & ſi benè de ſe meretur, hoc ipſo aliis prodeſt, quod illis profuturum parat. Paupertati èconrra omnes fores ad magnificentiam, quæ Nobilitati præcipuum parit ſplendorem, ubique ſunt præcluſæ. Et hæc eſt 59
ratio legis, quod Dignitates Principis, Comitis, vel aliæ tantùm conferri debeant iſti, qui cenſum dignitati convenientem habet, ne illæ viloſcant, & contemtibiles reddantur. Qui autem tantam non habet, requirit ei dignitatem cum bonis ſufficientibus conferri debere ſuadet Limnæus *ad capit. Ferd. III. art. XLVII.* ne virtus diutius præmio careat, **und wer nicht beydes miteinander haben kan / thut beſſer daß er ſich den** appetit **nach ſolcher Eitelkeit vergehen läſſet /** licet ipſi offerantur. Sicut enim Princeps menſuram ſcire debet, quantum tribuere amico poſſit, ita & hic quantum à Principe accipere, ſecundum Tacit. *lib. 14. Annal. c. 53.*

§. VII. Regula eſt hodie indubitata, jus ſeſſionis & 60
Voti in Comitiis non dignitati Principali, ſed Territorio adhærere, ad quam Anno 1641. in Comitiis Salisburgenſis legatus, provocavit, **es ſey wiſſend / daß im H. Röm. Reich die** Seſſiones **und** Vota **nicht der Fürſtl.** dignität / **ſondern dem Lande** annectiret **ſey** / & ex Secularibus alius: **Es hange** Jus ſedendi & votandi **im Fürſten Rath / nicht in** Perſonâ **ſondern** in re & Territorio, teſte Protocollo apud Londorp. Proinde non ſufficit Perſonalis Principis Dignitas ſed & Territorium tale requiritur, quod Status Principalis characterem ſuſtinere eoque etiam nomine publicas Imperii præſtationes ferre poſſit. Nuſpiam 61
tamen

tamen inter Principum novorum conditiones reperitur, ut ſolennem aliquem perfectumque Principatum ſibi acquirant, priusquam in Senatu Principum ad Virile votum admittantur, ſed id ſolum neceſſum eſt, ut bonis immediatis Imperii ad dignitatem Principalem ſuſtinendam ſufficientibus **mit Fürſtmäßigen oder unmittelbaren Reichs-Gütern** ſint inſtructi, quæ ipſa quoque in Circulo aliquo ſita & certa quota matriculari affe-
62 cta eſſe oportet *R. J. de an. 1654. §. 197.* Sic Anno 1623. Johannes Ulricus, Dux Crumaviæ Princeps de Eggenberg ab Imperatore Ferdinando II. cum conſenſu Electorum & Principum, Princeps & Status Imperii factus eſt, cujus Filius Johannes Antonius in Comitiis Ratisponenſibus Anno 1641. ut ad votum & ſeſſionem admitteretur, ſupplici libello, quod apud Limnæum *in addit. ad lib. 5. c. 7.* reperitur, impetrare non potuit, licet non ſolum Imperator Ferdinandus III. in iisdem Comitiis decreto interpoſito admisſionem ad ſeſſionem & votum ſine morâ fieri urſerit, ſed etiam totum Electorale Collegium pro Principe Eggenbergico interceſſerit; Nam Principum Senatui rem eo usque differendam eſſe placuit, donec conditionibus hisce ſatisfactum, nempe (1.) ut bona immediata & ditiones in Imperio acquireret, (2.) & certa ſumma contribuendi Imperio iisdem imponeretur, (3.) ut ratione ſesſionis & voti cæteris in eodem Senatu Principibus antiquioribus eorumve Legatis poſtponi caveretur. Quod Senatus Principum Conſultum ita prævaluit, ut etiam Receſſui Imperiali circa finem de implendis conditionibus expreſſa clauſula adjecta fuerit in verbis: **Uber dieſes haben Wir die bey nächſt verwichenem Reichs-Tag mit der Chur-Fürſten und Stände Einwilligung in Fürſten-Rath aufgenommene/ aber wegen deren ſelbiger Zeit noch unvollzogener von dem Chur-Maynziſchen** Directorio **ausgeſtelter** Condition **nicht** introducirten **Fürſten/ die Hochgebohrne Eitel Friedrich von hohen Zollern/ Johann Anthon/ Herzogen**

zogen zu Crumau und Fürſten zu Eggenberg/ und Wenzeln/ Fürſten und Regierer des Hauſes Lobkowitz vor ſich und ihre Erben/ nachdem ſie obberührte conditiones erfüllet/ wie ingleichen die auch Hochgebohrne Fürſten/ Leopold Philips Carl/ Fürſten von Salm/ Maximilian/ Fürſten von Dietrichſtein/ weyland Johann Ludwigen/ Fürſten zu Naſſau/ Hadamar und deſſen Erben/ Octavio, Fürſten von Piccolomini, Herzogen zu Amalfy/ folgendes aus dem Hauſe Naſſau diejenige/ welche nach erſt gemelten Fürſten von uns/ laut unſer den 26. jüngſt verfloſſenen Monats Febr. an die Chur- und Fürſtliche Collegia ertheilte Reſolution in Fürſten-Stand erhaben worden/ ingleichen Johann Weickart/ Fürſten von Auersberg ꝛc. auf der Chur-Fürſten und Stände und der abweſenden Räthe Bottſchafften/ und Geſandten vorhergehendes Wiſſen und conſens, bey dieſem Reichs-Tag zu würcklicher ſeſſion und Stimme/ jedoch dergeſtalt introduciren laſſen/ daß diejenige/ welche ohne vorhergehende Vollziehung der ſchuldigen præſtation, und inſonderheit der im Reich ohnmittelbaren Begüterung wegen dero vortrefflichen meriten dißmal/ jedoch nach Beſage deroſelben zum Chur-Maynziſchen Reichs-Directorio abgegebener ſchrifftlicher Erklärung admittirt und eingeführt worden/ von niemand/ wer der auch ſey/ über kurtz oder lang pro exemplo oder præjudicio nicht an- noch zu einiger conſequenz gezogen/ und dieſes beneficium ſeſſionis & voti auf dero Erben und Succeſſoren nicht extendirt werden ſolte/ ſie haben ſich dann vorhero mit ohnmittelbaren Fürſtmäßigen Reichs-Gütern verſehen/ und ſolle forthin ohne vorgehender real-Erfüllung aller nothwendiger und beſtimter Requiſiten/ und inſonderheit erſtgemelter Begüterung/ und ohne der Chur-Fürſten und Stände Vorwiſſen und conſens keiner zur Seſſion und Stimme in Fürſten-Rath zugelaſſen werden. Nihilominus iſti, qui Territoriis nondum inſtru- 63
cti, Reverſales, ut vocant, literas dare cogebantur, quibus potiſſimum promittebant, quod bona immediata & ad ſuſti-

Bbb bb nen-

Digitized by Google

nendam dignitatem principalem idonea ſibi comparare eorum-
que ratione quotam certam, juxta quam præſtationes publicas
in Imperio ſolverent, ſuſcipere vellent, hæredibus ſuis, id niſi
facerent, aliàs à Seſſione Comitiali excluſis. Formula Rever-
ſus exſtat apud *Authorem* der Grundfeſten. *p. 2. c. 5. pag. 126.*
Londorp. *Act. publ. T. VII. Lib. 9. c. 477.* Gaſtel *de Statu Europ.*
64 *c. 25. n. 18.* Sed cum aliqui iſtis nondum ſatisfeciſſe crederen-
tur, hæredibus eorum in Comitiis adhuc durantibus propte-
rea lites fuerunt motæ, & licet Leopoldus Philippus Carolus
Princeps Salmenſis admiſſus fuerit, poſt mortem tamen filius
ejus Princeps Carolus Ditericus Otto, donec præſtanda illa
à Parente ſuo præſtita fuiſſe docuerit, admitti non potuit, ſic-
ut ex Protocollis Senatus Principum Menſ. Aug. 1667. conſtat,
ſequuta deinceps ſequens Declaratio Principis in literis ad
Legatum ſuum ſcripris d. 22. Octobr. 1667. daß S. Fürſtliche
Gnaden zu Salm erbietig / daß ſie ſich hinfort an dem Fürſtli-
chen Lobkowitziſchen quanto conformiren und pro ſimplo aus De-
ro reſpectivè im Ober-Rheiniſchen und Weſtphäliſchen Creyß
gelegenen immediat Reichs-Gütern / als der Grafſchaft Salm
58. dann aus Dero Reichs Graf- und Herrſchafft Anhald 18. zu-
ſammen 76. fl. doch dergeſtalt gehörigen Orts erſtatten laſſen
wollen / da Sie künfftig neue immediat Güther an ſich bringen /
oder in dieſem Stück ein anderwärtiges Mittel würden an
Hand nehmen können / daß ſo dann dieſes augmentum von ge-
meldter Graf- und Herrſchafft hinwieder pro ratâ abgenom-
men / und Sie in ſo weit davon befreyet ſeyn ſollen: / quod excepit
Concluſum Principum den 11. Martii 1669. haben weltlicher Für-
ſten Abgeſandte auf gepflogene Unterredung ſich dahin finali-
ter declarirt / daß auf dem Fall da Camin in dem mit dem Fürſtl.
Hauß Meckleburg und andern intereſſenten verglichenem Ort
würcklich ausgeruffen / es auch mit Salm in ſo weit ſeine
Richtigkeit haben würde / daß ſie wegen ſelbiger Seſſion und
Voti keine weitere Hinderung zu thun begehrten / jedoch mit
dieſem Anhang und Verwahrung / daß gleichwie ein ſolches
denen

Digitized by Google

denen alten Fürſtlichen Häuſern in andere Wege ohne præjudiz, alſo auch der Salmiſche Abgeordnete dahin angewieſen werden ſolte/ daß Die im Namen Jhro Fürſtl. Gnaden zu Salm letzt eingegebene Erklärung des offerirten Anſchlags halber nächſtens den Ober-Rhein- und Weſtphäliſchen Crayſen gebührend notificirt werde/ damit auch ins künfftige/ weder dieſer Fürſtliche Salmiſche noch Fürſtl. Lobkowitziſche Anſchlag in keine conſequenz oder pro exemplo mehr angezogen werden möge; So iſt die Veranlaſſung geſchehen/ an die Directoria die Erinnerung zu thun/ daß hierüber in denen Reichs-Collegiis ein ordentliches Concluſum gemacht/ und derentwillen in denen nächſtkünfftigen Reichs-Abſchieden auch nochmal nothwendige Vorſehung gethan werden mögte. Idem contigit Filio Maximiliani Principis de Dietrichſtein, Domino Ferdinando poſt mortem Parentis, qui ob conditionem nondum adimpletam haud admittebatur, donec à Cæſareâ Majeſtate adhunc effectum eidem Dynaſtia Traſp. in Circulo Auſtriaco ſita cum omnimodâ jurisdictione concederetur. Quo facto deinceps per placita duorum Superiorum Collegiorum d. 19. Maji & 22. Sept. 1686. eſt admiſſus, quæ & Reſolutione Cæſareâ d. 2.
Octobr. 1686. ſunt confirmata. Cautè tamen in diſtribuendis 65
novis Dignitatibus aut Titulis eſt procedendum, ne in Domus antiquioris, vel quæ prius eandem dignitatem eſt adepta, præjudicium cedant, & ſemina diſcordiarum pariant, ſicut in Domo Naſſovicâ contigit, nam cum Linea Catimelibocenſis ſola, ſive Hadamarenſis, Sigenſis & Dilleburgenſis Domus Superioribus Comitiis in Statum Principum evecta eſſet, non comprehensâ Lineâ Saræpontanâ, grave huic videbatur, ad Caroli IV. Diploma provocanti, quo jam Principum Dignatio ipſis acceſſerit, vide Londorp. *T. VI. Act. Publ. Lib. 5. c. 22. 28.* Illius Renovationem quoque petiit, variis Memorialibus Anno 1669. & 1672. ut patet ex ſequenti exemplo:



Digitized by Google

EUer Excell. Hochw. und meine hochgeehrte Herren / erinnern ſich annoch / was bey dieſem Höchſtlöbl. Reichs-Convent Nahmens des geſamten hohen Hauſes Naſſau Saarbrücken / für verſchiedene Memorialien / die Renovation und Confirmation des geſamten hohen Hauſes Naſſau Saarbrücken / für verſchiedene Memorialen der Renovation und Confirmation des von weyland Caroli IV. R. K. Majeſt. glorwürdigſter Gedächtnis / höchſtbeſagten Hauſe ertheilten Fürſte Rechts / und die admiſſion ad Seſſionem & Votum in dem Hochlöbl. Reichs-Fürſten-Rath betreffend übergeben / auch per dictaturam publicam communicirt worden / wann aber die völlige Erörterung ſothanen anlegentlichen hohen deſiderii bishero nicht erfolget / die hochgebohrne meine gnädige Grafen aber ſolches gleichwol gern ſehen mögten / zumalen Dieſelbe der Hoffnung leben / daß weilen obangeregtes Fürſten-Recht nach inhalt des lit. A. beygefügten Documenti dergleichen uff den benöthigſten Fall noch mehr beygebracht werden können / bey dieſem hohen Hauß von vielen Vorfahren exercirt / auch nachgehends / doch auſſer Gebrauchung des Tituls continuiret / und ſolches privilegium nicht Grafen Johanſen allein / ſondern wie die formalia des Kayſerl. Diplomatis lauten / daß Er und ſeine Erben und Erbens-Erben ewiglich fürbaß mehrere von dieſem heutigen Tage gefürſtete gefreyte und hochgebohrne Grafen ſeyn ſollen / allen deſcendenten gegeben worden / und ihnen bey dieſer occaſion nicht abhanden gehen / ſondern da ſchon faſt die mehreſte ſo wol Catholiſche als Evangeliſche Chur- und Fürſten durch abſonderliche Schreiben an Kayſerl. Majeſt. das Hauß Naſſau Saarbrücken zu Beförderung des Wercks recommendirt / auch bekanter maſſen daſſelbige weit mehrere Güther beſitzet / und von älterm Herkommen iſt / als wol andere / ſo ſich dieſes Tituls und deſſen Genuſſes per ſeſſionem & votum würcklich bedienen / hingegen das Hauß Naſſau Saarbrücken / welches mit einem ſolchen Anſchlag in der Reichs-matricul begriffen / den wol 6. oder 7. andere deren neu recipirten Fürſten kaum zuſammen bringen / denen übrigen allen der Zeit nicht allein nachgehen / ſondern auch vieler dahero herrührender beneficien cariren muß / um ſo viel weniger zu willfahren Bedenckens tragen werden /

damit

damit vielgemeltes Hauß/ weilen ſelbiges das onus träget/ auch
des Commodi zu theil/ mit genieſſen möchte.

## Georg Philipp Fabricius.

Sic Comitem Schaumburgenſem à Ferd. II. in claſſem 66
Principum receptum, & Titulo Principis Holſatiæ & Schaum-
burgenſis utentem Rex Daniæ armatâ manu infeſtavit, & li-
teris ad Imperatorem datis d. 18. April. 1621. petiit, ut Schaum-
burgenſi injungeret, daß Er ſich des Fürſten Tituls/ des Fürſten-
thums Holſtein gäntzlich und zumal euſſere / und enthalte; Sed
Reſponſum accepit, nihil in præjudicium alterius ab Impe-
ratore tentatum vel factum, cum Comes in Principum ordi-
nem non Holſatiæ ſed aliorum bonorum reſpectu receptus
eſſet, referente Dno. Schvvedero *in J. P. part. ſpec. 1. ſect. 1. c. 7.
p. 388.* Recentius exemplum nobis ſuppeditant Acta publica 67
de Dignitate Archi-Vexilliferatus, des Reichs Ertz-Panier-
Amts / oder Reichs-Fähndrichs-Amts / Sereniſſimo Electori
Brunſuicenſi Anno 1692. collatâ, quod Sereniſſima Domus
Würtenbergica tam ægrè tulit, ut ſolennem proteſtationem
apud Imperatorem contra id interpoſuerit, uti patet ex literis
de dato Stutgart den 4. Octobr. 1692. Eo quod dignitas iſta 68
cum omnibus ſuis annexis juribus & privilegiis aliquot ab hinc
ſeculis Ducatui Würtenbergenſi, ratione ſcilicet Grôningæ,
cohæſerit, vi cujus Sereniſſimi Duces ex ſingulari veteri præ-
rogativâ Copiis Imperii, quando præſente Cæſare in aciem
adductæ (vide *Rec. Imp. de Anno 1642. §. 39.*) vexillum Imperii,
quod magnitudine ſuâ reliqua ſuperabat, prætulerunt, & ex-
inde Regens Princeps ſemper inſignitus titulo Summi Imperii
Signiferi ſive Vexilliferi Germanicè Panierer ſeu Panner Herr/
inſimul ejus inſignibus Vexillum, in quo Aquila nigra uni-
ceps in aureo ſive flavo campo, quod etiam Domus Würten-
genſis adhuc hodie in Ducalibus ſuis inſignibus oſtendit, fuit in-



Digitized by Google

ſertum; Quod Author Deductionis Würtenbergicæ de Anno 1693. prolixius deduxit, cui tamen vehementer ſe oppoſuit Author **der gründlichen Beantwortung** & fidem ejus variis Reſponſis labefactare ſategit, videatur quoque Limnæus *in Addit. ad L. 1. c. 14. p. 151.* ubi diſtinguit inter majus & minus Imperii vexillum & hoc ſolum Domui Würtenbergicæ eſſe concreditum teſtatur, ſed litem hanc pro Domo Electorali eſſe deciſam,
69 nuper mihi eſt renunciatum. Eadem præcautio neceſſaria in collatione Inſignium, ne hæc in præjudicium alterius Domus vergat. Inſignia enim probant ſuperioritatem Schüz. *Coll. J. Publ. diſp. 8. th. 18.* quo argumento inter alia Moguntinum adverſus Erphordienſes Superioritatis jus deducere voluiſſe teſtatur, Gylman. *Symphor. p. 1. t. 2. de reconvent. n. 115.*

70 §. VIII. Neque minus Regalis dignitas noviter alicui collata Principis Territoriali Superioritati ratione bonorum ipſi ſubjectorum præjudicare nequit, ſecundum diſpoſitionem finalem hujus Articuli, **ſoll auch durch eines oder andern unter Chur-Fürſten und Ständen des Reichs geſeſſen / und begüterten zu höherer Stands-Erhebung dem** Juri Territoriali **nicht nachtheilig ſeyn / und die ihm zugehörige / und in ſolchen Landen gelegene Güther ein als dem andern Weg unter voriger Landes-Fürſtl.** Juriſdiction **verbleiben.** Mentio hoc loco fit tantummodo bonorum, quo ipſo perſonalis ſaltem exemtio à Principis juris-
71 dictione ſubintellecta videtur. In Imperio enim receptum non eſt, ut Principes Dominis eorum Territoriorum, in quibus ipſi bona mediata habent, homagium præſtent & actu Landſaſſii dici poſſint, teſtante Perilluſtri Dn. L. Barone de
72 Lynker. *Tr. de Grav. extrajud. c. 9. p. 2. §. 56. pag. 868.* Quare ſi Princeps Imperii delinquat in alterius Territorio, ob eminentiam perſonæ ordinariæ juriſdictioni eſt exemptus, & ſoli Cæſari in caput ejus ſtatuere licet, vigore Conſt. Frid. II. c. 4. verſ. **wo es aber gehet / an ihr Leib / das wollen wir ſelber richten /** quæ ex-

ſtat

Digitized by Google

ſtat apud Goldaſt. *conſt. Imper. T. I. p. 1. pag. 84.* Dn. de Rhæz. *lib. 1. t. 23. §. 11.* Schubhard. *de Auſtreg. c. 5. n. 48. & ſeqq.* Blum. *Proc. Cam. t. 27. n. 180.* Dn. Schvveder *diſp. de foro Illuſtrium Imp. Rom. immed. ſubject. th. 23.* Hinc nec Apannagiati licet 73
in Territoriis Primogeniti cum familiâ ſuâ habitent, nec in minimis, huic ſunt ſubjecti, Betſius *de pact. Illuſtr. famil. c. 8.* Springsfeld *de Apanag. c. 11. n. 114. 115.* Leiſer *de Apanag. th. 32.* Schubhard *de Auſtreg. c. 3. n. 93.* neque minus Principiſſa Principis mariti ſui jurisdictioni eſt exemta Myler. ab Ehrenb. *Gamol. c. 7. §. 8.* & *de Princ. & Stat. Imper. c. 34. §. 4. c. 35. & 4.* Strauch. *Lib. 1. Specim. J. Publ. t. 34. §. 2.* Dn. L. B. de Lynker *Reſp. XLVII. n. 18. 19.* Diſſentiente licet Vitriario *Inſt. J. Publ. L. 3. T. 17. n. 10.* Sed hæc omnia de Principum vel Comitum Imperii immediatorum dignitate Regali ſolummodo ſunt exaudienda. Quamvis enim negari nequeat, olim privilegia 74
Cæſarea ad exemtionem plenam valuiſſe, exemplo Civitatum Imperialium, quarum plurimæ ſub Saxonicis Imperatoribus, Ducibus aut Comitibus ſubtractæ, & in plenam libertatem asſertæ ſunt, uti poſt proſcriptionem Henrici Ducis Saxoniæ Lubecam numero Civitatum Imperialium adſcripſit Fridericus I. Imperator. Knipſchild. *de Privil. Civit. Imperii lib. 1. c. 6. n. 18. ib. & ſeqq.* ubi plura exempla reperire licet. Sicuti & Nobiles Imperii jus immedietatis ſunt conſequuti, de quo latius Dn. de Rhæz *Inſt. Jur. Publ. Lib. 1. t. 19. §. 16.* Poſtquam 75
verò Principum Imperii Superioritas Territorialis ad ſuam maturitatem pervenit, ut in perpetuum & irrevocabiliter omnimodâ jurisdictione ſint inveſtiti, ipſis hanc pro lubitu adimendi facultatem Imperatoribus hodienum adhuc competere tantum abeſt, ut ne quidem ex plenitudine poteſtatis Imperatoriæ fieri queat. Michaël *de jurisdict. concl. 134.* Ex quo etiam non attendendum eſſe privilegium, quod ſe ab Imperatore habere quidam prætendunt, quod in quibuslibet Civita-

vitatibus Imperialibus liberè habitare poſſint, daß man ſie in allen Reichs-Stätten beyſitzen laſſen müſſe/ cenſent Beſold. *de jur. univerſ. c. 8. n. 3.* Wolffgang Jac. Sattler *de jur. univerſ. concl. 3. lit. c. in fin.* quia hâc ratione turbaretur Statuum ju-
76 riſdictio & autonomia ipſis irrevocabiliter conceſſa. Differt enim Superioritas Territorialis à Regali Dignitate, hæc etiam in illos qui aliorum Principum Landſaſſii Imperioque mediatè tantum ſubjecti ſunt, cadere poteſt, Reinkingk. *de R. S. & Eccleſ. lib. 1. cl. 4. c. 14. n. 35. & ſeqq. & lib. 1. cl. 5. c. 2. n. 51.* Sic Principes qui Imperio immediatè ſubjecti non ſunt, ſim-
77 pliciter Landes-Fürſten/ eo ſignificatu quo Landſaſſen aut etiam ſchlechte Fürſten Spec. Saxon. *lib. 8. art. 58.* Ritter *de homag. c. 4. n. 81.* non verò Reichs-Fürſten indigitantur, ut ſibi opponuntur in jure Sax. Land-Recht *Lib. 3. art. 58.* & tales dicuntur Sileſiaci
78 Principes. Beſold. *Theſ. Pract. voc.* Fürſt. Dantur & Comites, quorum bona non immediatè ſub Imperio ſed in Principum Territoriis ſita in Comitatus ſunt erecta, & eorum intuitu poſſeſſores ab Imperatore Dignitatem Regalem Comitum ſunt adepti. Tales ſunt Comites de Hardek ſub Auſtriacis, Comites zu Stauffen/ die Herren zu Rappolseck/ Comites von Hohenſtein/ ſub Electore Brandenburgenſi, Comites von Neugarten/ Eberſtein und Maſſan ſub Ducibus Pomeraniæ & Epiſcopo Caminenſi, Stephan. *de Jurisdict. Lib. 2. p. 1. c. 6. n. 115.* Item ſub Duce Juliacenſi, Comites von Manderſcheid und Blanckenheim/ ſub Archi-Epiſcopo Colonienſi Domini von Rieſſerſcheid/ und Blanckenheim/ ſub Duce Bavariæ ratione particularium poſſeſſionum Comites de Ortenburg. Limn. *Jur. Publ. Lib. 4. c. 4. n. 93.* Nolden *de Stat. Nob. c. 8. n. 189.* Hermes *Faſc. Publ. c. 30. n. 2.* Becker *Syn. Jur. Publ. p. 3. c. 8. n. 8.* Eos tantummodo ſpectat hic Articulus, cum quo convenit *R. J. de Anno 1548.* §. wiewol auch &c. ibi: So haben Wir doch erwogen/ daß ſolche Grafen und Herrn zu mehrer Theil unter ihren beſonderen Lan-

Digitized by Google

Landes-Fürſten geſeſſen / abermals von allen ihren Güthern denen-
ſelben gedienet / ſich auch zum Theil allein auf der Fürſten Eigen-
thum und ihrer Pfandſchafften Grafen oder Freyen machen laſſen /
und alſo gar keine Güther ohn Mittel unter dem Reich haben / auch
nicht anders / dann mit ausdrücklichen Vorbehalt der Fürſten Ge-
rechtigkeit zu deren dignitäten zugelaſſen ſeynd / derowegen wann ſie
allein des Tituls und Nahmens halben in die Anſchläge des Reichs
gezogen werden ſolten / das würde denen Fürſten obgemelt aller-
hand Beſchwerung bringen / und alſo mit der Zeit ihnen noch wei-
ter Abbruch und Schmählerung ihrer Lands-Fürſtlichen Obrig-
keit gebähren / in Anſehung / daß ſolche neue Grafen und Herren
nicht immediatè Glieder und Stände des heiligen Reichs gewe-
ſen / oder darin begüthert / ſondern ſolcher Landes-Fürſten Unter-
than und Leute wären / damit dann in ſolchen niemand wider Billig-
keit beſchwert werde / ſo haben Wir Uns mit Chur-Fürſten / Für-
ſten und gemeinen Ständen / und abweſenden Räthen und Geſand-
ten verglichen / wo einige Grafen oder Herren wären / welche kürtz-
lich ihre dignitäten erlanget / und dem Reich immediatè nicht /
ſondern andern ihren Landes-Fürſten unterworffen / auch nicht Gü-
ther ohne Mittel von oder unter dem Reich hätten / daß dieſelbe in
die Anſchläge nicht gezogen / oder diejenige / ſo in dem heiligen Reich
begüthert / oder anderer Fürſten ſubditi immediati nicht wären / daß
dieſelbe nach zimlichen Dingen gleich andern mit des Reichs-An-
ſchlägen beleget worden. Neque Principes in hoc peculiare quid 79
præ Comitibus habent, ſi in terras iſtas inciderint, in quibus
Landſaſſiatus ab antiquo receptus eſt, ut ſunt Auſtria, Bava-
ria, Saxonia, Marchia, Brandenburgia, Palatinatus, Haſſia, Du-
catus Brunſuicenſis & Pomerania. L. Baro de Lynker *cit. loc.*
*n.6.7.* quod quidem ad eos tantummodo, qui non ſimul ſunt
Status Imperii, limitandum putat Zigler *in Aur. Prax. Calvoli*
*§. Landſaſſ. concl. 1. n. 26.27.28.29.* ſed nec indiſtinctè abſque con-
